

PETRI FABRI  
REGII CONSILIARII  
LIBELLORVM ORDINARII  
MAGISTRI ET IN  
SENATV THOLOSANO  
PRÆSIDIS,

SEMESTRIVM  
LIBER SECVNDVS.

*Cum Indice rerum ac verborum memorabilium locupletissimo.*



LVGDVN I,  
Apud Franciscum Fabrum.

MDCI.

MADE IN SPAIN

21  
22  
23  
24

(2)  
P E T R I F A B R I

R E G I I C O N S I L I A R I I

L I B E L L O R V M O R D I N A R I I

M A G I S T R I E T I N

S E N A T V T H O L O S A N O

P R Æ S I D I S,



S E M E S T R I V M

L I B E R S E C V N D V S.



*Cum Indice rerum ac verborum memorabilium locupletissimo.*



L V G D V N I,

Apud Franciscum Fabrum.

M. D C I.






PETRUS FABER UIDO FABRO

REGIO CONSILIARIO, FISCI

*Patrono & Patricio, fratri patrueli suo S.*



VIVS libri editionem maturare festinabam, Vide Faber, ut dimissa priore cura nouę cogitationi toto pectore incuberem: cū anno superiore in aulam proficiscens, hoc animo mecum attuleram, ut eius qui priora Semestria excuderat librarij typis committerem. Sed cum ille alia tūc opera curaq; præpeditus, paucorū à nobis mensiū impetrasset morā: accidit, ut peracto interim aulico munere, domum ipse, aulicus (quibus nunc quidē moribus uiuitur) haud satis elegans atque vrbanus, aula profectō quāminimū (ut tute scis) addictus, extemplo reuerterer: mecumque nūc ipsum, quem antē profectiois habueram, tū quoque reditus comitē, & longo, & ob ea quę statim exorta sunt huiusce tumultus incēdia, valde periculoso itinere saluum incolumis referrem. Ex eo tēpore, siue quod res ita nostrę domesticę tulerunt, ruri me nō inuitus plerumque cōtinui: siue, quod ipse qui non satis quieta mēte plerosque nostratiū esse scirem, aliquādiu remotum, sanctius meliūsque viuere me posse iudicabā: procul scilicet ab istis inuidię (ut apud poetā est) malis: quorum acerbitati exposita omnino virtus est, ut ea sæpe Fabrorum familiam apud Tolosates suos expertā, admirari nemo debeat: quanquam apud bonos & graues quosque homines, apud ciues verē populares, apud magnates, apud ipsum denique (quod caput est) principem, diuina ope, nostrāque nonnihil industria & diligētia. sed illa præcipuē, quam in te infimi maximique suspiciūt, eloquentia, nobis omnibus innocentie nostrę ratio semper antea constiterit. Igitur in Sanjoriano suburbano

*(Vbi liber animus, & sui iuris mihi*

*Semper vacauit, studia recolenti mea)*

dum tertium Semestrium inchoare paro, secundum istum, cui manū extremam admouisse me dudum credideram, e-  
ruta è quotidianis lectionibus variarum rerum copia, tan-  
quam aliud agens cumulauit: atque altero tanto, quàm antè  
fuerat, auctiorè & ornatiorè (vt spero) reddidi. Qua de re,  
Vide charissime, tuum in primis esse iudiciū cupio: vt què,  
potissimū tibi, aut naturæ inter nos necessitudo, aut ani-  
morū coniunctio, mutuorū officiorū ratio, studiorum simi-  
litudo, muneris etiā in Rep. obeundi quædam societas, do-  
nandum ac dedicādum esse præcipit: eum tu, & quòd à me  
processit, qui cognatione patruelis, amore germanus sum,  
& quoniā ad te it, lubèter legas: ac seriò quidem, sed ita di-  
ligas, nō uti (quod ille de suis nugis, ab amico Meliore fieri  
voluit, tibi verò difficillimū, & penè *ad uerbum* foret) seposi-  
to nitore iudices: verū uti (quod in summis ac difficillimis  
cūm Reip. tū regis ipsius & primariarum Gallix familiarū  
negotiis, quæ in augustissimo ille tuo fisci patrocinio ta-  
ctas: tibi quotidie vsuuenit) affabrè, hoc est prudenter & a-  
cutè, sed verè, incorruptè, sincerè sentias: sed simpliciter &  
ingenuè mihi iudiciū animi tui, citra damnum affectus a-  
perias. Equidè qui cum Fabio, nō omnia quæ magni aucto-  
res dixerint, utique esse perfectā, persuasum habeo: nam &  
labi aliquando, & oneri cedere, & indulgere ingeniorum  
suorum voluptati, nec semper intendere animū, & nonnū-  
quam fatigari: summos enim esse (quod ille ait) homines ta-  
men: propterea liberiùs de difficultiū aliquot quæstionū iu-  
ris definitione, de plurimorū in ipso iure ciuili aliisq; Lati-  
nis & Græcis authoribus locorū castigatione vel interpre-  
tatione sententiā protuli: & adeò quidem, vt quemadmo-  
dum sidera contrariū mundo iter intendunt, ita interdum  
ipse aduersus opinionē omnium ierim. Eapropter, quod fa-  
cile suspicabūtur aliqui, potuisse fieri nō diffitebor: vt quasi  
Phaëron quidā, sicut est in fabulis, toto cælo forsitan deer-  
rarim. Veruntamen cūm longiore præfatione, vel excusare  
vel commendare mea, si inepta sunt, ineptissimum, si com-  
moda & ferenda, superuacuuū iudicem: hoc scilicet rogabo  
te, vt qualiacunque sunt, ea, si tibi non displicuerint, à te,  
quod iamque tua esse ista volui, publicū accipiant: sin mi-  
nus, ad me reuertantur. Bene vale. Ex Sanjoriano nostro  
Idibus Iunij, anno salutis. cIo. Io. LXXIII.

VIDVS

VIDVS FABER, PETRO

FABRO S.

**V**TA R arbitratu meo, liberalitate tua, & egre-  
gio isto munere, quo me ornasti: de cuius præstā-  
tia posteri etiam per me indicabunt, si pateris:  
vt autem patiaris, te vehementer etiā atque et-  
iam rogo: cupio enim mirū in modum vt Semestrium tuorum  
secundus liber inscriptus nomini meo quāprimū appareat  
in vulgus, atq; editionis author haberi volo, vt si nulla alia re  
possūm, hac vna saltē, posteritati videar aliquando profuisse.  
Extabit ergo, industria quidem tua, meo certè cōsilio & im-  
pulsu singularis doctrinæ opus, & æternum, ni fallor, ingenij  
tui monumentū. Noli, quæso, putare me ista scribere ad gra-  
tiam, aut temerè. Legi enim totū librum tuum non raptim, vt  
soleo huius generis scripta legere, sed attentè & diligenter, di-  
cerem etiā reprehendendi studio me legisse, ni vererer, ne hæc  
diligentia, quamquam à summo amore profecta, nimia tibi  
ceterisq; videretur: ab assentatione autē omni natura alienus  
sum: nec me colluues hominum, cum qua quotidie confictā-  
dum est mihi, corruptiq; mores aulicorū, qui hoc veluti hamo  
Regū & Principum ingenia capiunt, nec res deniq; vlla effi-  
ciet vnquam, vt aliter dicā atq; ipse sentio. Tacere mihi po-  
tius est, quàm ad gratiam loqui. Habes cum laude etiā mea  
de libro tuo & de eius editione iudiciū meum, quod præstabo.  
Sed nō tu is es (scio) cui aliena fide opus sit, quiq; facta, dicta,  
scriptaq; tua, & excellentis ingenij lucubrationes tueri & præ-  
stare ipse per te nequeas: tamen si quid hoc ad rem pertinere  
videbitur, accedam lubens quouis titulo ad eam sponsonem,  
quam de eruditione tua doctrināq; singulari, & eximia iam  
pridem literatis omnibus dedisti. Vale.

¶ iij



## SVMMAE CAPITVM.

### CAP. I.

**D**E iure naturali & gentium: ex utro sit matrimonium. Cecrops cur & quibus. Socratem, Euripidem, Antonium singulos duas simul uxores habuisse. De liberis aut parentibus naturali pietatis ratione curandis, exposita l. j. D. de adqu. rer. dom. Quaedam & civili & gentium iuri posse tribui: hoc propè diuinum, ex quo sepulturas esse. Quid homini homo debeat. Qui cadauera sepulturae mandet, aut humanitati ac pietati tribuere, aut huius negotium gerere. Exposita compluribus veterum adhibitis locis l. 14. Et si quis. §. sed interdum. D. de religiof. & sumpt. fam. Postremo tractatur, Imperatori militum caforum sepultura ut cura esse debeat.

### CAP. II.

Pietatis nomen late patere: Clementiam eo significari compluribus veterum locis: eamque ut Iustitiam in Principe potissimum commendari. Columna Regia. Principi studendum ut à subditis ametur: quod lenitate obtinebit. Religionem, itemque auctoritatem parentum in liberos horumque in illos obsequium à iure gentium: Mutuam inter ipsos charitatem à natura esse. Exposita l. j. D. de obseq. à libert. & liber. praest. & de lege Regia. Natura lege inferiora & imbecilliora superioribus & Valentioribus cedere. De vi per vim repellenda: Sitne à natura istud an à iure gentium. Exposita l. probrum. 42. D. de verb. signif. Nocturnos populatores, militia desertores & transfugas quo iure cuique ulcisci liceat. De belli iure interea non nihil.

### CAP. III.

De iure belli: eo transfugas recipi: exposita l. transfugam. D. de adqu. rer. dom. Alienigena hostes apud Ciceronem: & ut à victoribus olim accepti. De captarum rerum ciuitatum hostium iure. Seruitutem è iure gentium esse. De triumpho apud Romanos: & hostium duces triumphatos in carcere necatos. De confessus honore, de captiuis sub corona venditis aut diuisis: pradaeque publica per quaestores diuendita vel militibus diuisa: emendato ex Panegyricis locis, & exposita l. penult. D. ad leg. Jul. pecul. De iure postlimini & recuperatis ex prada rebus pristino statui restitutis: illustrantur adhibitis veterum testimonijs l. 21. §. quod si publice, & l. 25. & 28. D. de capt. & postlim. Ex prada decimas Apollini, sed & Herculi & Priapo dicari: spolia etiam Dijs voueri nonnunquam & comburi olim solita.

### CAP.

### CAP. IIII.

De iure belli. Quid fiat ciuitatibus, agris: sacrisque ac religiosi hostium locis. De sacrorum enocatione ad l. 9. §. Illud notandum. D. de rer. diuis. De recuperatorum ab hostibus locorum expiatione. Vbi non parci iure belli, quam oppugnatoria machina percussisset: imbelli tamen at atula ac inermibus ignosci. Exponitur defensa vulgata Florentinaeque lectione l. in agris. 16. D. de adqu. rer. dom. & quatenus agris hostiles olim publicati fuerint: quid ex ijs in publico relictum diceretur: de colonis demique vel ex inopum ciuium vel ex veteranorum militum numero in eos missis. Emendato Dionis loco. De coloniarum deductione: Taciti loco exposito. Ex hostilibus rebus quasdam in prada non esse: explicata l. transfugam. D. de adqu. rer. dom. & l. j. sub int. D. de adqu. possess. Conditions captiuis corporibus additas à victoribus: post etiam à distrahentibus dominis: ut alio exportarentur mancipia nec ibi seruirent: nec unquam ne de intra certum tempus manumitterentur: alioqui manus esset iniectio: ad l. quis est fugitiuus. §. pen. D. de adul. edict. De seruo denique qui exportandus uaneat: & quod Graeci dicunt, ἐπὶ ἕξαρων, notato Suida.

### CAP. V.

De seruo exportari iusso & manumisso: ad l. 2. D. Qui & à quibus. Exposito praecipue §. omnibus. l. hos accusare. D. de accusat. Relegationem, deportationem, similemve capitis poenam seruilem non esse ostenditur. De metalli operisque metallici poena origine, utrum operis publici poena seruilis sit. Tentata emendatione l. in seruorum in princ. D. de poen. & l. Padius. §. Nam plurimum. D. de incen. rui. & naufr. In opus publicum dandos fustibus ante à cadi: conciliata l. seruus in opus cum d. l. in seruorum de poen. Operis publici poena origo. De poena donationis ad remum. Exponuntur praecipue l. 2. C. de sepulch. Viol. l. si quis delegauerit. de nouat. D. & l. unica. C. Theod. de mulier. quae seru. prop. se iunx. De adulterij poenae. Exilij variae significationes demonstrantur: explicata & emendata l. exilium. §. D. de interd. & releg. & ibi de lata fuga. Relegationem à priuatis patribus fam. indictam filijs fam. libertis & vero seruis ostenditur: duriorèmq; iustitiam fuisse quam urbanae seruitutem. Altera postremo adfertur interpretatio ad l. 2. D. qui & à quib. manum. lib. non fiant.

### CAP. VI.

De poenis militaribus & auctoratione quaedam. De poenis paganorum & earum differentia. Admonitio verberum: Castigatio verborum: Seneca emendato. Qui & qua ex causa olim virgis & fustibus, qui anguillarum tergoribus, qui denique flagellis caderentur: exposito carmine Horatij de Mana. Praconum ac triumuirorum capitalium munus in poenis exigendis. De theatri lege Othonis sine Roscia. De iure aureorum ¶ iij

anulorum. De iure locorum & ordinum in spectaculis. Equeſtria Equite. Libertini quando militarint. Qui magiſtratus in quos ciues Re- pub. Ro. ſtante animaduertent. De iure virgarum in hiſtriones: Pauli loco ex veteri hiſtoria explicato.

### CAP. VII.

De priſco Romanorum in noxios animaduertendi more ante leges Porciam & Valerias: emendatus obiter Diodori locus. Morem maiorum de legibus illis interdum intelligi. De interceſſione tribunitia vel imperatoria, iure poteſtatis tribunitia: duobus apud Tacitum caſtigatis & expoſitis locis. De decollatione: Athenai loco explicato. De culleo, quo confeſſi duntaxat parricida inſuerentur. De laqueo: quo fauces noxijs in carcere frangerentur. Carceris deſcriptio eiſque appellationes varia. De viuicrematione. De damnatione ad beſtias eiſque ſupplicij prima origine. De confeſſoribus ferarum in ſpectaculis Romanis Emendatur locus apud Suetonium: apud Popiſcum alij deprauatiſſimi duo caſtigantur. Poſtremo cremationis penam cruce ac beſtijs grauiorem habitam: expoſita l. multi. G. C. de malefic. & mathemat.

### CAP. VIII.

Seruilis pena Crux: Titulus criminis conſumendo appoſitus. Extra urbem ad portam Vltimum fere quoduis in urbe ac prouincijs ſupplicium exatum. Eſquilina alites ac puticula. Sceleratus campus. Tintinabulorum uſus apud Romanos varius. In caſtris extra vallam ſumpta ſupplicia. Latrones olim cruce dati, expoſita l. capitalium. S. pen. D. de pen. In cruciarijs adhibiti clauis, ſuffracta crura. Sublatum crucis ſupplicium. Triboniani manus indicatur in l. quicumque 8. D. ad leg. Cornel. de falſ. Fruſtuaria pena, & plumbatarum verbera.

### CAP. IX.

De ciuibus ſumpta per centuriones tribunos militesque ſupplicia etiam in urbe ſub Imperatoribus. Seſtertium ſupplicij locus. Cadauera punitorum vncis in ſcalas Gemonias ac Tyberim petracta, honore ſepulturæ prohibito. Qui olim non lugerentur. Suspendioſi qui: ad l. ii. §. Non ſolent. de ijs qui not. in fa. Crucifixis adhibiti è militibus cuſtodes. Quorum cadauera punitorum ad ſepulturam concederentur. Non exacta noctu de fontibus olim niſi extra ordinem ſupplicia. Crypta: emendato Seneca loco valde mēdoſo. Feſtis diebus olim in noxios exceptis paucis non animaduertum. Expoſita l. cuſtodias. D. de public. iudic.

### CAP. X.

Et in damnatos capitis apud Romanos lege ageretur, De ligatione ad palum. De ſciſſione veſtium, varijs ex cauſis. De lugērium priuatorum magiſtratum de habitu. De veſtis mutatione ob Saturnalia, magiſtratus, aut militiam Seruilia veſtis que. Lacerna: Cucullus: Penula: Pallium: Horatio & Martiale illuſtratis: hoc in ſuper caſtigato. Municipium, plebiſque

plebiſque Romana habitus. De luctu publico in urbe: atēne an albus feminarum in eo veſtitus fuerit, controuerſum inter hiſtoricos videri. At in eo ipſo vulgarem magiſtratum ſedens: verſos faſces: militum arma verſa: Serratio interim caſtigato. Reum capite damnaturū peruerſa veſtis, praetexta poſita. Saga militum: paludamenta Imperatorum: Togula & Sagula liſtorū. trāſe voc. Pallium quia ſit apud Marcellinum. Munera gladiatoria, quibus primum poſtea de cauſis: quorum magiſtratum cura: quot gladiatorum paribus: quibus ſumptibus. publice, priuatim. & quo denique tempore olim edita: & in ijs que perſona olim depugnari. Lanista qui & patreſa. apud Suetonium. Picta gladiatorum dimicatio: expoſito Horatij loco ad l. vi. in prin. D. de adi. ed. De gladiatorijs conſulim aliorumque magiſtratum muneribus: ad l. 36. D. de condit. & demon. Quando quibus de eccleſiaſticis aut principalibus conſtitutionibus recifa illa vel ſublata ad l. j. C. de gladiator. lib. ii. & ibi, quamobrē ab Imperatoribus in militia euntibus illa exhiberentur: Spariano mēte ex poſito: Dionēq; apud Xiphilinū & Capitolino caſtigatis.

### CAP. XI.

De pecunia arenarijs preſſita. De ludo in quo gladiatores edicarentur. Spoliarium. Arma luſoria grauiora quibus exercebantur, rudibusq; ac obtuſis gladijs in ludo pugnabant, & in praluſione ventilabant. Eorundem habitus in arena & arma decretoria. Emendatur Taciti locus. Oratores gladiatoribus ſepè comparatos. Patiniam non Petroniam legem exaudiendā videri in l. xj. D. ad l. Cornel. de Sicar. cuius emendatio tentatur: & ſub Imperatoribus poſterioribus ſeruos ad ludum inuitos non datos à dominis. Explicatur l. 38. de oper. libe. & l. vlt. de ſer. fugit. Gladiatorum libelli. Deſtinatorum nōmen apud Suetonium. Palma gladiatoria. Sine miſſione apud Suetonium & Senecam. Arenā miſſus in l. 4. de legatio. Radiarij denuo auctorati. Auctoramentū gladiatorum. Expoſitus Horatij locus: & de ſacello Herculis, de que rudi ac pileo gladiatorum, ex quibus tyrones quidam, alij veterani fuerint. Euocatorum veteranorum rudi. Explicatur l. j. D. de abigeis. Emendato Vlpiani loco ex fragment. Piſthæanis. Vtriusque ludi penam deportatione grauiorem metallo fuiſſe leuiorē. Datos ad ferrū aut ad beſtias penæ cauſa, dimitti, pileo ve aut rude donari nō ſolitos. Ad ludum alterutrum damnatos accepto pileo rudeque nihilominus ſiſer ſeruos fuiſſe videri. Illuſtrantur l. ad beſtias. D. de penis & l. vlt. C. ad leg. Fab. de plagia, in qua Triboniani manus indicatur. De pena plagy: Emendato Pauli ex fragmentis loco: & expoſita l. in fuga. C. ad leg. Fab. de plagiar. Poſtremo apud Vlpianū in fragm. Piſthæan. In via recte legi, neq; corruptū eſſe demonſtratur.

### CAP. XII.

Tactatus l. ad S. C. Orfitianum. Expoſitur §. qui operas l. j. D. ad Tertyll. inter uxorem que in manu viri ſit, filioſque familiaſ ius olim fuiſſe cōſanguinitatis. Explicatur l. ſi matre. C. de ſuis & legit. he. l. j. C. ad Tertyllia. & Pauli locus è ſententijs receptis. Tutorem infanti pro herede ge-

rere: Infantem tutore auctore videri pro herede gerere: & hac in re notatus Iurisc. in §. Si pupillo. l. Servo invito. D. ad Trebelli. De filiis spuris, & seruitute manumissis: peregrinis, & ciuitate donatis: utrum & quo iure parentibus ab intestato succedant. Filij nomen in testamentis plenius accipi. Manumissum non pristinam recuperare, sed nouam libertatem consequi. De macula seruili: seruatorumque differentijs: ad l. Et seruatorum de statu hom. qua conciliatu cum alijs in speciem pugnantib. locis. De auctore seruo: locus Martialis exponitur: itemque l. aufertur. §. Auctores. D. de iure fisci. spuriaque inibi verba indicata: & alio iure, Auctores ac reliquos seruos censi demonstratum. Atriarij, qui sint in l. §. Caupones. D. Nautae, caup. stab. Emendatur Seneca locus Macula serui saepe venditi. Libertos itemque colonos & similes personas macula non carere. Serui Domini nomina, ad liberos patronosque aut qui alioquin serui domini esse desierint, extendi. Scenicos & arenarios olim tribu motos. De Censoria nota. Qui arena operas locauerit, etsi non prodeat, infamem esse: Qui scena, non item, antequam prodierit: cuius differentia ratio inuestigatur. Arenarios & scenicos seruis ac libertinis plerumque copulari. Arenarios sponte constitutos a ceteris cuius in iure successionis hoc tantum differre quod exheredati de inofficioso non queruntur. ad l. In arenam. C. de inoff. testa. In arenam damnatos ut poena seruos omni successionis iure prohiberi. Merito dubitatum an qui manum arena locasset, & consulti beneficio ad legitimam matris hereditatem admitteretur. Humana tamen, & a iure aut ab aequo certe ac bono non aliena ratione ad istam successionem inuitatum intelligi. Hac omnia, & verò alia permultra, non vulgari sed nostro modo exequimur.

#### CAP. XIII.

Tractatus 2. ad S. C. Orfitianum. Qua capitis minutio, quod ius legitima successionis perimat: Quatenus contrahat peregrinus aut ex ultima ciuis voluntate capiat: & a seruo poena quid differat. An perigrinitate, ut seruitute soluat matrimonium: & de dotis exactione. Nec fideicommissa ne ab intestato quidem relinquere, nec manumittere deportati: liberos tamen habere intelligi: relicta incapacibus an fisco cedant. Pertinere. Plerumque suppletur Possesse. Restitutio, Abolitio, Indulgentia communis siue generalis itemque specialis. Honor Senatui a principibus habitus. Explicantur praecipue l. amissione. §. publicatione. D. pro socio. l. sed si alia in ff. D. de bon. dam. l. si deportati 7. in prin. & §. j. D. de legat. 3. l. edito & l. Statius Florus. D. de in. fisci. Tentatur emendatio. §. Qui operas. l. i. D. ad Tertyllia. sine qua etiam adfertur ad eum. §. noua interpretatio, ex homonymia vocabuli capitalis. Capitalia interdum dici quae cumque iudicij publici crimina: Ex capitalibus criminibus ut puto maiestatis aut falsi, non capitalis quoque poenas irrogari. De relegato vel ordine moto ac restituto: itemque de capitis minutione qua saluo statu contingit. Exponuntur praecipue l. pen. D. si ex noxa. causa aga. & §. omnibus. l. hos accusare. D. de accusat. & d. l. i. §. capitis. D. ad Tertyllia.

#### CAP. XIII.

Quod in testamento scriptum est ex mente ac opinione testatoris nunquam contra

contra communem rerum aut verborum usum: nisi forsitan in fideicommissis interpretamur. Exposita l. inter vestem. D. de auro & arg. leg. in ambigua sermonis significatione usu rerum promiscuo, id sequimur quod defunctus senserit. Fundi ut proprietatis nomine, non modo plenam sed nudam quoque designari: ad l. si alij fundum. D. de usu. & usufr. leg. qua emendatur, exponitur, & conciliatur cum l. sed si forte. D. de reb. eor. & alijs locis. Agendi, ad contractus: sentiendi verbum ad ultimas voluntates plerumque pertinere. Confirmata emendatio dudum a nobis demonstrata circa l. quarebatur. §. pen. D. de testa. mil. Spuria verba indicata in d. l. si alij fundum, & item in l. i. §. ult. D. de questio. & eius cum alijs e iure locis conciliatio tentata, noua ratione. Vel sublatum ex d. l. si alij.

#### CAP. XV.

Quando & quatenus coheres ab alio relicta praestet: ad l. pen. D. de iu. codicil. qua emendatur, conciliatis inuicem & expositis l. cum pater. §. cum existimaret. de leg. 2. l. post emancipationem in princ. de leg. 3. l. alieno. §. cum intestato. & l. si pater. §. ult. de fideic. liber. utrum alteri pro altero solutio utiliter ad liberationem fiat: ad l. filia. D. de solut. qua emendatur, expositis praecipue l. pupilli debitor eod. tit. & l. tutorem quondam. C. Arbitr. tut. Argentariorum erga ateria, Praeconiis haesta: de qua emendatur apud Senecam locus. Minor res suas a tutore curatore pro tutore, negotiorum gestore alienatas quando & quomodo reuocet. Mater qua ius administrationis habuit vel non, itemque tutores qui de cum his contraxerunt qua actione minori teneantur. Spuria verba indicata in l. 58. §. qui testamento. D. de admin. tut. itemque vno apud Senecam, duobus apud Plinium, singulis apud Suetonium, Gellium, Quintilianum, Aristidem, Themistium, Andocidem, Diodorum locis notata.

#### CAP. XVI.

Iterationes, itemque compendia orationis apud iuriconsultos animaduersa. Ad testamentum, Ad annum, Ad conditionem: defensa Florentina lectione in l. 8. D. de verb. obli. Lex, Fram. Seruius ad Virgilium & Plinius notantur Proclamare: quo ex verbo dictum Ciceronis apud Plutarchum explicatur. Interdicta loca in l. 4. D. de poenis: cuius tentatur emendatio. Ex literarum immutatione alij apud Papinianum Modestinum & Plinianum castigati loci: exposita l. vltim de iure iur. & l. Pappin. §. si ex causa. de inoff. testa. itemque apud Senecam, Plinium, Claudium Tacitum plurimi. Rursum apud Paulum & Capitolinum Impendij vocabulum restituitur, defensa apud Papinianum vulgata lectione. Induere apud Tacitum & Claudianum: exuendi & exutum legi apud Tacitum & Plinium debere. Indicij vocabulum in l. 2. C. ut in possess. legat. ex Papiniano, itemque apud Senecam repositum. Postremò apud Plinium, Claudianum & Suetonium: apud Laetantium Dionem, Plinium, Isocratem singuli ex ista literarum immutatione loci castigantur.

#### CAP. XVII.

Cuius rei alienationem eius & pignus consistere: conciliatis inuicem l. 9. in

fi. & l. 24. D. de pignor. exposita l. 25. eod. tit. De sacro, religioso, publico loco: item de re furtiva, dotali, & litigiosa in obligationem deducta: postremo de re aliena: utrum eius venditio permutatio pignus aut quilibet alius contractus, inter scientes vel ignorantes, consistat, & ex contractibus qui suum nomen habere dicantur: expositis l. 7. §. permutatio. D. de rer. permut. l. 4. l. quoties, & l. ult. C. de rei vindicat. Rei qua sit apud hostes utrum obligatio consistat ad l. ult. D. de act. emp. Expositis l. cum a matre. C. de rei vind. l. si post acceptum. D. eod. tit. l. qui balineum. §. Titia. D. Qui potio. in pigno. & l. j. in prin. D. de pigno. & alia quam plurimis ex materia pignorum. Nihil agere quid sit in l. 2. De pigner. act.

### CAP. XVIII.

De rei aliena pignore: quod ex post facto vel directo conualescit, vel ita ut ex eo utilis tantum hypothecaria creditor detur, & ratihabitio domini aut heredis quatenus retro trahatur. Exposita l. rem alienam. D. de pigner. act. qua nova ratione conciliatur cum l. si Titio. D. de pign. Apud Paulum & Papinianum, sine voluntate, sine pace apud Virgilium: Apud ipsum & Senecam Tacitumque ac alios, sine more: Apud Paulum, sine iure: Apud Casarem & Petronium Extra legem, extra consuetudinem: Apud Thucydidem ἀνευ τῆς νόμου, Dionem ἔξω τῆς πάτριον, Xenophontem ἀνευ νόμου. & apud Gracos denique Romani iuris interpretes ἀνευ νόμου quid significet. De denuntiationibus postremo & protestationibus, contractus solutioni manumissioni aditioni ad rem impediendam adhiberi solitis: Exposita l. 49. in princ. D. de mmar.

### CAP. XIX.

Directam alieno seruo libertatem in testamento dari non posse. Exposita l. si seruo. D. de adim. leg. De seruo hereditario: exposita l. verum est. de man. testa. De seruo castrensis peculij. Explicantur l. generaliter. §. quid ergo si fidei. D. de fidei. libert. l. Stichus seruus 2. & l. Aristo. D. de man. testa. in qua iuris antiqui vestigium indicatur: & l. 2. §. codicillorum. D. de iur. codicil. in qua defenditur vulgata lectio. De seruo pignorado: ut conciliari possit. §. si quis seruo d. l. generaliter cum l. seruum filij. §. si idem. de legat. 1. Exponuntur praterea l. qui testamento. de legat. 2. & l. fratros imperatores D. de pæn. Item de seruo communi. Postremo de seruo alieno ab hostibus redemptio & manumissio. Explicata l. 71. si seruum. D. de adq. hered. cuius tentatur emendatio.

### CAP. XX.

Cur alieno seruo vindicta manumisso nihil agatur. Exposita l. 4. C. de iis qui a non dom. Solertia manumissionum a consulis magistratum ineuntibus celebrata: ad l. 13. C. Tlo. de infirm. iis que sub tyrann. ex Libanio, & Sidonio: cuius carmen emendatur. Nec per tutorem quidem aut curatorem praestari debitam libertatem: ne dum per extraneum quempiam: nec ob stare l. cum proponas. C. de dolo. qua exponitur. De serui a coniuge donati vel dotalis manumissione, illustratur obscura Plipiani mens

mens in l. quod autem. §. ult. D. de donat. int. vir. & vxor. & noua interpretatione adiuvatur. A patre filio & familia seruum alterutrius recte manumitti: non a seruo: non emancipati filij seruum eum de qui sit e castrensi quasi & castrensi filijfam. peculio a patre: sed factam manumissionem confirmari posse. Exponuntur precipue l. nulla competit. D. Qui & a quib. man. l. si pater. C. de iis qui a non dom. & l. filium. D. de liber. cau. De consensu domini seruum alienum recte manumitti: Confirmatam ex post facto manumissionem non retrahere: quod similiter in nuptijs obtinere, explicata l. et si contra. C. de nupt. ostenditur.

### CAP. XXI.

Alieni serui manumissionem tempore vel ratihabitione, qua retrahitur, confirmari: sed utrum aduerso dominio serui a manumisso? Exposita l. pen. D. pro donato. & l. si seruo alieno. D. qui & a quib. man. qua conciliantur cum l. filium D. de lib. cau. & l. si ab eo. C. eod. tit. Propriam verborum significationem contrahi nonnunquam aut porrigi: Varijs e iure petitis exemplis demonstratur, voluntatem eius non contrariam dici, qui consenserit. Non repudiatum legatum, quod est agnitum: Non consentire eum, qui expresse dissentiat, dici per leproten: cuius figura complura exempla proponuntur. Expositis praeceptu l. renitente. C. de iud. lib. & l. mulier. §. j. D. de condit. & dem. De proprio seruo alteri legato & manumisso, ad l. heres. D. qui & a quib. man. & quid ibi atque alijs locis quibusdam. Nihil agi significet. De seruo hereditario manumisso: explicantur l. facta. D. ad Trebel. l. 3. & l. generaliter §. ult. D. qui & a quib. & l. 3. de man. vind. De seruo pignorado & manumisso: probata Florentina lectione in l. pignori. 26. D. qui & a quib. De seruo in quo usufructum alius habeat manumisso. Cur non ut seruitutis constitutioni sic manumissioni mortui de illationi a proprietario facta usufructuarius frustra consentiat: ad l. sed & si quid §. ult. & seq. l. D. de usufr. quicum alijs loci noua ratione conciliantur. Ad certum incertum de tempore constitui usufructum, explicato Pauli e libris sententiarum loco. Comparatur autem hoc fere toto capite locus religiosus effectus cum seruo effecto libero: quod a nemine adhuc tentatum fuerat.

### CAP. XXII.

Per alium acquiri hereditatem non posse adeundo, sed pro herede gerendo: Cretionis etymon. Exponuntur precipue l. furiosus. 63. & l. per curatorem 90. de adq. her. defensa hic quidem Florentina lectione: ut & in §. sed et si non adierit. l. qui in aliena. eo. tit. Emendatur Plipiani locus in fragm. Exponitur l. si filius fa. C. de petit. here. Vno casu non adquisitam olim sine cretione hereditatem: Vno casu aditione per aliam facta hodie acquiri: ex l. si infanti. C. de iud. lib. De acceptilatione. Probatur emendatio l. 3. D. de acceptil. & difficiliore eius tit. leges declarantur: itemque l. si debitor. D. de solutio. Quatenus ex persona domini seruus astitmetur: & de stipulationibus factum continentibus. Cur acceptilatio, non stipulatio sit actus legitimus disceptatum: Nexum acceptilationis, ut



manuum porrectionem stipulationis symbolum esse. Promittere. *Utrum acceptum rogando seruus dominum sine nouatione liberet. Optionem aut electionem alicui e testamento vel stipulatu debitam, per alium non celebrari: & quid in electione tacita dicendum, ostenditur. De restitutione hereditatis: & a solutione quatenus differat: Postremò alieno quidem nomine illam, & per alium: non tamen sub conditione fieri. Exposita inter ceteras l. si de mulier. §. ex asse. D. de iure dot.*

### CAP. XXIII.

In actibus legitimis qui nec alieno nomine nec nisi pure sunt nominati, esse ab alienationem: siue sit mancipio siue in iure cessio: Quid de cessione tutelæ dicendum: quid si quis ea se abdicauerit. Emancipationem, Adoptionem, Testamentum hodieque illo iure censerit. Cur volente patre filiusfam. donet non etiam testetur: ad l. tam is qui. D. de mort. cau. donat. In actibus legitimis esse aperturam siue resignationem tabularum, Repudiationem hereditatis, Nuptias siue Conubium, atque Diuortium: in his certe idem ius quod in illis obseruari. Tentatur interim castigatio l. denique 6. D. de ritu nup. exponitur l. 2. C. de nupt. Testationem, non item ob signationem olim fuisse in nuptiis necessariam, indicato moris antiqui vestigio in l. filium. in fi. D. de is qui sunt sui vel alien. iur. & l. si vicinis. C. de nup. Gestis olim solitum inseri diuortium. Præter Iuuenalis ac Suetonij locos, illustratur l. diuus. D. de diuort. & ibi Mittere quid significet, naturalémque vim verborum plerisque locis augeri demonstratur. In diuortio dirumpi solitas olim nuptiales tabulas. Testes etiam, imo verò arbitros olim adhibitos. Emendatus obiter Senecæ locus. De diuortio cautum lege Iulia de adulteriis, & lege Iulia de maritandis ordinibus: ac pleræque alia minimè vulgaria.

### CAP. XXIII.

Eodem quo actus legitimos iure ut nec per alium nec nisi pure fiant, censerit trinas quaslibet denuntiationes. Indicantur suspecti ex articulo, id est, loci, apud Vlpianum duo, apud Papinianum, Imperatores & apud Ciceronem singuli. Exposita l. 3. de iuri legul. lib. 11. Cod. De litis contestatione. De auctoritate a tutore præstanda exposita l. 8. & l. obligari. §. pen. de auct. tut. De sententiis vel decretis iudicum. De additione bonorum ad libertates conferuandas facta: cuiusmodi non conditio adiicitur: exposita l. 4. §. hi qui, & §. illud videndum. D. de fideic. libert. Conditio modum significari. Modo non vitari sententiam, adoptionem, hereditatis aditionem, manumissionem, nec alios actus legitimos. Hæc verba, Mortis causa conditionem non facere in donatione, acceptilatione, manumissione. Exposita l. mortis causa. D. de manumiss. Testes quidem non tamen certum testium numerum in omnibus actibus legitimis desiderari: & quid in acceptilatione. Ex his actibus quosdam a solis patribus familias, quosdam a liberis qui in potestate sint, nonnullos & a seruis peragi. De seruis publicis populi Rom. qui ex libertinorum corpore fuerint, iisque commercij cum ciuibus & testamenti pro parte faciendi habuerint. De

rint. De seruis publicis ciuitatum. De seruis qui mutationibus deputati, muliones publici dicerentur. In publicis populi Romani fuisse calatores, viatores, lictores, Bruttianos scribas & apparitores quoslibet: de quibus omnibus, ex historia veteri agitur.

### CAP. XXV.

Scriptorum librariorum errore aliud cogitantium, verba ex præcedentium aut sequentium similitudine iterata, omiſſis necessariis apud Iurifconsultos: Emendata l. 2. §. Senatus. D. de iure fisci: & exposita. Disputatum de lectione l. 10. §. vlt. D. de appellat. l. 66. de condi. & demonstr. l. 55. §. qui fideicommissam. ad Trebell. l. 11. de damn. infect. l. 4. versic. Tutor. D. de re iudic. Tentatur emendatio l. 19. Ex quib. caus. maro. Castigantur etiam l. pignoris. de pigno. l. 13. de vsur. & Papiriani ex fragm. Pithæanis locus illustratur & emendatus, §. Iudex l. 13. D. ad leg. Iul. de adulter. & ibi quatenus quando de criminum vel delictorum compensationi locus sit: & Rei vocabulum esse πολύσπουρον ostenditur. Restituta lectio vera in l. 4. C. ad leg. Iul. de adult. Apud alios auctores a similia mendam indicantur atque corriguntur. Apud Censorinum, Lampridium, Martianum, atque Claudianum. Præterea duobus apud Ciceronem locis, ad Atticum & pro Milone: itémque ex codice vetusto apud Sidonium. Ex Græcis verò apud Syneſium, Eusebium, Diodorum denique Siculum duobus locis, ex lib. 13. & lib. 15. ibiq. de prudentia, Imperatoria virtute agitur: & quibus eam vocabulis Græci designent, ad extremum ostenditur.





ELOGIA.

Hor. Sat. 1.  
lib. 1. ferm.

- Leporem venator ut alta  
In mine sectatur, positum sic tangere nolit:  
Captat & apponit: meus est amor huic similis: nam  
Transuolat in medio posita, & fugientia captat:




PETRI FABRI REGII  
CONSILIARII ET LI-

BELLORVM ORDINARII

Magistri Liber Semestrium,  
Secundus,

DE IVRE NATVRALI ET GENTIVM: EX V-  
tro sit matrimonium. Cecrops cur diquos. Socratem, Euripidem, Anto-  
nium singulos duas simul uxores habuisse. De liberis aut parentibus  
naturali pietatis ratione curandis, exposita l. j. D. de adq. rer. dom.  
Quadam & civili & gentium iuri posse tribui: hoc propè diuinum,  
ex quo sepulturas esse. Quid homini homo debeat. Qui cadaver a sepul-  
tura mandet, aut humanitati ac pietati tribuere, aut huius negotium  
gerere Exposita compluribus veterum adhibitis locis l. 14. Et si quis §.  
sed interdum. D. de religiof. & sumpt. fun. Postremò tractatur, Impe-  
ratori militum caesorum sepultura ut cura esse debeat.

C A P. I.



T A EST profectò, ut Plinius In præfatio-  
ne operis de naturali historia monet: Musæ,  
Pandectæ, ἐγχειρίδιον, λεγµένον, πινακίδιον, in-  
scriptiones propter quas vadinoniam dese-  
ri possit: At quem intraveris (dij deæque)  
quàm nihil in medio inuenies! Veruntamen  
optimo iure (quantum iudico) sortita sunt  
suum illud illustre Pandectarum nomen: &  
si quod aliud splendidius reperiri potest, id, ἀποπρασµατῖα ista exi-  
mia merentur: quæ ex variis veterum Iuriconsultorum scriptis, tan-  
quam thesauris decerpta, in tuos Digestorum libros Imp. Iu-  
stinianus retulit. Nam cum ea iuris præcepta diligenter tracta-  
ta & exposita complectantur, quæ ut ex vera & mera philoso-  
phia, è iurisprudèntia, inquam, & sapientia ciuili, deprompta  
sunt: ita etiam ( auctore Vlpiano <sup>a</sup> ad neminem lædendum &  
ad ius suum cuique tribuendum, atque adeò ad vitam honestè, id

a l. Iustitia  
ro. D. de  
Iust. & Iur.



est, ex virtute, vel naturæ congruenter (vt ait è Zenone Cicero) lib. 4. de finib. & Lactantius lib. 3. diuin. Inſtit. cap. 8. tranſigendam omnino pertinent: tum verò, ſi quis erit paulo humanior, is illa omni & memoriæ veteris & cuiuſcunq; polioris doctrinæ genere locupletia, ſed & innumeris propè ſententiarum verborumque luminibus inſignita eſſe, mecum fatebitur. Quod poſtremam tamen *μύωτες* quidam ſophiſtæ non admittunt: in profundo quippe ſarraginum & minutularum argutiarum, aut potius frigidarum triſtiumque (vt Cæcilianum illud viſarpem) imò verò ridicularum ineptiarum cœno demerſi ſunt: vt Solem aſpicere, qui ſeſe exerit, aut lucem ferre deniq; non poſſint. Inſuſi nimium quantum atque inſipidi! hos ego, cùm reſ ſuas ſibi habere iam dudum iuſſerim, ingenuis quidem, & à bonarum literarum ſtudio non alienis hominibus fidem eius, quod antè dixi faciam, ſi potero: meumque ornandæ ac excelenſe Iuriſprudentiæ inſtitutum tenebo & perſequar. Cùm igitur ad illuſtrandum ipſius Vlpiani perobſcurum, & noſtris quidem doctoribus incognitum de vera Philoſophia locum, primus ipſe nouam interpretationem veterum auctoritate ſtabilitam ante aliquot annos attulerim: ſequitur vt, quod illo ipſo in loco Vlpianus de iure naturali, gentium, & ciuili appoſuit (quoniam hoc quoque ab interpretibus non ſatis, ac ne tantillum quidem intelligitur) ope operaque noſtra pellucidum, & vel cæcis ipſis perſpicuum fiat. Quod & ſi non præſtabimus ex voto: noſtrum tamen ſtudium atque hoc laboris quicquid eſt, amabunt nõ ingrati nec inhumani iuuenes: eaque in partem accipient, vt viciffim nobis faueant, & ad rem literariam ſuis vigilis promouendam, exemplo noſtro lubentiùs ac diligentius incumbant.

Animalibus pro ratione impetum, homini pro impetu rationem eſſe, ſapienter Seneca lib. 2. de Ira. ca. 16. tradit: hinc fieri arbitror, vt (licet re vera & propriè ius omne ratione conſtet) cætera tamen animalia iuris quoque naturalis peritia cenſeri: per quandam auxilium, & figuratè loquens Vlpianus<sup>a</sup> referat: quod etiam ſeræ ipſæ (licet ſenſu, hoc eſt ratione ac iudicio careant<sup>b</sup>) impulſu, & vi quadam naturali ad aliqua rapiantur, quæ nihil prohibet eſſe & inter ſe animalibus reliquis, & cum beſtiis homini communia, quoniam omnium eſt natura communis, vt ait Cicero: lib. 5. de finib. bono. & malor. quapropter ea nos (quatenus tamen animalia ſumus, non quæ homines) diſtante ac præcipiente ratione inſita nobis à natura, volentes facimus atque appetimus. Ex quibus eſt maris & foeminae coniunctio, quam nos homines matrimonium appellamus, ait Vlpianus. <sup>c</sup> Quod ſic accipe: vt propriè connubium (id præſertim, quod fit per conſarreationem, per conuentionem in manum, & coemptionem) apud Romanos tantùm obtineat: ideòque fit à iure ciuili populi Rom. Qua de re ſubtiliùs alibi diſſeretur: matrimonium verò ſiue coniugium, quod inter duos (qui modò parentum aut liberorum gradum inuicem non obtineant: inter quos iure gentium inceſſum committitur, <sup>d</sup> nuptiæ verò conſiſtere non poſſunt <sup>e</sup>) Conſortium

a l. j. s. pen. D. de Iust. & Iur. l. j. s. j. D. si quadrupes pauperum fecerit se dicatur.  
 c d. l. j. s. pen. v. sic: hinc deſcendit.  
 d l. vlti. in fine D. de condi. sine causa. l. vlt. D. de rit. nupt. cum ſimilib.  
 e l. Nuptiæ 53. cod. tit.

tiu in omni vitæ, diuinique & humani iuris communicationem, honestate, pudore, ac religione, tanquam arctissimis vinculis astrictam constituit: iuri gentium (mea quidem opinione) aſcribi oporteat: quippe eum eorum, quæ modò dixi, communionem non vauſ aut alter populus, non item animalia omnia: ſed ſoli homines & plerique omnes inter ſe habeant, ſempèrque habuerint. Ante Cæcropem profectò Athenis nullæ agitabantur nuptiæ: ſed viri foeminis, naturæ ius ſecuti, paſſim miſcebantur: vt Troglodytæ ac Nomades, vt Garamantes, qui matrimoniorum exortes paſſim cum foeminis degunt: & in Æthiopia illis, qui Ichthyophagi, hylophagi, ſpermatophagi populi nominantur, nudique de more cæterorum animalium vitam agitant, foeminae partuq; communes ſunt: id quod poſt Diodorū Siculum, lib. 3. Biblioth. Plinius li. 5. Nat. hiſt. ca. 8. tradit. Indorum etiam foeminas more patrio, complures eidem nuptas eſſe ſolere Cicero lib. 5. Tuſcul. quæſt. & Valerius li. 2. ca. 1. referunt. Primus Cæcropes Athenis vnã vni coniunxit in matrimonium, cùm turpes priùs inter ipſos conſuetudines atque congreſſus haberentur: quam obrem *διφους*, hoc eſt, duplicis naturæ fuiſſe ſingitur: vt ſuperiore parte virum referret, inferiore foeminae ſpecie oſtenderet: τὰ ἄνω ἀνδρὸς, τὰ δὲ κάτω μέρη γυναικός, idque Suidas in verbo Κέρωſ post Atheneū li. 13. ca. 1. memorat. αὐτὸς νόμους θέμιχος (ait Suidas inter cætera) ὡς εὖ φανερώς οὐ γίνεσθαι αὐτὰς καὶ μιᾶ σοιχεῖν, καὶ χεῖρόν ἐυρόν τὰς δύο φύσεις τῶν τε πατρὸς καὶ τῆς μητρὸς, εἰκότως διφους ἐκλήθη. [Ille quod leges tuliffet, vt viri aperte vxoribus conſueſcerent, vnaq; vitam tranſigerent, atque quodammodo duas Naturas; Patris nempe & Matris reperiffet, duplicis Naturæ, merito dictus fuit.] Athenæus autem, ἐν δὲ Ἀθηναῖς ἀπὸ τῶς (inquit) Κέρωſ μιᾶν ἐνὶ ἐξέυξεν, ἀνεδή τὸ πρότερον ἔσαν συώδων ἐκοινογαμίων: διὸ καὶ ἔδοξε τισὶ διφους νομιθῆναι, καὶ εἰδῶτων τῶν πρότερον εἶξ τὸ πλῆθος τὸν πατέρα. [Athenis Cæcropes primus vnã vni copulauit, coercitis prioribus illis congreſſibus nuptiſq; promiſſis, cum nec in turba Patrem quiſquam agnoſceret, vnde vt quibusdam videtur duplicis naturæ eruditus fuit.] Idem profectò Athenæus refert Socrati duas ſimul vxores in matrimonio fuiſſe, Xantippem & Mirtonem Ariſtidis alienius filiam: nec tamen vitio datum id Socrati ab amicis eius reprehendoribus, quoniam ex decreto Athenienſium, ob raritatem hominum, cui libuiſſet, duas vxores habere tum liceret: εἰ μὴ ἄρα συγκεχωρημῶν κατὰ ψήφισμα ἦτο ἐνθάδε, τότε εἴθε ἅπανιν ἀνθρώπων, ὡς ἐξέειναι καὶ δύο ἔχεν γυναικας ἢ βελούδων. quod & ipſum citato Satyri & Hieronymi Rhodij teſtimonio Laërtius Diogenes in lib. 2. de vita philoſo. in Socrate comprobat, ἐνίοι δὲ καὶ ἀμφοτέραις (inquit) ἔχεν ἑμῶν ἔστι Σατυρός τε καὶ Γερώνημος ὀρόδοτος. οὐσι γὰρ βελουθένται ἀδελφάτους, εἴτε τὸ λειπανδρεῖν συωαξῆσαι τὸ πλῆθος, ψήφισμα, γαμῆν μὲν ἀπὸ μιᾶν παιδὸς οὐκ εἶδεν ἢ καὶ ἑτέρας. ὅθων τὰς ποιῆται καὶ Σατυράτων. [Plerique vtriusque ſimul habuiſſe tradunt, ex quibus Satyrus eſt & Hieronymus Rhodius. Nam Athenienſes cum ciuitatem viris exhaustam procreatione liberorum augere vellet, decreuiſſe referunt, vt vrbana quiddam vnã vxorem ciues ducerent, liceret autem & ex altera procreare li-

beros, idque tum & Socratem fecisse.] Socratis quoque discipulum Euripidem Gellius cap. 20. lib. 15. auctor est simul duas vxores habuisse: cum id decreto ab Atheniensibus factu ius esset. Nam quid ego Darij Persarumque regum pellices, aut Philippi Macedonis vxores nomine, re verò concubinas, pellices, & amicas, quarum Athenæus commemorat, percenseam? cum illi ex aliorum hominum præscripto nō viuerent: qui sibi quiduis licere arbitrabantur. Primum ex Romanis Antonium duas eodem tempore sibi vxores adiunxisse Plutarchus in Demetrii & Antonij comparatione memoriæ prodidit: nemo deinde Romanus binas vxores (quod sciam) habuit: iure quidem certè civili, aut Pontificio, habere sub Romani nominis ditione duas vxores, aut cum vxore concubinam, b eodem tempore nemo potuit. Post Cecropem igitur omnium ferè gentium (quæ modò non essent barbaræ, sed legibus vterentur) opinione atque consensu, matrimonium, id est, vnus viri cum vna fœmina coniunctio, recepta est. Nam sanè eum propè solos barbarorum Germanos singulis vxoribus contentos esse Tacitus in lib. de morib. German. memoret: haud immeritò eum veteribus ipsi maris & fœminæ: pluriùmve cum vna fœmina marium aut cum vno mare fœminarum coniunctionem, & vagum (vt Horatius in de arte poet ait) concubitum concubinatum, & contubernium, propinquarum etiam personarum inter se solutiorem commixtionem: illam denique mutua diuersi sexus inter se propensionem, iuri naturali, aut naturæ potius ipsi omnium rerum parenti assignamus: exque ea coniunctione prognatos liberos Naturales nominamus. Attamen hanc quoque copulationem, aucta vocabuli significatione, matrimonium vocamus: vel potius matrimonium, quâ maris ac fœminæ coniunctionem designat, & origine ipsa inspecta, iuri naturali (à quo descendit ac proficiscitur) cum Vlpiano nostro ipsòq; Quintiliano Declam. 368. tribuimus. Hic quidem matrimonia sunt (ait) ab ipsa rerum natura inuenta: sic mares fœminis iunguntur: vt imbecillior sexus præsidium ex mutua societate sumat. Lactantius de falsa sapientia li. 3. Inst. ca. 21. denique ipsas etiam volucres penè omnes matrimonia facere: & paria iungere: & nidos suos tanquam genitales toros (vbi geniales malim) concordie mente defendere: & fœtus suos, quia certi sunt, amare: & si alienos obieceris, abigere scribit.

Quomodo maris & fœminæ coniunctionem, sic & liberorum, id est, sobolis procreationem & partus educationem ad ius naturale Vlpianus refert. Meritò: πάντων γὰρ πρὸς τὰς σωσεις ὁρῶντων καὶ φύσιν ἐκ τῶν παρὰ φύσιν ἀποτελεσθῆναι. [Omnes enim naturali quodam impetu ad conubia feruntur quibus perficitur liberorum generatio.] (vt Polybius Initio li. 6. loquitur.) Natura nobis quemadmodum nascendi, ita gignendi legem scribit: parentisque nos alendo, nepotum nutriendorum debito (vt est apud Valerium lib. 2. ca. 4. vbi de Camillo & Posthumio) alligauerunt: & cum sit hoc naturæ commune omnium animantium (ait Cicero libr. 1. offic.) vt habeant libidinem procreandi: prima societas in ipso est coniugio, proxima in liberis: itaque

a l. 2. C. de incest. nu. l. eum qui duas co. ad leg. sul. de adulter. ex quod defum pra est. l. ca qua de C. de donat. ante Nap. b l. 1. C. de concubi. l. vt. in fi. D. de diuort. Paulus lib. 2. senrent. & tit. 20. fa cit. §. j. lex ca. 1. i. D. de verbor. oblig.

que liberos cuique ac propinquos suos natura charissimos esse voluit: vt apud Tacitum in vita Iulij Agricola, Galgæus inter Britannorum duces, virtute & genere præstantissimus, ad suos loquitur. Educationis nomine tuitionem etiam ac defensionem apud Vlpianum intellige: quippe cuius non modò votum ac desiderium: sed & facultatem omnibus animantibus natura suggerit, sufficitque Diodoro teste: lib. 2. Biblioth. cuius istud est, ἀγαθὴ γὰρ ἡ φύσις διδασκαλος ἀπασί τῶν ζῴων ὅτι πρὸς ἐξάρτησιν ἑμὸν ἰαστῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἡνωμένων, ἵνα ἂν συνηθῶς φιλοφιλίας, τὰς ἐξ ἀρχῆς εἰς αἰδίον ἀγούσας ἀφαιμῶν κινῶν. [Natura enim optima animantibus omnibus magistra est, non solum sui conseruandi, sed et à se genitorum, congenitum immortalitatis amorem discibus in æternum perduratonis orbem agit.] Ex quo intelligimus contra ius istud naturale facere, meritoque impium, sceleratum, & iniustum à Lactantio lib. 6. Instit. ca. 20. nominari, qui patris alimoniam denegat, publicisve locis misericordiæ causa exponit: quam ipse non habet: quasi necasse videatur (vt ait Iurisc.) a qui, quantum in ipso est, crudelius necat, quàm si strangulasset: qui etiam si contingat ei quod voluit vt alatur, addixit certè sanguinem suum vel ad seruitutem, vel (quoniam Iustinianus b hanc ab ipso arcet ac prohibet) certè ad lupanar: id quod Lactantius monet: Præterea, quod ait Paulus Iurisc. alicubi c, Contra naturales stimulos patrem facere, qui vno ex tribus filiis incolumibus emancipato, & patrem sibi curatorem petente, iuris publici excusatione vtatur: & trium filiorum nomine vacationem postulet: optima ratione prolatum esse cognoscimus: qua moti atque adducti principes, eum Aliaz cui-dam propter infidias ipsius vitæ paratas accusationem contra filium suum apud præsidem provincie instituere posse referberent d, hanc exceptionem addidere, Si pietas & ratio naturalis animi tui non reuocat intentionem. Papinianus e etiam alicubi, ob eam rem pietatis fiducia matrem filij negotia secundum patris voluntatem gerere: Seuerus & Antoninus Imp. f eam quæ tutores filiorum suorum specios faceret, eisdemque tutores seu curatores peteret, munere pietatis fungi: eamque causam non admittere negotiorum gestorum actionem, vt sumptus in ea lite factos repetere posset, meritò rescripserunt: Pater videlicet itemque mater educare, tueri, & curare filios debet, alioqui contra pietatem facit, & ipsi naturæ non obsequitur: cum sit naturalis parentum erga filios charitas (vt idem Papinianus g tradit) & institente natura plus fere filios (Pacato in panegyrico Theodosij teste) quàm nosmetipsos diligamus. Atque huius quidem charitatis tanta vis apud plerosque est, vt ob eam potius reconcilientur infensi coniuges, quàm ob mutuam offensam liberos odio prosequantur: itaque Demosthenes in orat. πρὸς βοιωτῶν. πολλὸ γὰρ μᾶλλον εὐφρασιν, ἢ ἐν αὐτῶν διενεχθῆσιν ἀνήρη γυνή, ἢ τῶν πατρῶας. ἀλλὰ ἀπὸ τῆς ἀδελφικῆς ἀδυναθῶσιν ὕφ' αὐτῶν, vel ἢ ἵνα νᾶς πρὸς αὐτῶν ὄργας (vt paulò post eandem sententiam repetens loquitur) τῶν κοινῶν πατρῶας προσμίσθιν. [Sapius enim omnino dissidentes

a l. necare 4 D. de liber. agnos.

b lib. vl. C. de infant. expos. c l. amicissimos. 39. §. vl. D. de excusat. tu.

d l. propter infidias. 24. C. de iis qui accus. non pos. e l. qui alie na. 33. §. pe. D. de neg. gest. f l. j. C. de nego. gest. g l. nam & si parentibus 15. de inoff. test.

coniuges, propter communes liberos reconciliari quam propter offensas, & ut  
 iras mutuas, eosdem odisse consueverunt. ] Lucianus ἐν τῷ δῶκιμῳ τοῦ  
 ἰουδίου etiam id verè profert, Parentibus potius vt liberos, quam liberis  
 vt parentes ament, naturam præcipere: καὶ τίς ἢ φύσις τίς πατὴρας τῶν  
 παίδας μᾶλλον, ἢ τίς πατὴρ τῶν πατέρων ὀπιτάτῃ φιλεῖν. [Naturam præ-  
 cipere parentibus potius vt liberos quam liberi vt parentes ament.] Sed na-  
 turalis tamen est filiorum quoque in parentes amor: Prima enim & o-  
 ptima rerum natura pietatis est magistra: quæ nullo vocis ministerio,  
 nullo vsu literarum indigens, propriis ac tacitis viribus charitatē paren-  
 tum, liberorum pectoribus infundit, teste Valerio, lib. 5. cap. 4. qui & a-  
 libi scribit, primam naturæ legem esse diligere parentes: & rectè quidē:  
 Cū non in hominū animis modò instillata & innata sit, sed ipsæ quoq;  
 ferè legis istius peritia censeantur: quemadmodum re ipsa quotidie cō-  
 perimus, & auctor est alicubi Demosthenes hæc pronuntians, ora. 2. in  
 Aristogitonem ἐν τῷ εὐνοῦς ἔστιν ἐκείνοισι (de parentibus loquitur) καὶ ἡ  
 φύσις ὁφείτω δὲ φοβεῖται νόμον, ὅς ἐστιν ἀνθρώποις καὶ θεοῖσι, ὁ αὐτὸς ἀπασι νόμος, ὅς  
 ἐστὶν ὅτι τῶν γονεῶν καὶ πατέρων ἔστι τίς ἐκείνοισι δὲ πᾶσι νόμος. [ Si enim bene-  
 fit erga illos affectus, legem naturæ obseruet, quæ tum hominibus tum bru-  
 tis præstat, amore completi prole, malè affectus erit erga eos qui liberos per-  
 diderunt. ] & statim? intestabile nec hominibus tantum, sed & ipsis diis  
 iniustum & inimicum illum esse ait, qui parentes negligat. ἐστὶν γὰρ (in-  
 quit) ἀπίστον καὶ θεοῖς ἐχθρὸν, ἢ μόνον ἀνθρώποις. ἰσολαμβάνω τὸ τῶν γο-  
 νεῶν ἀμελοῦντα. [ Equidem existimo, cum infidelium & diis exosum esse, nõ  
 tantum hominibus, qui parentes negligit. ] Negligit autem, qui non exhibet,  
 non alit inopes parentes, & οὐδὲν παρέχῃ τῷ ὀπιτηδείων (vt ait Ly-  
 fias, καὶ ἀτοράτω ἐνδείξειας,) id est, ea, quæ sunt ipsis, ad victum scilicet  
 necessaria, non præstat : quem suis legibus Solon infamia multauit:  
 θεοὶ γὰρ (vt est apud Diogenem Laertium in Solonis vita,) καὶ κάλλιστα  
 νόμοι θεῶν, ἕαν τις μὴ σέβῃ τῶν γονεῶν, ἀτιμὸς ἔστω. [ Videtur enim hoc  
 præclarè fuisse legibus constitutum: quòd si quis nõ aluerit parentes, infamis  
 vt sit. ] Igitur quemadmodum pietate cogente, affectu exigente, paren-  
 tes liberis alimenta de suo præstant: ita vt quæ in eorum exhibitionem,  
 aut ad ipsos ab hostibus redimendos iure pietatis erogauerint, repete-  
 re non posse naturali æquitati conuenienter sit constitutum. Sic etiam  
 parentes ratione naturali à filio, qui est in facultatibus, ali debet, eòsq;  
 exhiberi miserationis & pietatis ratio exigit. vt qui hos negligat, pro-  
 culdubidò contra ius pietatis (quod naturale est) faciat: præsertim cum  
 iure naturali ad ἀντίδωρα, id est, ad remunerandum obligemur, vt  
 nostri docent, post Xenophontem lib. 4. δῶκιμῳ. cuius illud est  
 τὸ τῶν ἐπιποιουμένων ἀντεπλεῖν ἢ πανταχοῦ νόμιμον ἔστι: νόμιμον ἔστι  
 ἀποδοῦναι τὸ καὶ ἔστω. [ id est, Quid autem? nonne vbiq; vicissim bene-  
 facere benefactoribus legibus sancitum est? est inquit verum & id homi-  
 nes interdum, transgrediuntur. ] Quo fit vsus summa diligentia & solici-  
 tudine à parentibus educatus, si cum adoleuerit, iis ipse parem  
 gratiam postea non rependat: haud dubidè in omnium (qui quidem  
 ad scierint), iustam reprehensionem & odium incurrat: idque à gra-  
 uissimo

al. Nefem-  
 nius. D. de  
 nego. gest.  
 in qua cita-  
 tur l. alimē-  
 ta. C. eo. ti.  
 i. si quis à li-  
 beris. §. si  
 mar. D.  
 de liberis  
 agnoscat. l. i.  
 liber. ca-  
 ptus. C. de  
 captiu. &  
 postl.  
 b. d. §. si ma-  
 ter in fi.  
 el Sed & fi.  
 lege. §. per-  
 inde in-  
 quit. D. de  
 petit. here-  
 dit. i. on. d. a.  
 l. si pigno-  
 re. D. de  
 fidei.

uissimo historico & philosopho Polybio sub initium lib. 6. histor.  
 in hæc verba traditur, ὅποτε τις ἦν ἐπιτρέφοντων εἰς ἡλικίαν ἠκόμῳτος  
 μὴ νέμοι χάριν, μηδὲ ἀμύβαι τούτοις οἷς ἐπιτρέφειν, ἀλλὰ πῶς ἀναντία  
 κακῶς λέγειν ἢ δὲ πᾶν τούτοις ἐχθροῖν, δὴλον αἷς δὲ ἄρεσιν καὶ προσκόπειν  
 εἰκὸς τῶν ἐόντων, καὶ σιωπῶντες πᾶν γὰρ ἡμετέριον ἐκ τῶν ἡμετέριων ὀπι-  
 μέλιαν, καὶ κακοπαθείαν ἀεὶ τὰ τέκνα καὶ πᾶν τούτων θεραπεῖαν καὶ  
 προσφύ. [ Cum quis adultus non refert gratiam, neque tuetur eos à quibus  
 fuit educatus: sed contra, probris, imò etiam damno, conatur eos affice-  
 re: æquum esse manifestum est, vt ij qui sunt consij cura, molestiarum  
 & laboris parentum erga liberos eiusmodi & qui sciunt quanta cura fue-  
 rint ab illis educati, maximopere illud agrè ferant atque eo nomine non  
 mediocriter offendantur. ] Naturaliter itaque pietatem parentibus  
 nostris debemus: id quod post Senecam, cap. 23. lib. 6. Benefic. au-  
 ctiores quoque nostri a definiunt. Inter exempla pietatis parentibus  
 exhibitæ præcipua, Lucij Manlij Torquati filius ( qui effecerit ne pa-  
 ter causam ad populum diceret ) à Valerio Maximo lib. 5. cap. 4.  
 numeratur: hoc addito elogio, ex quo etiam naturalem esse libe-  
 rorum in parentes charitatem patet: Commendabilis est pietas, quæ  
 mansuetis parentibus præstat: sed Manlius quo horridiorem patrem  
 habuit, hoc laudabilius periculo eius subuenit: qui ad eum diligen-  
 dum, præter naturalem amorem, nullo indulgentiæ blandimento  
 inuitatus fuerat. Ac de naturali quidem iure hæcenus: cui consenta-  
 nea est non modò liberorum nostrorum aut parentum, sed cætero-  
 rum etiam propinquorum ( qui naturalis sanguinis, atque cogna-  
 tionis vinculo, nobis obstricti sunt ) tuitio & conseruatio: hæc spe-  
 ctans ( vt opinor ) Iurisconsultus b non par eorum esse delictum  
 respondit, apud quos affinis vel cognatus latro conseruatus est: & eo-  
 rum qui nihil ad se pertinentes latrones recipiunt.  
 Ex eo naturali iure profluxit, sed ita vt non parum, imò multum  
 deflexerit recesseritque ( vt apud Iurisconsultum c est ) ius illud, quod  
 cum solis hominibus inter se commune sit, & ratione naturali, vel  
 inter omnes homines peræquè seruetur: ( vt est à Caio nostro d sim-  
 pliciter traditum ) vel ( quemadmodum ipse, Iurisconsultum inter-  
 pretatione adiuuans existimo ) apud plerisque certè gentes, id est,  
 apud eas quæ non sunt efferris omnino & incultis moribus: vt apud  
 barbaras etiam nationes quadamtenus obineat: ius gentium plerum-  
 que nostri, & ius naturale nonnunquam ab hominum, non à rerum  
 natura: ius etiam humanum Lilius, lib. 5. ab vrbe cond. Tacitus, lib.  
 j. Annal. Quintilianus, In apibus pauperis Declam. 13. Seneca, lib.  
 3. de Benef. ca. 18. & Augustinus lib. 3. de Genes. ad liter. cap. 18.  
 nuncupant. Quo ex iure originem ducunt plurima, quætamen (quo-  
 niam postea formam accuratiorē ab aliis atque aliis ciuitatibus ac-  
 cepere, adeò vt eorum substantia propemodum immutata esse vi-  
 deatur ) iuri civili non minùs, imò forsitan verius quàm iuri gen-  
 tium tribuere ac velut addicere possimus. Exæpligratia, Testamen-  
 to pleræque gentes vtuntur: & ideo iuris est gentium, origine scili-

a l. r. & pen-  
 D. de obse.  
 à liber.  
 præst.

b l. vlt. D.  
 de recepta  
 tor.

c d. l. r. in  
 fin. D. de  
 iust. & iur.  
 d l. r. D. de  
 acquir. rer.  
 do. fund. a  
 l. omnes  
 pop. in fi.  
 de iust. &  
 iure.

cet: Eadem ratione manumissio est Iurisdictionis (vt ait Vlpianus li. 4. in principio. D. de Iust. & Iure.) quod & apud Romanos, & apud Græcos & apud alias fere omnes nationes (exceptis forsitan Alanis, qui, vt Marcellinus lib. 31. histor. refert, seruitus quid sit, ignorabāt, omnes generoso semine procreati: exceptis etiam iis omnibus, qui ritu belluino degunt: exceptis denique Indiæ populis, apud quos ex instituto veterum philosophorum, si Diodoro lib. 2. Biblioth. credimus, olim obseruabatur æqualitas) & seruiebant permulti, & à dominis libertate donabantur. Idem de adoptione, matrimonio, diuortio dici potest: Nam horum omnium non Romani modò, sed & Athenienses, & alij eomunionē habuerunt. Apud Romanos tamen, quòd solemnia quædam & conceptæ formulæ testamento, manumissioni, adoptioni, eocubio, diuortio, & aliis eiusmodi actibus adhibebantur: sine quibus valere ipsi non poterant: errare non putem, si quis eos esse non modò iuris ciuilibus popul. Romani, sed actus etiã legitimos defenderit: Qua de re postea forsitan videbimus: Nunc de Iure gentium dispiciamus: de quo ea tantum (si potero) quæ alij non attigere, adferam.

Ac primum, cum ius cuiusque populi proprium, quod ciuile dicitur, aut ex scripto, aut sine scripto constat: detrahit, additve aliquid iuri communi gentium: quod totum est ἀρχαρον, καὶ κτ' φύσιν, secundum naturam, neque scripto constat: hoc Vlpianus sentit, philosophiam scilicet Aristotelicam affectans: id ipsum enim ille philosophorū pater & rex: præterea etiam ius gentium sempiternum perpetuum ex hominum natura & propè diuinam esse, auctoritate Sophoclis adhibita, sic ferè demonstrat, lib. 1. Rhetor. λέγω ὃ νόμον (ait Aristoteles) τὸν μὲν ἴδιον, τὸν ὃ κοινόν. ἴδιον μὲν τὸν ἐκάστω ἀετρίμινον πρὸς ἑαυτοῦς, καὶ τοῦτον τὸν μὲν ἀρχαρον. τὸν ὃ γυραμμένον. κοινὸν ὃ τὸν κτ' φύσιν. ἔστι γὰρ ὁμοιωτέον τὰ πάντα φύσιν κοινὸν δίκαιον, καὶ ἀδίκον. καὶ μηδὲμία κοινωνία πρὸς ἀλλήλους ἢ, μηδὲ σωθῆναι. οἷον καὶ ἡ Σοφοκλέους Ἀντιγόνη φάσκει λέγουσα ὅτι δίκαιον ἀπειρημένον θάψαι τὸν Πολυδάμαν, ὡς φύσιν τὸ δίκαιον.

a l. ius etui  
le. 6. D. de  
iustit. & iu  
re.

οὐ γὰρ τι νῦν τε, καὶ χθές, ἀλλ' αἰεὶ ποτὲ  
τὸ τοῦτο, κοῦδ' εἰς οἷδ' ἐν ἐξ ὅτου φανῆ.

[Legem autem appello, aliam quidem priuatam vel propriam, aliam communem. Propriam quidem, quæ apud singulos est constituta: eamque aut scriptam, aut non scriptam. Communem vero eam dico, quæ secundum naturam est. Est autem quoddam iustum & quoddam iniustum quod apud omnes prædicatur esse natura commune, etiam si non sint illi homines societate aut pactione aliqua inter se iuncti: cuiusmodi est illud quod apud Sophoclem Antigone videtur dicere, cum iniustum esse asserit, sepultura Polynicen mandare, ex eo quod naturale sit hoc iustum, Non nunc, aut heri, sed semper illud viget: ac nemo nouit Ex quo tempore, constitutum fuerit.] Apud Sophoclem certè Andromacha Creonti regi, de sepulto ab ipia contra eius præscriptum Polynicis cadauere conquirenti, sic respondet, vt cadauerum sepulturam è iure non scripto ac diuino, id est, e iure gentiū (quemadmodū ipse interpretor) esse doceat.

οὐ γὰρ

οὐ γὰρ τι μοι Ζεὺς (ait) ἦν ὁ κηρύξας τὰ δ' ε,  
οὐδ' ἢ ξυώμοις ἦν κατὰ θεῶν δίκη,  
οἱ τοὺς δ' ἐν ἀθρόωποισιν ὤρεθον νόμους,  
οὐδ' ἐδίδην τοῦτον νόμον τὰ  
κηρύγμαθ', ὡς ἀρχαρον καὶ σφαλῆ θεῶν  
νόμια δ' ὡς ἀπὸ θνητῶν ὄνθ' ὑπερδραμεῖν.  
οὐ γὰρ τι νῦν τε, καὶ χθές,

Non enim hac mihi Iupiter mandauit,  
Neque vindicta qua cum dijs inferis habitat,  
Qui has leges hominibus constituerunt.  
Neque putauit tua tantum valere,  
Edicta, vt non scripta & firma Deorum  
Iura possit aliquis mortalis transgredi:  
Non enim nunc & heri, ] & cætera quæ sequuntur, vt ex Aristotelis

libro supra exscriptus. Ac humanitatem quidem illam, quam in sepeliendis etiam hostium corporibus exhibemus Dion Chrysostomus, in orat. περὶ ἔθους, iuri gentium non scripto tribuit: quod ἔθος [consuetudinem] ipse nominat, & apud infensissimos etiam hostes obseruari tradit, his fere verbis, καὶ τῆς μὲν ἐγγράφων (ait) ἐδ' ἐν ἐν τοῖς πολέμοις ἰσχυρὰ τὰ ὃ ἐθὴ φυλάττεται πᾶσι, καὶ εἰς ἐχθρῶν ἐχθρῶν ποσὲλθωσι. τὸ γοῦν μὴ κωλύειν τοὺς νεκροὺς θάπτειν, ἐδ' ἀμὴν γέγρασται. &c. ἀλλ' ἔθος ἔστι τὸ ποιοῦν τῆς φιλανθρωπίας ταύτης τοὺς κατοικοχρήμους τυγχάνειν. ὁμοίως τὸ τῆς κηρύξων ἀπέχεσθαι, καὶ μόνοις τοῖς πολλὴν ἀσφάλειαν ἔχει βαδίζουσι. [Et scripta lex quidem vim apud hostes non habet: Sed consuetudo apud omnes seruatur, etiam si sint infensissimi. Itaque sepelire mortuos, nulla lege scripta sancitum est &c. sed consuetudo facit, vt defuncti hanc humanitatem asequantur. Similiter quoque legati non violentur, sed his tutum iter præbetur.] Nam quod ait idem Dio de caduceatoribus, siue legatis, eos iure gentium sacrosanctos & inuiolatos etiam in hostibus esse: id cum ante nos plurimis (quæ cuique obuia sunt) veterum auctororum testimonijs alij docuerint, & Cuiacius in commentar. ad l. 5. D. de pact. eademq; ratione legatos, qui aduersus hostes quippiam admiserint, ius gentium violare: tantum admonebo ius illud, ab Tacito ius hostium nominari: apud quem lib. 1. annal. Germanicus ad milites, Hostium quoque ius & sacra legationis & fas gentium rupistis. Redeo ad sepulturas corporum: quas non omnium hominum consensu receptas, sed etiam veluti quodam iure diuino præstitutas esse: vt ne ab hostibus quidem vnquam, certè nisi contra fas, non prohibeantur: è Sophocle atque Dione Chrysostomo demonstrauius. Atque huc pertinet quod Vibulenus quidam gregarius miles ad Blæsum castris Pannonicis præfectum sub Tiberio conquestus de fratre per ipsius gladiatores iugulato, Responde (inquit apud eundem Tacitum dicto libro primo annal.) Blæie, vbi cadauer abieceris: ne hostes quidem sepulturam inuident. Caij quidem Flaminijs consulis ad Trasimenum lacum superati atque obruncati, corpus ad funerandum ab Han-

nibale quæsitum fuisse, Romana prodit historia: Valer. Maxim. lib. 1. capit. 6. & Tit. Livius 22. libr. quæ hanc ipsam humanitatem L. Cornelium consulem duci Carthaginensium Hannoni præstitisse significat, vt corpus eius è tabernaculo suo amplo funere extulerit, nec dubitauerit hostis exequias ipse celebrare. <sup>a</sup> Sed in hostis, dum viueret, Archelai corpore regium ad morem funerando ipsa vsum fuisse annis postea multis Antonium narrat, & διέλαθε ἡ τοῦ πολλοῦ (ait Plutarchus in Antonio sub initium) ἐδὲ ἡ πόρος ἀρχελαίου τε θνητῶ φιλανθρωπία. γέροντος γδ' αὐτῶ σωθῆναι ἐξ ἑνός, ἐπολέμει μὲν ἀναγκάως ζῶντι. τὸ δὲ σῶμα πεσόντος ἐξευρών, καὶ κομῆσας βασιλικῶς, ἐνὶ δευ- σεν. [Non pauci cognouerunt ipsius erga mortuum Archelæum humanitatem. fuerat enim ipsius familiaris & hospes: coactus fuerat cum eo viuo bellum gerere. Sed corpus interfecti inuentum, regio more ornatum funeravit.] Hinc est quod ad Caium Gracchum vxor Licinia de insepulto Tiberij fratris cadauere, apud ipsum Plutarchum in Gracchis sic ferè queribunda loquitur, κερῶ τικεν ἡδὴ τὰ χεῖρω. βία καὶ σιδείρω τὰς δίκας ἡδὴ κωράτλουσιν. εἰ ποὶ Νομαντιανὸν ὁ σὸς ἀδελφὸς ἐπέσεν, ἀποσπονδὸς ἐν ἡμῖν ἀπεδῶθη νεκρός. [Omnia deteriora plus valuerunt. vi & ferro iura exequuntur. Si apud Numantiam frater tuus cecidisset, accepta fide ab hoste redditum fuisset nobis cadauer.]

Adhuc tamen quod ex Aristotele ac Sophocle sepulturas Iuri gentium siue naturali, aut potius diuino tribendas esse diximus: vt omit- tam quòd locum, in quo seruus sepultus est, religiosum esse Aristo apud Vlpianum <sup>b</sup> ait, cum tamen alioqui nec ciuili nec gentium iuris communionem seruus habeat: disertissimo ipsius Isocratis & graui- simo testimonio comprobare placet. Igitur Adrastum Argiuorum Re- gem, qui cum exercitu à Thebanis ad Cadmæam bello superatus es- set: suorumque cadauera proiecta sepulturæ mandare, per hostes eos- demque victores non posset, ad Thesum & Athenienses confugisse: tum deinde ab ipsis petijisse, ne tales viros insepultos iacere, ne vete- rem consuetudinem patriumque ius dissolui & conuelli sinerent: quo scilicet omnes homines quasi diuino vterentur: auxilio denique ab A- theniensibus impetrato, Thebanis inuitis, suos tandem tumulasse cum alijs aliquot in locis refert: <sup>c</sup> tum in hoc præcipuè, in quo, τίς γδ' ἐν οἴδεν (inquit) ἡ τίς ἐν ἀκήκοε τῆς τραγῶδι δασκάλων ἐν διονυσίοις τὰς ἀ- δράσων γυμνασίας ἐν θηβαίοις συμφορὰς, ὅτι κατὰ γενεὴν βεληθεὶς τὸ Οἰδίου μὲν ἦν, αὐτὸς δὲ κηδεύων, παμπληθεὶς μὲν ἀργείων ἀπώλεσεν, ἅπαντας δὲ τοῦ λοχαγῶς ἐπέειδε διαφθαρέντας. αὐτὸς δὲ ἐκονοειδίως σωθεὶς ἐπειδὴ ἀποδῶν ἐχ' οἶός τ' ἔμ' τυχεῖν, ἐδὲ ἀνελέσθαι τοῦς τετελευτηκότας, ἐκείτης γυμνασίας τῆς πόλεως ἐτι θησέως αὐτῶ δαιμονίου τῶς, ἐδὲ ἐτὶ μὴ παρὲν ἐν θεάταις ἀνδρας ἀτάφους γυμνασίου, μὴδὲ παλαιὸν ἔδος καὶ παρῆσι νόμον κατὰ νόμον, ὃ πάντες ἀνδρωποὶ γυμνασίου ἀγατελοῦσιν, ἀλλ' ὡς ὅπως ἀν- θρωπίνης κειμήλιον φύσεως, ἀλλ' ὡς ἑσπὸ δαιμονίας ποροστειλόμενον δυνά- μειος ἄν' αὐτοῦ τῶς ἐδένα χρονον ὅπισθων ἐπεμύε προσειάν εἰς Θήβας, &c. quæ sequuntur. τοῦς δὲ κρείους ὄντας θησῶν ἐλέσθαι μᾶλλον ἐμμενεῖν τοῖς λαοῖς, τοῖς ἑσπὸς πόλεως ἐκπεμφθεῖσιν, ἢ τοῖς νόμοις, τοῖς ὑπὸ τῶ δαιμονίῳ κα- τὰ

a vide Val. Max. li. 5. cap. 1.

b 1. 2. in principio. D. de reli. & sumpti. funer.

c In Hel- nes enco- mio vbi de Thesæo, & in panegy- rico. vide Lysiam in Epitaphio. Xenophō- tem lib. 6. ἐλλυσηκ. Demo- sthenē in Epitaphio. Aristid. m in Pana- zhenæico.

ἔσ' ἀδελφῶν. [Quis ignorat, aut quis ex tragicis poetis in ludis Bacchanalibus non audivit Adrastrum apud Thebanos calaveritatem, quòd, cum vellet redu- cere filium Oedipi, generum suum, magnam Argiuorum multitudinem amiserit, omnesque eos qui in suo exercitu ordines ducebant caesos viderit. Ipse verò turpiter seruatus, cum non posset nec inducias obtinere, nec interfe- ctos recipere: supplex venit Athenas eum Thesæus tunc urbem regeret, orabatque ne paterentur tales viros sine sepultura iacere, neque veterem consuetudinem patriasque leges dissolui, quibus omnes homines utebantur, non ab humanis ingenijs sancitis, sed tanquam diuino numine constitutis. Quibus auditis, Thesæus nulla mora interiecta legatos Thebas misit. At qui præerant Thebis maluerunt stare decretis à sua ciuitate emissis, quàm ipsis legibus diuino numine constitutis.] Sepulturas profectò esse ex iure non scripto, sed omnibus scriptis certiore innuit Seneca, libro secundo controuers. eum ita scribit, Affectus nostri in nostra pote- state non sunt: Quædam enim iura non scripta, sed omnibus scriptis certiora sunt: Quamuis filius familiæ sim, licet mihi & stipem por- rigere mendico, & humum cadaueri. Rectè Seneca. Nam cadauer hominis eiectum sepeliendi affectus, naturalis est: & non quidem o- mnibus animantibus, sed homini sic à natura infusus: vt, quoniam iu- ra naturalis corrumpere ciuili ratio non potest (quemadmodum ali- bi exponimus in commenta. ad leg. iura sanguinis §. D. de reg. iur.). Ideo ne iure quidem patriæ potestatis, aut alio iure ciuili fieri possit, vt non liceat: aut potius vt non cuius necesse sit, ex illo humanitatis eomuni iure atque officio terram homini mortuo etiam ignoto se- peliendi causa iniicere. Quò illud Quintiliani, Egro redempto. Declam. 5. spectat, Hinc & ille venit affectus, quod ignotis cadaue- ribus humum congerimus: & in sepultum quodlibet corpus nulla fe- stinatio tam rapida transcurrit, vt non quantuloecunque veneretur ag- gestu. Vbi sub generali affectus vel (vti nosser Vlpianus <sup>a</sup> loquitur) affe- ctionis nomine, misericordia, humanitas, mansuetudo, pietas intelli- gitur: sine cuius intentione cadauer alienum ( siquid ipsi Iurisconsulto <sup>b</sup> credimus) nemo funerat. Quamobrem qui de pietatis generibus scri- pserunt, primum locum in sepultura esse voluerunt: teste ad Virgilium <sup>c</sup> Seruio vetusto & optimo grammatico: Adde Vlpianum quoq; ac a- lios auctores classicos, apud quos si quis mortuo vel hosti vel ignoto & alieno terram iniiciat, id eum misericordiæ, religioni, pietati, humani- tati tribuere legimus. Valerius namque Maximus li. 5. cap. 1. vbi de Æmi- lij Pauli quæsitò corpore, de Tib. Graccho & M. Marcello Romanorū ducibus deuictis & sepultis ab Hannibale loquitur. Ergo humanitatis (ait) dulcedo etiam in efferata barbarorum ingenia penetrat. Et statim, Aliquanto ei plus gloriæ Paulus & Gracchus & Marcellus sepulti quàm oppressi attulerunt: Si quidem illos Punico astu decepit: Romana mæ- fuetudine honorauit, Seneca, li. 5. de Benefi. ca. 20. Patrem alicuius (ait) in solitudine exanimem inueni, corpus eius sepeliui & c. præstiti patri e- ius, quod ipse præstare voluisset. nec non & debuisset: hoc tamè ita be- neficium est, si non misericordiæ & humanitati dedi, vt quodlibet ca-

a. Lat. si quis §. Sed in- terdum D. de sumpt. funer. b. d. §. Sed interdum. verfic. quis enim sine. c. Ad illud: Præcipuè- pius Æ- neas, ex li. Æneid. 6.



clauer absconderem: Sed si corpus agnovi, si filio tunc hoc præstare me cogitavi: At si terram ignoto mortuo inieci, nullum in hoc habeo huius officij debitorem in publicum humanus. Quintilianus etiam in De elatna. 6. corporis projecti. Cadaver (inquit) ab incurfu aviũ, ferarũque tantum miserantium corona custodit. Conuenerunt etiam alieni plorantes: totus in spectaculum populus effusus est: & ignoto quoque corpori publica humanitas quasi qualdã fecit exequias. Et paulo post, Non sepelies? Vide, quæso, ne dum litigas, arenam fluctus aggeret, iniiciat humum misericors populus. Et postea. Nobis verò (rerum scilicet natura) exanimis genuit non solum miseracionem, quæ cogitationi nostræ subit, sed etiam religionem: Inde ignotis quoque corporibus transeuntium viatorum collatitia sepultura: Inde iniecta ab alienis humus. Quid Arbitr Petroni<sup>o</sup>, in Satyrico, qui æqualis Senecæ fuit? nonne idẽ humanitatis vocabulum de sepultura loquens, vsurpauit? vbi, Vel si vo luerit (inquit) misericors ad idem littus expellere, aut præteries aliquis tralatitiæ humanitate lapidabit: aut, quod vltimum est, iratis etiam fluctibus imprudens arena componet. Quid denique Lactantius? lib. 6. Inst. cap. 12. nonne quo loco de sepultura tractat, humanitatem nominatim appellat sic ferè, Et quamuis in homine ignoto, necessariorum munus implebimus: in quorum locum, quia desunt, succedat humanitas, & vbi eumque; homo desiderabitur, ibi exigi officium nostrum putabimus. In quo autem magis iustitiæ ratio consistit, quam in eo, vt quod præstamus nostris per affectum, præstemus alienis per humanitatem: quæ est multo certior iustiorque, &c. hanc humanitatem, vt auctores alij misericordiæ ac pietatis: ita Capitolinus in M. Antonino philosopho elementariæ vocabulo designat vbi sic scribit, Tantæque elementia fuit, vt & sumptu publico vulgaria funera iuberet efferi. Verũ enim verò animaduersione dignum arbitror, quod apud Lactantium, Affectus siue Affectiõis significatio (quam ex superioribus locis, & ex Vlpiani<sup>a</sup> quodam responso apparet esse generalem) ita coarctatur, vt ad propinquos duntaxat referatur: & ab humanitate distinguatur: vt ab amore apud Iustinum lib. 11. his ferè verbis, Eiusque mortem illachrymatum Alexandrum benignè prosequutum: idque non amoris, sed humanitatis causa fecisse. At qui (nisi fallor) qua ratione inter homines, quantumlibet alienos & ignotos, cognationem quandam (auctore Florentino Iuriconsulto<sup>b</sup>) natura constituit: vt non modò hominem homini insidiari nefas sit, verum etiam aduersus pares ira vti sit impium: quod ita violetur humanitas: debeátque qui scit cunctos ab eodem Deo & eadem conditione generatos iure fraternitatis esse coniunctos, hominem homo agnoscere (vt ipse Lactantius li. 6. Instit. de feruis cap. 10. & 19. & lib. 5. cap. 22. refert) beneficiõque; adfici hominem (Papi niano teste<sup>c</sup>) intersit hominis: vnde humanitatis (veluti necessitudinis) vocare licere Vlpianus<sup>d</sup> ait, eius nomine qui ad supplicium ducitur: vno prætor si de humanitatem exhibere ab eodem Iuricon. prætor dicitur, qui dat aduocatum his, qui patronum non inueniunt: & rectè: humanitatis si quidem

a l. affectio nis 5. D. de donatio.

b l. 3. D. de iur. & iur.

c l. feruis ca le. 7. D. de feruis cap. 10. & 19. & lib. 5. cap. 22. refert) beneficiõque; adfici hominem (Papi niano teste<sup>c</sup>) intersit hominis: vnde humanitatis (veluti necessitudinis) vocare licere Vlpianus<sup>d</sup> ait, eius nomine qui ad supplicium ducitur: vno prætor si de humanitatem exhibere ab eodem Iuricon. prætor dicitur, qui dat aduocatum his, qui patronum non inueniunt: & rectè: humanitatis si quidem

quidem officium esse ipse Lactantius de vero cultu lib. 6. Inst. diui. cap. 1. & 22. tradit, necessitati hominis ac periculo subuenire: hominemque; pro naturalibus munimētis (quibus animalia cætera providentia celestis armavit) accepisse miseracionis affectum, qui planè vocatur humanitas, qua nosmet inuicem tuemur: vnde Quintilianus Cap. vltim. li. 12. Instit. Orat. veterem gubernatorem ait littora, & portus, & quæ tepestatum signa, quid secundis flatibus quid aduersis ratio poscat, docere, humanitatis communi ductum officio: eadẽ (vt sentio) ratione affectum illum qui *σὸπρῆ* nominatur, id est voluntatis propensionem, erga homines quoscumque ipsis hominum animis communis omnium parens natura diuinitus infudit: Quamobrem Cicero, in orat. pro Quintio. Hæc in homines (inquit) alienissimos viri boni faciunt, & hominum existimationis, & communis humanitatis causa. huc verò propriè pertinet, quod cum Marcus philosophus & Imp. mortuum educatorem suum fletet, notareturque; ab aulicis ministris ab ostentatione pietatis: Antoninus ipse dixisse fertur, quod inter argumenta pietatis eius haberi Capitolinus tradit, in Antonino Pio. Permittite (inquit) illi vt homo sit: neque enim vel philosophia, vel imperium tollit affectus.

Præterea notandum imprimis hoc quoque est (nequem incautum homonymia forsitan fallat) illud crebrò memoratũ Humanitatis nomẽ, quod cum misericordia, pietate, religione, affectione auctores alij connectunt, sicubi de sepultura sermo incidit, vt pro eodem ponant: apud Vlpianum tamẽ ab illis vocabulis seiunctum videri: sed ita vt vim naturalem ac propriam exerat, iucundumque; ac suaue quidpiam sonet: quod nostri tamen interpretes non satis exaudiunt, à quibus cum Accursio humanitas exponitur, secundũ quam interest, vt vnus alteri seruiat, non vt donet. Vlpianus etenim de actione funeraria eruditè disputans, ore illo suo rotundo ista pronũciat, Sed interdum is, qui sumptũ in funus facit, sumptum non recipit, si pietatis gratia fecit, non hoc animo quasi recepturus sumptũ, quem fecit: & ita Imperator noster scripsit. Igitur æstimadũ erit ab arbitro, & perpendendũ quo animo sumptus factus sit: Vtrum negotium quis vel defuncti, vel heredis gerit, vel ipsius humanitatis: an verò misericordiæ, vel pietati tribuens, vel affectiõni: potest tamen distingui & misericordiæ modus: vt in hoc fuerit misericors vel pius, qui funeravit vt eũ sepeliret, ne insepultus iaceret: non etiam vt suo sumptu fecerit. hætenus Vlpianus: qui circa funerariam actionem aliud iuris esse significat, si quis tanquam negotium defuncti aut heredis aut humanitatis gerens, hoc est, si quis contemplatione defuncti vel heredis: & defuncti quidem vel quasi Titij, vel quasi cuiuslibet hominis (quatenus videlicet homo sit ille) cui tamen donare nolit, sed negotium (quod à donatione longè distat<sup>b</sup>) gerere, id est, obligationem contrahere: mortuo funus duxerit: Aliud verò, si misericordia, pietate, affectione adductus, atque; ad eò donandi animo, cadauer sepulturæ mandauerit. Nam illo casu, quasi ex negotio gesto funerariã habere actionem, sumptuum, quos in funus erogarit repetendorum gratia: isto casu, repetitionem ei sumptuum non dari: quippe cum illos

a d. l. ac si quis. 6. sed interdum.

b l. Aristo ait. D. de donatio. iunctal. nõ omnis D. Si cer. pet.

ipse non obligandi, aut negotij gerendi, sed donandi animo fecisse videatur. Humanitatem ergo quam vocat Vlpianus? Num hoc loco misericordiam, pietatemve (vt antè diximus) intelligit, quod sæpe facit Seneca? Epist. 100. lib. 16. & lib. 1. de tranquill. vitæ, cap. 15. At hoc mihi profectò non fit verisimile: Siquidem ab illis hanc Iurifcon. distinguit ac separat. Vtrum igitur ideam quandam hominis? vt quo loco Seneca idem ad Lucilium, Epist. 66. homines quidem perire, ipsam autem humanitatem, ad quam homo effingitur, permanere: & hominibus laborantibus, intereuntibus, illam nihil pati scribit. An verò ius quoddam hominis siue naturæ hominū? quomodo hereditatis, bonorumve possessionis nomine, ius ipsum successionis apud Iurifcōs ultos designatur. An potius ipsam generis humani (vt ciuitatis nomine ciuium coetus atque consortium demonstratur) vniuersitatem, omnēq; hominum genus? Sanè quendam D. Pauli locum exponens Hieronymus, Ad Amādum tom. 3. hanc vocem ita interpretatur: itaq; apud Lactantiū d. c. 10. accipere conuenit: cum ait humanitatis ipsius causa factam esse hominum congregationem. Apud Apuleium, lib. 3. de asino aureo & apologia. 2. quoties commune ius humanitatis nominat: apud Arnobium li. 7. aduersus gentes, vbi, Arguimus (inquit) nos ipsi penitusque re visa atque inspecta damnamus, quod humanitatis iure deposito naturalis iurij confortia ruperimus. Apud ipsum denique germanæ ac veræ Latinitatis auctorem Tullium plurimis locis, quorum hosce aliquot exempli causa indicare iuuat, Nisi denique naturæ (ait Philip. 11.) & humanitati inuentus esset inimicus. Ex alibi, pro Quintio. Aliquam si nō propinquitatis & ætatis suæ, si non hominis, at humanitatis rationem haberet: Potrò autem, vt isto, quem illustrandum suscepimus loco, Vlpianus humanitatis, hoc est naturæ hominum: ita Quintilianus declam. 260. pastor abdicatorum. rerum naturæ negotium gerere scripsit in declamationibus. Quid de homine dicam (inquit) quisquamne magis negotium publicum non ciuitatis modò, sed totius rerum naturæ agit, quam qui animal hoc Deo proximum, & in contemplationem omnium, quæcunq; mundo contigerunt, constitutum prorogat, producitque. Sic etiam Seneca In lib. de vita beata cap. 30. commune, hoc est, omnium hominum negotium agere dixit, vbi, Hoc nempe ab homine exigitur, vt pro sit hominibus, si fieri potest, multis, si minùs paucis, si minùs proximis, si minùs sibi: Nam cum se vtilem cæteris efficit, commune agit (Sic enim lego, non ait) negotium: & alibi, cap. 3. lib. 1. tranquill. vit. In priuato (inquit) publicum negotium agit. Equidem (vt verum fatear) (subtiliores, quam elariores istæ interpretationes videntur esse: simplici or hæc fuerit, & loquendi rationi, quam Iurifcōsulti tenent, aptior: si humanitatem, hominum naturam humanamq; conditionem exponamus: vt modò dictum est, atque vt quodam loco perspicue Lactantiū lib. 3. Institut. cap. 10. ad finem posuit: & verò vt in a. l. iuris quæstione<sup>a</sup> id nominis Vlpian. ipse noster accipere videtur: præsertim cum eum, qui reliquias testatoris sepulturæ tradit, memorie humane conditionis id facere Modestinus<sup>b</sup> dicat. Hac nimirum significatio-

<sup>a</sup> l. si cui in  
provincia.  
38. s. vlt. D.  
ex quibus  
causa ma-  
ior.  
<sup>b</sup> l. quide  
in suo 27.  
D. de cōdi-  
institur.

ficatione istud humanitatis vocabulum duobus apud Spartianum locis positum reor: cum ita de Adriano scribit, De militum etiam etatibus iudicabat, nequis aut minor quam virtus posceret: aut minor quam pateretur humanitas, in castris contra morem veterem versaretur: Et alibi de Papiniano & Petronio Caracallæ iussu occisis, Tractaque sunt (inquit in Antonino Caracalla) eorum per plateam cadauera sine aliqua humanitatis reuerentia.

Atque hanc quidem de illo Vlpiani loco, nisi mihi probabilis & prope vera dudum diuque visa esset, opinionem allaturus non fueram: Sed si volumus in Iurifcōsulti mentem introspicere ac penetrare sensibus intimis, non humanitatem illum à pietate ac misericordia separasse: verum hæc duo, humanitatis ac pietatis negotium gerere: Item, humanitati ac pietati tribuere, velut diuersa, & pene contraria, summa ratione distinxisse reperimus: vt pietati tribuere, sit donare, &, quod antè dixit, pietatis tantum gratia facere: non animo recipiendi quod quis insumpserit: quo exemplo humanitati præstitum Imperatores quoque Honorius & Theodosius lib. 5. C. Theod. tit. 5. de postlim. l. 2. pronuntiant, si quid in captiuorum alimoniam, victum vestitumque impensum fuerit: cuius repetitionem nemini concedunt. Contrà verò, negotium humanitatis gerere intelligatur, qui quasi mercimonio contracto, ita pietatis (quomodo Iustinianus noster l. vlt. §. vlt. C. de infant. exposuit, loquitur) officium gerit, qui denique humanum quidem & pium, sed tamen negotium gerere: atque adeo beneficium non gratuitum<sup>a</sup> præstere voluit: hoc est qui hæctenus pius, misericors, & humanus fuerit, vt hominis cadauer ne insepultum iaceret, funerari: Nihilominus tamen, cum sit aliquis pietatis & humanitatis modus (ipso Vlpiano recte) non totum quod fecit, pietati tribuerit ac donarit: quin potius hoc animo fuerit, vt sumptuum à se factorum rationem habitum iri existimaret, alieno vtiliter gesto negotio defuncti vel heredis, vel etiam humanitatis: cuius quasi virtutis atque habitus animi perinde negotium geri rectè ac propriè dicitur (opinor) vt absentis: vt hereditatis apud nostros, vt sapientiæ denique apud Senecam, Epist. 86. ad Lucilium. quo loco, In effectu tunc maximus (ait) cum illi fortuna se opposuit, tunc ipsius sapientiæ negotium agit: quam diximus & alienum bonum esse & suum. Rectè verò superioribus adiecit ista Vlpianus, Quod si iudici liqueat, non debet eum, qui conuenitur, absolueret: vt ostendat, si iudici constet, hoc animo eum, qui funerari, fuisse, vt tamen de suo sumptum nollet facere: sed hæctenus pium & misericordem esse voluisse, ne cadauer insepultum iacere fineret: damnandum esse eum qui funeraria conuenitur. Rectè, inquam, si liqueat: nam in dubio, plenum defuncto humanitatis, pietatis, ac misericordiæ officium exhibitum: non etiam negotium gestum videbitur: & ei, qui funerari, actionem funerariam denegabimus, aut concessam à prætore inutilem esse dicemus: cum iudex eum, qui conuenitur, absoluturus sit: tanquam actor id repetere nullo iure possit, quod pietatis ratione suadente, in dubio donasse videatur: quod & in ijs, qui expositos suscipiunt, à Iustiniano d. l.

<sup>a</sup> l. 2. in ff.  
D. de obf.  
à li. præst.

b 1. ex du.  
§ vlt. & l.  
Nesennius  
D. de neg.  
gest. l. 2. l.  
alimenta.  
C. cod. tit.

vlt. C. de infant. exposit. constitutum fuit: & in propinquorum alimen-  
tis, antiquo iure Pandectarum obtinuit. <sup>b</sup> Quæ omnia si Iuriconsulti  
sententiam illustrent (vt equidem iudico) non est, quamobrem no-  
ster hic sermo de humanitate ac pietate potissimum susceptus, lōgior  
cupiam (qui modò non impium nec inhumanum animum gerat) fuis-  
se videatur.

Eam sanè, quæ circa mortuorum sepulturas exhibetur, vsque aded  
commendatam atque cultam veteribus Græcis, non modò pacis, sed  
belli etiam tempore, narrant historici: vt impunè non abirent, illam  
qui ab se amitterent: hinc est quod apud Athenienses in eos duces ca-  
pite adimaduersum legimus: qui re alioqui præclare gesta & admini-  
strata, suorum tamen in acie trucidatorum corpora, iure illo siue gen-  
tium, siue naturali, siue diuino posthabito, non tumulassent: id quod  
Diodorus Siculus l. 15. Biblioth. notat, rationem reddens cur Chabrias  
Athen. Lacedæmonios superatos & in fugam datos persecutus non  
fuerit: ἀπέχετο παντελῶς τοῦ διωγμοῦ, ἀναμνηθεὶς τῆς ἐν Ἀργυνίαις ναυμα-  
χίας, ὃν ἦ τὸς νικητὰς στρατηγὸς ὁ δῆμος ἀντὶ μεγάλης εὐεργεσίας θανάτου  
ἀπέβαλεν. αἰτίας αὐτῶν ὅτι τὸς τελευτηκῶς κῆλυ ναυμαχίαν ἐκείθα-  
σαν. Porro vt facit inhonestè ac turpiter Imperator, ne dicam inhu-  
manè ac impiè: qui suorum cadauera non sepelirita decenter ad sepultu-  
ram ea petere ab alio non potest, à quo se superatum & quodam mo-  
do inferiorem ipso esse profitetur vt ab eodem Diodoro libro 17. Bi-  
blioth. scriptum memini, quo loco de Alexandro fuso ab Ariobarza-  
ne agit in hæc verba, ἀχρὸν εἶν νομίως ἀτάφους ἀπολιπεῖν τὸς τελευ-  
τηκῶς, καὶ τὴν ἀπτησιν ἢ νεκρῶν ἕαν ὄρων ἀχρήμονα, καὶ ἀπέχουσαν  
ἢ τῆς ἀμολόγησιν, προσέταξεν ἀπαγαγεῖν ἀπαντὰς τὸς ἀχρημαλῶτους. Cæ-  
terum vt pietas, quæ defunctis, ita quæ Deo, patriæ, parentibus præsta-  
tur; ad ius gentium atque ad diuinum etiam pertinet ex veterum sen-  
tentia: de qua sequenti sermone tractabitur.

*Pietatis nomen latè patere: Clementiam eo significari compluribus vete-  
rum locis: eamque vt Iustitiam in Principe potissimum commendari. Co-  
lunnæ Regiæ. Principi studendum vt à subditis ametur: quod lenitate  
obtinebit. Religionem itémque auctoritatem parentum in liberos horum-  
que in illos obsequium à iure gentium: Mutuam inter ipsos charitatem  
à natura esse. Exposita l. j. D. de obseq. à libert. & liber. prof. & de lege  
Regiæ. Natura lege inferiora & imbecilliora superioribus & valentio-  
ribus cedere. De vi per vim repellenda: Sine à natura istud an à iure  
gentium. Exposita l. probrum 42. D. de Verb. signif. Nocturnos popula-  
tores, militia desertores & transfugas quo iure cuique viscisci liceat. De  
belli iure inserta. nannihil.*

## CAPVT III.

**Q**uam multi sunt, Deus bone! qui iurisprudentiam magnis etiam  
stipendijs professi, aded parum in eius disciplinæ studio, bonis  
honoris pessimè collocatis, profecere: non modò vt verba iuris ipsa, hoc  
est

est, vim eorum & proprietatem non teneant, quemadmodum peritos  
artis necesse est: sed sine Lexicorum auxilio, nihil proferre possint aut  
scribere, nisi barbarum atque peregrinum. Et audent tamen interdum,  
imò verò etiam solent, velut infelicem, ac prorsus inutilem damnare  
operam, quæ in verborum iuris explicatione ab eruditioribus cōsumi-  
tur: & hos idèdem grammaticos contumeliæ causa nominare. Quasi  
non sit coniuncta verborum & rerum significationis tractatio: quam  
ipse Pandectarum nostrarum auctor Iustinianus, vno eodèmq; titulo  
complexus est: Aut quasi possit vllus aliquam reū, quæ in doctissimis  
veterum Iuriconsultorum commentarijs proponuntur, intelligètiā  
assequi: nisi prius verborum, quibus ipsæ res designantur, potestatem  
atque vim percullerit: aut quasi nō illi barbati denique ac horridi ma-  
gistri (quorum familia isti censerī cupiunt, magnòque sibi honori esse  
ducunt, si digni doctoribus discipulī existimentur) vel in rubricarum  
singulis articulis syllabisque pensitandis, meliorum centonum & farru-  
ginum suarū sæpenumero partem insumpserint. Miseret me profectò  
imperatorum hominum huiusmodi: tantòque magis miseret, quanto  
sibi vehementius placent, aliòsque, quòd exèmplo suo peccare nolint,  
prorsus aspernantur, atq; reprehendunt: Domitio cuidam celebri quò-  
dam in vrbe Romana grammatico, in hoc dissimiles, quòd is ho-  
mo doctus fuisse perhibetur: ad cætera pene gemelli, quòd is quoq; natura  
intractabilior & morosior fuit: aded quidem, vt ipsi cognomētum In-  
sano factum sit, si Gellio c. 7. li. 18. noct. Attic. credimus. Sed homines  
isti quid agāt, aut potius quid non agant, ipsi viderint: quibus, dum nisi  
quod faciunt rectum non putant, nihil quidquam iniustius dici, vel co-  
gitari potest. Equidem, quoniam ea, quæ consultorum responsis expli-  
cantur, non tantū in recti prauisque discrimine, sed in verborum etiam  
interpretatione (quemadmodum ipse Quintilianus li. 12. Institut. ca. 3.  
addocet) posita esse: re ipsa, hoc est, legendis atq; relegendis Pandecta-  
rum libris, comperi: fateor ita iam olim studiorum iuris ciuillis po. Ro.  
à me initam fuisse rationem, vt dum ipsas Iuris quæstiones diligentius  
agito: non nihil etiam, imò multum & temporis & operæ partim in  
morum institutorumque po. Romani veterum adipiscenda cognitio-  
ne, partim in verborū significatione inuestiganda posuerim: cuius me  
operæ quia nondum piget, nec verò pœnitere in posterum (sat scio) po-  
terit: hoc faciam lubentius (enitar quidem certè) vt isto capite, imò ve-  
rò singulis ferè istius libri sermonibus, egregium præclarumq; speci-  
men ac documentum à nobis editū fuisse, candidiores animæ iudicēt.

Cum igitur & res, & verba simul exponere, certum atque constitu-  
tum habeamus: deque pietate, illa scilicet, qua defunctis honor exhibe-  
tur, agere cœperim: sequitur, vt de illa etiam pietate videamus, quæ in  
Dei cultu, patriæ defensione, naturali cuiusque in parentes, liberos, &  
propinquos omnes charitate, lenitate denique principis erga subditos  
& clementia consistit, breuiter ac dilucidè differamus: eadèmq; opera  
quemadmodum humanitatis vocabulum esse πολύσημον antè ostēdi-  
mus, ita pietatis nomen varias ad res accōmodari demonstremus. Sta-



tim itaque locupletissimum. B. Augustini testimonium ex li. 10. de Ci-  
uit. Dei ca. 1. proferamus: Pietas quoque proprie Dei cultu (inquit) in-  
telligi solet, quam Græci εὐσεβειαν vocant: Hæc tamen & erga parêtes  
officio sè haberi dicitur. More autem vulgi, hoc nomē etiam in operi-  
bus misericordiæ frequentatur: quod idèo arbitror euenisse, quia hæc  
fieri præcipuè Deus mandat: eãq; sibi vel pro sacrificiis vel præ sacri-  
ficiis placere testatur. Ex quã loquendi consuetudine factum est, vt &  
Deus ipse dicatur pius: quē sanè Græci, nullo suo sermonis viũ, εὐσεβῆν  
vocāt: quamuis εὐσεβειαν pro misericordia, illorum etiam vulgus vsur-  
pet. hæc tamen ille: cuius ex oratione colligimus, obtinuisse vsũ (qui ma-  
gister loquendi est) vt Deum clementem, vt misericordem hominem,  
alio quoque Latino vocabulo, piũ, atque εὐσεβῆν Græco designemus:  
quo ipse etiam Lactantius, de vero cultu li. 6. Inst. diuin. ca. 24. Et idcir-  
co Deus imbecillitatem (ait) nostram sciens pro sua pietate aperuit ho-  
mini portum salutis. Et vbi de iusto ac sapiente loquitur, de iustitia l. 3.  
Institur. cap. 22. & li. 6. cap. 10. (quem ait suo contentum & paruo, quia  
fragilitatis suæ memor non amplius quærnt, quã vnde vitam susten-  
ter) hæc adijcit de pietate, quæ ex illo Augustini loco explicari debent:  
Et ex eo ipso quod habuerit, impertit, etiam nõ habenti: quia pius est:  
pietas enim summa virtus est. Enimuerd quòd clementiam & mansue-  
tudinẽ principis in subditos, pietatis appellatione significari diximus:  
id quando non omnibus esse in promptu scimus, his aliquot veterum  
locis lubet asfruere: Apud Vulcatium Gallicanũ in Auidio Cassio. hæc  
verba ex M. Antonini ad Faustina m vxorem literis proponuntur. Non  
enim quidquam est, quod Imperatorem Romanum melius commen-  
det gentibus, quã clementia: hæc Cæsare Deum fecit, hæc Augustũ  
consecrauit, hæc patrem tuum imprimis Pij nomine ornauit. & statim:  
Esto igitur secura, Dijs metuentur, Dijs pietas mea cordi est. Et ex eius-  
dem Antonini oratione ad senatum missa, hoc quoque: Vt censura ve-  
stra deposita, meam pietatẽ, clementiamq; seruetis, imò vestram: ne-  
que quemquam vllum senatus occidat. Et non ita multo pòst de Aui-  
dij Cassij propinquis ad eundem: Sint vagi & liberi, & per ora omnium  
vbique populorum circumferant meæ, circumferant vestræ pietatis e-  
xemplum: Nec magna hæc est P. C. clementia, veniam proscriptorum  
liberis & coniugibus dari &c. Sanè quod apud Gallicanum ex clemen-  
tia Pio Antonino cognomen inditum fuisse dicitur: id vel quòd verè  
natura esset clemētissimus, vel quòd eos, quos Adrianus ob leues offen-  
sas, per malam valetudinem occidi iusserat, Antoninus seruasset, ab se-  
nato tributum ipsi fuisse Capitolinus narrat: Et item Dio apud Xiphi-  
linum in Anton. Pio. his omnino verbis quæ iuuat adscribere, ὅτι Αὐ-  
γουστον αὐτῶν καὶ εὐσεβῆν εἶς τοιαύτῳ αἰτίαν ἐπωνόμασεν ἡ βελή. ἐπειδὴ ἀν-  
τι τῆς ἀρχῆς τῆς ἐποκρατορίας αὐτῆς, πολλὰν αἰτιαθέντων, καὶ τινῶν καὶ ἐνο-  
μαστὶ ἐξατηθέντων, ὁμοῦς ἐδένα ἐκόλασεν, εἰπὼν, ὅτι ἐδὲ εἰ με δὴ τοιούτων  
ἔργων τῆς πορσεσίας ὑμῶν ἀρχαδου. [Senatus eum appellauit Augustum  
& Pium tali de causa: quod cum initio principatus ipsius multi fuissent  
accusati, ac nominatim ad supplicium exposcerentur, neminem voluit tamē  
occidi,

a in Anto-  
nino pio  
sub initium,  
meminit  
& Spartia-  
nus in A-  
driano ad  
finem, vi-  
de & Lam-  
pid. Helo-  
gabalo.

accidi, inquiens, non oportere ab eiusmodi facinoribus principatũ suum in-  
choari. ] Ergo Claudianus in panegy. in 4. Honorij consulat ad Ho-  
norum Imper.

*Sis pius imprimis: nam cum vincamur in omni*

*Munere, sola deos aequat clementia nobis:*

vbi piũ, patriæ mitẽ & clementem: ex ijs interpretor, quæ de Tra-  
iano, sic fere poëta succinit.

*— victura feretur*

*Gloria Traiani, non tam quod Tigride victo*

*Nostra triumphati fuerat prouincia Parthi,*

*Alta quod inuictus stratis Capitolia Dacis:*

*Quam patriæ quòd mitis erat.*

Quibus ex locis intelligimus, pietatem (hoc est clementiam & lenita-  
tem) in principe commendari non minus, quã Iustitiam (quæ, vt ali-  
bi in tractatu de vera philosophia, quem commentario de regulis iu-  
ris, attexui, doceo, βασιλειὰ virtus est) solere: Trebellius quidem Pol-  
lio de Zenobia in triginta tyrannis, loquens, quæ Gallieno nequissi-  
mè agente Romanis imperauit: Vxor clara & virilis (inquit) teueri-  
tas, vbi necessitas postulabat, tyrannorum: bonorum principum cle-  
mentia, vbi pietas requirebat. Quamobrem ad illud Virgilij, ex lib. 1.  
Æneid.

*Rex erat Aeneas nobis, quo iustior alter*

*Nec pietate fuit, nec bello maior ex armis,*

viderint alij, quã rectè Seruius Honoratus adnotet: Benè laudat duo  
in Ænea, Pietas enim in deos, Iustitia in homines est: quibus duabus vir-  
tutibus Regem ornatum esse conuenit. Equidem pietatem & si non  
negarim ἀντὶ τῆς εὐσεβείας, ad deos penates, vel ad Anchisem patrẽ ex  
incendio Troiano ab Ænea liberatum, commodè referri posse: cùm i-  
dem poëta, sic Æneam loquentem paulò antè induxerit.

*Sum pius Aeneas, raptos quis ex hoste penates*

*Classe veho mecum-*

Et lib. 4. Æneid. Didonem de ipso Ænea.

*Quem secum patrios aiunt portare penates,*

*Quem subisse humeris confectum atate parentem:*

Attamen (vt nunc quidem est) malim pietatim ἀντὶ τῆς φιλανθρωπίας,  
pro clemētia, lenitate, ac mansuetudine accipere: propterea quòd iusti-  
tiæ adiungitur hoc loco: vt apud Senecam in li. de morte Claudij Cæ-  
saris. vbi scilicet Principes pietate & iustitia Deos fieri scribit: & apud  
Tacitum lib. 12. annal. clementia, his verbis, Addiditque præcepta (ete-  
nim aderat Meherdates) vt non dominationem & seruos, sed rectorem  
& ciues cogitaret, clementiamque ac iustitiam quanto ignorantiora  
barbaris, tanto toleratiora capefferet: vt moderatio denique apud Pli-  
nium, in negyrico Traiani, cùm ait, de principibus loquens, Opti-  
mum quemque niti & contendere decere, vt post se quoq; reip. profir,  
moderationis scilicet iustitiæque monumentis, &c. Et item humanitas  
apud eundem, in Epistola quadam ad Tironem li. 9. epist. quo loco, E-

gregiè f. cis (inquit) quòd iustitiam tuam provincialibus multa humanitate commendas. Et verò quoniam iustitia Manlium Theodorum alloquens apud Claudianum, in panegyrico in consulatum Manlij, Theodori, Clementiam sororem suam nominat, vbi,

*Nóme vides, ut nostra soror Clementia tristes  
Obtundat gladios?*

hæ duæ sunt sorores columnis insignium principaliũ geminis mutuo se amplexu comprehendentibus designatæ: quarum adiumento, diuinæque ope Rex noster Karolus, tantum hoc imperij Gallicani pondus, tot ventorum, hoc est, Bellorum ciuiliũ procellis tam grauer diũq; agitatum, velut Athlantis, aut Herculeis etiam humeris, adhuc cum ista scribimus (atque vti nam multis in poste: um sæculis) admirabiliter sustentat.

a vid: Clau  
di. num. n.  
panegyri.  
in Stilico-  
nem.

*Sceptra tenens mollitque animos, & temperat iras,*  
(quemadmodum est apud poëtam Virgil. lib. 1. Æneid.) hæc duo sunt, inquam, non modò ciuitatis (vt ait Cicero in paradoxo 4.) sed cuiuscunque reipub. vel imperij vincula: quæ iuris & æquitatis (nam clemētia mater est æquitas) vocabulo demonstrantur.

Enimverò cum præcipuum principis opus sit amicos parare (vt Plinius in panegyri. ad Traianum tradit) propterea quòd plurimis amicitijs fortuna principum indiget, frustra que se terrore succinxerit, qui septus charitate non fuerit: quoniam armis arma irritantur, metusque & terror infirma sunt vincula charitatis: quæ (vt Galgacus Britannorum dux ad suos apud Tacitũ in vita Iulij Agricola, loquitur) vbi remoueris, qui timere desierint, odisse incipient: Cum, inquam, sapienter verèque Nicolaus quidam senex Syracusanis olim suadens, vt humanè ac moderatè victoria vterentur, hæc aurea verba vel oracula potius (Diodoro testeli. 13. Biblioth. protulerit,) δειδὲ τὸς τῆς ἡγεμονίας ἀντιποικιλοῦς, ἢ ἀνδρες συρακούσιοι μὴ ἔτα τῶς ὀπλοῖς ἑαυτὰς ἰχυρὰς κατὰ σκευάξεν, ὡς τῶς πρὸ ποιοῖς ὀπαικῆς παρέχεται. οἱ γὰρ ἴσαστε τὰ γυμνοὶ τὸς μὲν φάρω κατιχυόντες κερροτηρήσαντες, ἀμυλῶνται δὲ τὸ μίτος, τὸς δὲ φιλεανδρῶπως ἀφῆγου μύθους βεβαίως ἀγαπῶντες, ἀεὶ σιωπῶσι πλὴν ἡγεμονίαν.  
[ Oportet eos qui dignitates & imperia expetunt, viri Syracusii, non tam seipfos fortes in rebus bellicis comparare, quàm equos & moderatos se præbere. Nam subditi ab ijs qui vi præficiuntur, occasione data, ex odio se vendicant. Sed eos qui cum beneuolentia præsumunt, diligunt, incrementumque semper capit eorum dominatio. ] Sapienter verèque Plinius ista, in eandem ferè sententiam scripserit ad Maximum, epist. vltima libro octauo. Malè vim suam potestas aliorum contumelijs experitur: Malè terrore veneratio acquiritur, longèque valentior amor ad obtinendum quod velis, quàm timor: Ideòque meliùs fides quàm ferrum tueatur principem, plùsque diligi quàm timeri Cæsarem deceat: vt in Senecæ Neronem admonētis persona Tragicus in octauia actũ 2. scena. 2. præcipit denique cum hæc arx inaccessa, hoc inexpugnabile sit munimentum, munimento non egere (idque idem Plinius alibi in panegyrico. Senecam, quod sæpe facit, imitatus loquitur) & ipso auctore

Senecæ

Senecæ, lib. 1. de Clementia cap. 19. vnum sit inexpugnabile munimentum, amor ciuium: Quod ipsum Synesius ἐπι βασιλείας, his verbis retulit, καὶ τίς ἐχυροτέρα βασιλεία τῆς ἐρωτὶ τετειχομένης. [ De regno. Quodnam regnum potest habere maius munimentum quàm cum beneuolentia & amore fuerit munitum & circumvallatum? ] Porro autem cum amari, princeps, nisi ipse amet, non possit (vt idem Plinius in panegyri. refert) Et amare ille ciues omnino videatur, qui clementia & moderatione vtatur erga ipsos: Quamobrem nihil sit quod principi faciliùs beneuolentiam ciuium conciliet, quàm si clementem illum, & piũ, & patriæ mitem experiantur ac sentiant: hæc igitur omnia cum ita se habeant: cum ad pariendum honorem dos potentissima (si Valer. lib. 5. cap. 3. credimus) clementia esse iudicetur: nouumque imperium inchoantibus vel ipsa clementiæ fama (Tacito lib. 20. teste) sit utilis: quis (quæto) dubitabit, quin quomodo iustitia, sic etiam clementia: sed vtraque simul vt sit & mitis seueritas, nec dissoluta clementia (quod de Traiani cognitionibus pronuntiat Panegyristes) principem quàm maximè deceat? Theodoricus profectò rex ad Faustum præpositum apud Cassiodorum, lib. 11. Variar. Iustitiæ se clementiam, humanitatem, ac pietatem præferre profiteretur his verbis, Inclinari precibus nostranouit humanitas, nec pro affectu pietatis fines potest Iustitiæ custodire. Benigni quippe principis est ad clementiæ commodum transilire terminos æquitatum: quando soli est misericordia, cui omnes virtutes cedere honorabiliter non recusant. Meritò id quidem ille: Nam (vt ait præclare apud Tragicum grauisimus auctor Seneca, Octauia. act. 2. scena. 2.)

*Pulchrum eminere est inter illustres viros,  
Consulere patriæ, parcere afflictis. fera  
Cade abstinere, tempus atque ira dare,  
Orbi quietem, seculo pacem suo:  
Hac summa virtus, petitur hac calum via.*

Itaque siue de hostibus & exteris cogitemus, quis non videt verè scriptum ab Annone ad Claudiũ Imp. bellorum egregios fines quoties igno: scendo transigantur: verè quoque à Claudio rescriptum esse, quod maioribus placuerit, Beneficentia aduersus simplices vtendum: siue de subditis & ciuibus: nullum sanè ornamentum (si Senecæ ca. 24. de clementia, testimonio credimus) principis fastigio dignius pulchriùsque est, quàm illa corona ob ciues seruatos: Ideòque solent Imperatores (vt quodam principum rescripto continetur) duriores casus & tristiores fortunam, vt ipsis ingenitum est, Imperatoria humanitate mollire: Denique Imperatorem Aurelianum à multis neque inter bonos neque inter malos principes positum legimus: Apud Vopiscum in Aureliano, idcirco quod ei clemētia, Imperatorum dos prima defuerit: hæc quippe virtus principem docet, primùm alieno sanguini tanquam suo parcere: Quæ scit homini non esse homine prodigè vtendum (vt Seneca Epist. 86. lib. 3. refert) deinde verò id quoque, quod ipse Claudianus ad

a Vide Tra-  
cium li. 12  
annal.

b l. 23. Cod.  
Theodo-  
siano de pe-  
nitio. & vi-  
trò dat.

Stiliconem scribens, In panegy. 2. de laud. Stiliconis sub initium, ita cecinit.

-- Ut non infensus alendis

Materiam praestes odys, ut fontibus Ultrò  
Ignouisse Velis, deponas ocyus iram,  
Quam moueas: precibus nunquam implacabilis obfese:  
Obuia prosternas, prostrataque more leonum  
Despicias, &c.

Qui pietatem pro religione cum accipiant, & iustitiae adiungunt & principi tribuunt: imperitè profectò faciunt: nam si hominis propria est humanitas: ipsa humanitas nihil nisi iustitia: iustitia nisi pietas: haec autem nihil aliud, quam Dei parentis agnitio (vt Lactantius de falsa sapientia lib. 3. Inst. ca. 9. ad fin. & 10. ad fin. omnino rectè definit) Quamobrem qui religionem non suscipit, ipse se prosternit in terram, & vitam pecudum secutus humanitate se abdicat: qui naturae suae conditionisque non meminit: efficitur necessariò, vt religio nõ magis principi, quã priuato cui libet conueniat: è diuerso nullum clementia ex omnibus magis, quam principem decet: clementia, inquam, omnibus quidem hominibus, secundum naturam: maximè tamen decora Imperatoribus: quanto plus habet apud illos quod seruet, quantoque in maiore materia apparet. Regi vociferatio quoque verborumque intemperantia, non ex maiestate est, auctore Seneca. quem vide lib. 1. de clementia cap. 3. 5. & 7. Imò verò non cuiuilibet, sed principis maximè proprium munus est, quod Virgilius lib. 6. Aeneid. ad finem. praecipit, *Parcere sub seclis, & debellare superbos.* Ac superborum quidem debellatio (nequis erret) non modò virtuti militari, hoc est, fortitudini, verum etiam iustitiae tribuitur. Quamobrem ad Didonem Aeneas apud eundem poetam, lib. 1. Aeneid.

a g. liber-  
tinorum.  
verfic. sed  
deductio-  
rum. Inst.  
de liberti.  
l. humani  
& l. seq. C.  
de leg. ad  
dictos. l.  
mathema-  
ticos. C. de  
episc. aud.  
l. nemo lu-  
dici C. de  
oper. pub.  
l. 10. C. Th.  
de malef.  
l. vnica. C.  
de maiu. li.  
ii. & alibi  
saepe sed vi-  
del. j. D. de  
interd. &  
relegat.  
b Marcellinus  
li. 12. Capito-  
linus in Mar-  
co Phil. &  
ad Constantinum  
in Gordianis  
sub ini. La-  
pridius ad  
Constanti-  
num in He-  
liogabalo  
& Alexan-  
dro Seue-  
ro, vbi ele-  
mentia ac  
pietati iux-  
ta refero.  
c In pane-  
gyr. Traia-  
ni & ad  
Montanum  
lib. 3. epist

*O Regina, nouam cui condere Iupiter urbem,  
Iustitiaque dedit gentes franare superbas:*  
Parcere verò subiectis, effectus est clementiae, siue pietatis: Ideò Pro-  
pertius lib. 3. Elegiar. de Romanorum laudibus.

*Nam quantum (inquit) ferro, tantum pietate potentes  
Stammis: vitrices temperat illa manus.*

Atque hanc quidem pietatem, quae regit & caelos (vt in Indulgentia Cassiodorus lib. 12. Variar. praedicat) pariter atque mansuetudinem, clementiam, & humanitatem, non modò sibi Iustinianus, alique Imperatores in libris nostris passim arrogant: sed ipsi quoque principibus alij bonorum auctores literarum tribuunt vt scilicet ostendant quoslibet summa potestate praeditos Principes, Reges. Imperatores, subditis, cuiuslibetque suis, tanquam parentes publicos (Istam etenim, & illam patriae appellationem Plinius, vt alios omittam, ipsis assignat) naturaliter, hoc est è iure gentium, vt homines quoque caeteros pietatem Deo, pietatem patriae, pietatem parentibus praestare debere: atq; ad eos subditos, principi suo, tanquam pareri publico. Ac de ista quidem pietate in principem loquitur ille, quem antè nominaui, Plinius in supra dicto

dicto loco his ferè verbis, Age si quando pietas nostra silentium rupit, & verecundiam tuam vicit: quae qualiaq; decernimus nos, tu non recusas, vt appareat non superbia, & fastidio te amplissimos honores repudiare: qui minores non dedigneris: & Te fama, te ciuium pietas, te libertas super ipsos principes vehunt.

Nam religionem erga Deum, quae superioris naturae curam ceremoniamque affert, & à Grecis *θρησκεία* & *θεοσεβεία* dicitur (vt Beatus Augustinus cap. 1. li. 10. de Ciuitate Dei admonet) itèaque pietatem, per quam officium, ac diligens cultus parentibus, patriaeque tribuitur: Pomponius nosse meritò iuri gentium ascribit: Quod itidem Cicero lib. 2. de Inuentione: & multo antè Socrates apud Xenophontem lib. 4. *δογματισμόν*. fecerat: qui ex iure, quod non scriptum, sed à Deo constitutum sit, haec esse docet his verbis, *ἀρχαίους δέ τινες οἰδῶτα ἔφην ὅτι πρία, νόμους. τῶς γ' ἐν πείρῃ, ἔφην, χάρις ἔστι τῶν νομισσομένων* [ Nonne scriptas quasdam inquit o Hippia, nosti leges? eas inquit quae quidem vbius locorum vsu receptae sunt. ] & c. & statim, *τίνας οὖν, ἔφην, νομίζεις τῶν νόμων τῶν τούτων; ἔφην, θεοῦ οἶμαι τῶν νόμων τῶν τούτων τοῖς ἀνθρώποις δέσναι. καὶ γὰρ ἀπὸ πάντων ἀνθρώπων ἀπῶτον νομίζεται, τῶς θεοῦ σέβειν, ἐν οὖν καὶ νόμους τιμᾶν πάντων τῶν νομίζεσθαι; καὶ τοῦτο, ἔφην.* [ Quos igitur, inquit, putas, tulisse istas leges? Siquidem, inquit, Deos, puto, istas hominibus leges dedisse. Nam apud omnes homines in primis lex est, vt Deos colas, & vt ite parentes honores vbi que lex iubet & hoc inquit. ] & c. Nec mutat, quod non idem vbi que numen, sed varia plerique in locis, ac diuersis etiam ceremonijs (vt hodiè que) olim colerentur: Nos enim de religione in vniuersum loquimur, & ipsius velut originem inquirimus: nec iuri naturali tribuimus: quod vt rationis, ita religionis feras expertes esse constet. Nec tamen ignoramus quid de elephantorum religione quoque siderum, solisque ac lunae veneratione, ac tota denique natura Plinius, libro octauo naturali. historiar. cap. j. & vide caput 3. 4. & 5. Alianus, & alij tradiderint: Quid contra de Hunnis Marcellinus, libro trigesimo primo historiar. quos nullius religionis, vel superstitionis reuerentia districtos, inconsultorum animalium ritu, quod honestum inhonestumve sit penitus ignorare scribit: tales enim non in hominum genere, sed potius in ferarum & bipedum bestiarum numero censeri debent. Rursum ceremoniae quibusdam sacris adhibita faciunt, vt haec aut illa colendi numinis ratio tribui non ineptè iuri ciuili queat. Quamobrem apud Romanos Pontificium ius pars erat publici & ciuili iuris populi Romani: quod ius ciuile per multa saecula inter sacra ceremoniasque decorum abditum, solisque Pontificibus aliquando notum, antequam à Cneio Flauio vulgaretur, Valerius libro secundo capite primo, vbi de Cneio Flauio, auctor est. Cum autem ipsa religio sit iuris gentium: sequitur vt vota etiam, quae ad eam spectant, eidem iuri assignare oporteat. Obsequium etiam, honor, & obseruantia parentibus & patriae exhibetur, flagitante ipsius naturae (vt Constantinus imp. ait) religione. Nam Latina loquendi consuetudi-

a 1. liber-  
28. C. de in-  
offic. test.  
sub iniur.

ne non solum Imperitorum, verum etiam doctissimorum (teste Augu-  
stino c. 1. lib. 10. de Civit. Dei.) & cognationibus humanis atq; affi-  
nitatibus, & quibusque necessitudinibus dicitur exhibenda religio: id  
est impellente ratione naturali hominum omnium communi: quamvis  
ad parentes amore prosequendos, ut homines, ita & animalia caetera  
vis quaedam naturalis prouocet: primaq; sit naturae lex diligere paren-  
tes, id quod Valer. cap. 4. lib. 5. tradit. Sed aliud est τιμᾶν & parere, aliud  
σεβῆναι & amare: hoc a natura, illud a iure gentium, aut potius diui-  
no est: quam obrem (vt de illo vno ex decem verbis ac praeceptis Do-  
mini, quod primum locum in tabula secunda obtinet, nihil dicam) pie-  
tatis religionem ab eo violatam Impp. a aperte significant, qui patri  
non paruerit, sed eum offenderit: Et religionis nomen, vel ex ea (cuius  
Augustinus meminit) consuetudine loquendi, vt officium significet,  
pietati adiungunt: vel vt hanc quoque pietatem ex iure diuino esse in-  
nuant. Igitur parentes amare, omnium est animalium. Parentibus ob-  
sequi, non omnium animalium, sed hominum proprium videtur. Et om-  
nium quidem hominum: vix enim vlli sunt populi, apud quos, vt vite  
ac necis in seruos dominis: ita in filios aliqua patribus, vel certe ad pa-  
rendi vsque necessitate, auctoritas & potestas non sit. Nec tamē ne-  
go, quin potestas patriae multo fuerit olim apud Romanos augustior: &  
aded quidem, vt ius potestatis patriae propriū esse ciuium Romanorū  
merito Caius<sup>b</sup> definiat. cum & oppignerandi olim, & distrahēdi faul-  
tatem, & vitæ ac necis in liberos haberēt, ex lege Regia, de qua ex Pa-  
piniano lib. singulari de adulterijs, d in veteribus quibusdam collecta-  
neis hæc legere memini, Cum patri lex Regia dederit in filiam vitæ ne-  
cisque potestatem: Quo bonum fuit lege (Iuliam de adulterijs coercē-  
dis intelligit) comprehendī, vt potestas fieret etiam filiam occidendi,  
velis mihi rescribere, nā scire cupio. Verū tamen ea lex Regia, id ius ci-  
uile patriæ potestatis, tacito populi cōsensu, contrariōq; vsu sensim ab-  
rogatū, aut per constitutiones Imperatorū ad temperamentū & equi-  
tatum iuris gentiū redactum fuit. Illud præterea dico, etiam non inter-  
ueniente illa, quam ciuile ius Romanorum agnoscit, patria potestate: vt  
puta inter collibertos matrem & filium, secundum naturam (vt Vlpia-  
nus li. j. D. de obse. liber. ait) saluam esse debere pietatis rationē: Quod  
sic accipe, quasi dicat, non iure naturæ omnium animalium communis  
sed humane, id est, iure gentium filios pietatem parentibus debere, te-  
ste Seneca, li. 6. de beneh. ca. 23. quam nō in operarum, sed in obsequij  
præstatione consistere, Iurisconsultus interpretatur: hoc est, sub ditio-  
ne parentum esse, vt illorum personam semper honesta & sanctam ha-  
beant: filios inquam venerentur, illis obsequantur & pareant: quemad-  
modum Pomponio nostrō Plinium in panegy. ad Traianum, sequuto  
placet: hui<sup>9</sup> hæc verba sunt, Tu quidē, Cæsar, illā exceptionē remouisti,  
si modò filius in potestate patris fuisset: intuitus, opinor, vim, legemq;  
naturæ (humane scilicet: nam de iure gētium loquitur: vt apparet ex eo  
quod subiicit statim) quæ semper in ditioe parentū esse liberos iussit:  
nec vt inter pecudes, sic inter homines potestatem & imperium valen-  
tiori-

a. Cum re-  
pietatis C.  
de inoffic.  
testa. iuncta  
d. l. liberi  
28. eo. tit.

b. l. 3. D. de  
ijs qui sunt  
sui vel alie-  
ni iuris.  
c. l. in suis  
D. de li. &  
post. l. vi.  
C. de pa-  
tria pote-  
state. §. ius  
autē Instit.  
eo. tit.  
d. vide frag-  
mentorū  
libram nu-  
per a P.  
theo no-  
stro Luci  
donatum  
tit. 4. de a-  
duli.

e. l. penul.  
D. de obse.  
& libe. &  
libe. præst.  
f. l. libero  
eod. tit.  
g. l. 1. §. si fi-  
lius. eo. tit.

tioribus dedit. homo igitur quā homo est, etiam si sit fortior: imbe-  
cilliori tamen parenti obsequitur, & morem gerit, patriam tuetur, pro  
ipsa pugnat mortemque oppetit: Quatenus autem est animal naturæ  
ductu, nemini nisi viribus superiori cedit: iusque in viribus ponit:  
Cum enim propter naturæ imbecillitatem, vt caetera eiusdem generis  
animalia, sic homines simul conueniant: efficitur necessaria quadam  
& verissima ipsius naturæ lege, vt quemadmodum in taurorum, apro-  
rum, gallinaceorum, caeterarūque animantium genere, quæ corpo-  
ris robore atque audacia præ aliis sui cuiusque generis animantibus  
excellit, eas huc illuc ducat: ipsæque velut imperium habenti obse-  
quantur & pareant: sic etiam inter homines, is potissimum imperet,  
regatque caeteros, qui corporis animique robore præstantissimus ac  
valentissimus esse videatur: id quod his omnino verbis à Polybio ve-  
tustissimo & grauissimo historiarum auctore traditur, in initio libr. 6.  
ὅταν αὐξήσῃ σὺν χρόνῳ πλεῖθος ἀνδρώπων, τότε διαποικιάσονται τῶν  
ἄλλων ζώων καὶ ἐπὶ τούτων σωμαθικὴν ἐξουσίαν (ὅπερ εἶδος ἐστὶν) τούτο τὸ ὁμό-  
φυλον σωματικῶς ἐλάττωσι, ἢ ἢ πλεῖον τῆς φύσεως ἀσθένειαν) ἀνάγκη τὸν τῆ σω-  
ματικῆν ἰσχυρίαν καὶ τῆ ψυχικῆν τόλμην διαφέρωντα, τούτων ἡγεῖσθαι καὶ κρατεῖν,  
καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ζώων ἀδύσποιστων ζώων θεωροῦμεν (τούτο  
χρὴ φύσεως ἔργον ἀληθινώτατον νομίζεν) παρ' οἷς ὁμολογουμένης τοῦς  
ἰσχυροτάτους ὀρθοῦν καὶ ἰσχυροῦς, λέγω δὲ ταύρους, κάπρους, ἀλεξυρόνας, καὶ  
τούτοις ἀποπλήσια. τὰς μὲν οὖν ἀρχὰς εἶδος τοιούτους ἐστὶν καὶ τὰς τῶν ἀν-  
δρώπων εἰς ἐξουσίαν σωμαθικὴν ἐξουσίαν, καὶ τοῖς ἀληθινώτατοις καὶ δυναμι-  
κωτάτοις ἐπιπορεύων. [Quando, temporis progressu, hominū multitudo accreue-  
rit, tunc, non secus ac reliqua animalia congregata solēt, (quæ quæ sunt eius-  
dem generis oportet propter imbecillitatem naturæ, vt aggregentur) necesse est,  
eum, qui robore corporis, & animi audacia reliquis præstat, dominatum  
obtinere. Idque in animalibus, alioqui ignobilibus, fieri cernimus (quod  
verissimum opus esse naturæ existimandum est) inter quæ sine dubio ea quæ  
sunt robustiora reliquis imperant. Hoc dico de tauris, suibus, gallis, galli-  
naceis & similibus. Postulat eadem ratio, vt similiter constituantur Im-  
peria inter homines quorum vita requirit vt congregentur, vt reliqua a-  
nimalia: ac bellicosissimos & potentissimos præire &c.] Atque hanc qui-  
dem naturæ legem antiquissimam diis, hominibus, & feris commu-  
nem Brennus Gallorum rex sequi se (uobisque, cum Romanorum a-  
gros popularentur ac deuastarent, seque in armis ius ferre, & omnia  
fortium virorum esse, ferociter (Liuiο libr. 5. teste) dicebat: εἰ δὲν  
αὐτὰς δεῖνόν (vt est apud Plutarchum in Camillo) εἰ δὲ ἀδίκον ποιου-  
σας, ἀλλὰ τῶν προσεχουσῶν τῶν νόμων ἀκολούθουσας. ὅς τῶν κρείττωνι τὰ  
τῶν ἡττοτέρων δίδωσιν, ἀρχοῦμεν δὲ τῶν θεῶν καὶ τελευτῶν εἰς τὰ θεῖα.  
καὶ γὰρ τοῦτοις ἐκ φύσεως ἐνεστὶ, τὸ ζητεῖν πλεονεχῆν τὰ κρείττονα τῶν ἐπο-  
δυστέρων. [Se nihil nouum nihil iniquum facere, sed legem vetustissimam  
se sequi, quæ dat potentiori facultates inferioris: quæ lex, initio facta ab  
ipso Deo, ad bruta usque extenditur. His enim quoque natura instum est,  
vt requirant potentiozem plus obtinere quàm debiliozem.] Nam quomo-  
do lucem diemque omnibus hominibus, ita omnes terras fortibus vi-

ris natura aperuit: idque Tencterorum legati olim apud concilium Agrippincensium (teste Tacito lib. 20. pronuntiarunt) Huius etiam legis validissimæ feris hominibusque præstitutæ Hierosolymitanos obsessos à Tito Iosephus deditionem suadens, cum ex Iotapatæ excidio in potestatem Romanorum venissent, commonefecit: Sic ferè (vt est apud Flauium Iosephum historicum cap. 26. lib. 5. de bello Iudaico) νομον γεμλυ ἀρίσταυ καὶ πῶσα θηροσιν ἰχυρότατον, καὶ πῶσα ἀνθρώποις εἶμεν ὄϊς δωματώτεροις, καὶ τὸ κρατεῖν παρ' αἰς ἀκμὴ τῶν ὀπλων ἔσθ'. [Lex enim nimirum constitutam esse quæ et inter feras valere, et apud homines ipsos etiam valet: Cedendum esse potentioribus: Eos quoque dominatum tenere, qui armis plus possunt.] Huius denique iuris naturalis, quo adducimur ad obsequendum præstantioris voluntati Aristides aliquot locis commemorat, σὺ δὲ τὸν νόμον μετέβαλλεις (ait) ἢ καὶ τὰ ξενὸν ἐναλλάτεις, ἢ ἢ φύσις κατέδραξεν, οὐ ἐν ἀνθρώποις μόνον, ἀλλὰ καὶ ὄϊς ἄλλοις ζώοις. αὐτὴ δὲ ἔστιν ἀκούειν τοῦ βελτίονος. & statim, ὅτι ἀξιοῖς μετέβαλλειν ἢ τῆς φύσεως νόμον, ὃς κελεύει πῶ τῶν κρείττωνων ὑπερβολῶν ἀνέχεσθαι καὶ ζῶντων πρὸς τὸ ἡγούμενον. ἡσυχῶν τῶν στρατηγῶν βλέπειν εἰς τοὺς στρατιώτας, καλὸν δὲ γενεὸς στρατεύμασιν εἰς τὰς στρατιὰς, & cetera quæ sequuntur. [Tu vero legem immutas et ordinem quem natura demonstrat, non tantum hominibus, sed etiam alijs animantibus: quia lex est, obediendum esse præstantiori, &c. Quoniam tu postulas legem natura mutari, quia iubet, vt toleremus potentiores eminere: et, viuendum esse ad præscriptum eius qui præit et imperat. Turpe foret enim duci, si militum suorum nutum intueretur: illud vero egregium quando pendunt exercitus à suis ducibus.] Et alibi ὁ νόμος γὰρ ἔστιν ὅσα φύσει κείμενος, ὡς ἀληθῶς ἔσθ' ἡ κρείττωνων κατὰ δεξιὰς ἀκούειν ἢ τῶν τοῦ κρείττονος. καὶ τις ἐλευθερίας σύμβολον ποιῆται τὸ εὐφραδεῖν τὸν νόμον, αὐτὸν ἐξάπατα. [Lex enim hæc est natura à posita, quia ostendit vt inferiores superiorum iussa capestant. Et si quis libertatis nomine insignitus, hanc legem violare conatur seipsum decipit.]

a πρὸς τὰ παρὰ φύσιν

b ἡ δὲ φύσις ἀπὸ τοῦ ἰσχυροῦ

c l. vt vim 3. de iust. & iure.

d l. 7. s. cū qui. D. vn. de vi & de vi armata.

Quo autem iure inferiora superioribus cedunt: eo iure & vim inferre, & vim propullare, ac vindicare, singulis animalibus est à natura insitum: quamobrem non desunt, quibus & mirum & propè absurdum videatur: quod vis atque iniuriæ propullationem, Florentinus aut ex Florentino Tribonianus, iuri gentium adscripserit: quod tamen haud improbabiler ipse interpretatione aliqua fulciri posse crediderim, hoc modo: vt homines quidem barbari, quibus iura distinguit modus virium, sed & ipsa quoque animalia impulsu aliquo naturæ ad vim atque iniuriam à se amouendam incitentur: ideoque ius illud de viper vim repellenda, comparatum natura esse Vlpianus dicit: quod omni generi animantium natura sit inditum (teste Cicerone lib. 1. offic.) vt corpus vitamque tueatur, & fugiat quæ sibi damno futura putet: Et quemadmodum apud Iosephum historicum Iosephus cap. 25. lib. 3. de bello Iudæico ait, φύσις γὰρ νόμος ἰχυρὸς ἐν ἀπασιν τὸ ζῶν ἐθέλειν, εἰς τὸ τῶν καὶ τῶν φαιερῶς ἀφαιρουμένων ἡμᾶς τοῦτο, πολεμίους ἡγούμενα, καὶ τοὺς ἐξ ἐνέδρας

τιμωροῦν

τιμωροῦ μὲν. [Natura lex firma est, vt omnes velint viuere: qua de causa, hostes illos iudicamus, qui nobis illud offerre præse ferunt, et nos ab his vindicare molimur.] Ipsa tamen vis prohibendæ, propullandæ, ac vlciscendæ ratio, qua homines inter se vtuntur ( præsertim verò cum muris conditis, ipsisque propugnaculo, vallo, aut aggere firmatis, tum verò telis admotis, coacta manu armatorum, indicto atque administrato bello, instructis aciebus, & ordine aliquo, secundum militarem disciplinam seruato, res geritur) non sit à iure naturali, sed à iure gentium: quippe cum hanc rationem, non cum reliquis animalibus, sed inter se dumtaxat pleræque gentes communem, licet in his nonnullæ remissionem aliquantulo vel etiam diligentem teneant. Ergo Hermogenianus ex iure gentium introducta esse bella refert: itemque edificia collocata: ex quo sequitur, vt optima ratione Themistocles Atheniensis, quod se muris cinxisset, iure gentium apud Lacedæmonios defenderit: vt Æmilius Probus in Themistocle auctor est, in illo loco, Et apud eos liberrimè professus est, Athenienses suo consilio, quod communi iure gentium facere possent, deòsque publicos, suosque patrios ac penates quò facilius ab hoste possent defendere, muris sepisse. Porro superioribus conuenienter Linius, li. 43. Iure gentium (inquit) hoc euenit, vt arma armis propullentur: itemque vt sceleri ac violentiæ occurramus, id ex iure gentium esse, apud Salustium in bello Iugurthino, Iugurtha docet: qui legatis populi Rom. respondit, Adherbalem dolis vitæ suæ insidiatum: quod vbi comperisset: eius sceleri obuiam isse: pop. Romanum neque rectè neque pro bono futurum, si ab iure gentium sese prohibuerit. Vim itaque, hostilem præsertim, defendere omnes leges omniæque iura permittunt, vt Paulus ait: quod ille Demosthenis ex oratione καὶ ἀεισογράτους, locus pertinet, vbi, εἴτ' εἰ δὲ φρον (inquit) ὡ γὰρ καὶ θεοί, & φανερώς πῶς ἀνόμων. εἰ μόνον πῶς τὸν γεγραμμένον νόμον, ἀλλὰ καὶ πῶς τὸν κοινὸν ἀπάντων ἀνθρώπων νόμον, τὸν ἀγόντα ἢ φέροντα βία τὰ μὲν ἐν πολεμικῆ μοίρᾳ μὴ ἐξείναι μοι ἀμυνάσθαι. [Contra Aristocratem. Deinde, o terra, o dij immortales, nonne hoc est intolerandum et manifestissimè iniquè comparatum, non tantum aduersus scriptas leges, sed etiam aduersus ipsam communem omnium hominum legem, si mihi non liceat vlcisci eum qui, hostilem in modum, me à mibi rapit, ac vi aufert? Et sanè vt iniuste facit, qui prior vim infert: ita qui vim illatam non propullat, neque vindicat, Veterè ferendo iniuriam (vt est in mimo Publilij, de quo Gellius ca. 14. li. 17.) iniurat nouam: & virum se præstitisse videri nullo modo potest: qui autem vlciscitur ac repellit iniuriam, sciens à se nihil iniuste committi, ex bona conscientia bonam spem bonumque ac firmum animum gerere debet: idque Seuerus princeps in concione quadam aduersus Albinum his verbis apud Herodianum li. 3. significat, ἀσπερ ὁ ἀδικὸν τὸ ἀρχὴν ἔργων ποιεῖν ῥῶν, οὕτως ἀναγδρον τὸ μὴ ἀμυνάσθαι πρὸς ἀδικουμένον. [Vt autem iniustum est authorem iniuriarum esse, ita est ignaui acceptas non vlcisci.] & apud eundem auctorem lib. 6. Alexander Mammææ filius itidem Imp. in concione ad milites Romanos, his omnino verbis, καὶ τὸ μὲν ἀρχὴν ἀδικῶν ἔργων ἐκ εὐγνωμόνα ἔχθ' πῶν ὑπέκλινται, τὸ δὲ τοῦ ὀχλοῦ ἔργα

a l. ex hoc iure. D. de iust. & iur.

b l. Scientia s. qui cū auct. D. ad l. c. Aquil.



ὑποσεῖσθαι ἐκ τῆς ἀγαθῆς συνήθως ἐχθρὸν θάρραλιον, καὶ οὐ τὸ μὴ ἀδικεῖν, ἀλλ' ἀμύνασθαι ὑπάρχει τὸ εὐελπι. [Et eius quidem à quo proficitur iniuria rationi consentanea & aqua non est provocatio: at quum eos qui nobis grauei sunt repellimus, cum ex bona conscientia confidentiam accipimus, tum verò ex eo quod non inferimus sed propulsamus iniuriam, spem bonam concipimus.] De iniuria publica loquimur: nam priuatus illatam sibi præsertim Christianus, aut philosophus debet remittere, aut iudicibus profectò vindicandam permittere.

a l. ius citi  
le. 6. de iu.  
& iure.

b l. C. vn-  
de vi.  
c l. scientia  
s. sed si de-  
fendendi.  
D. ad leg.  
Aquil.  
d l. sed &  
partus. s. r.  
D. de eo  
quod met.  
causa Ion-  
ta. l. 3. §. cū  
igitur. D.  
vnde vi. vi  
de Cuiac.  
cap. 18. lib.  
5. obfer.  
e l. 1. §. 1. si  
vt allegas  
Cod. ad le.  
Corn. de si  
ca. l. 1. §. vl.  
D. eod.  
f l. 5. sentē-  
tia. 23. ad le.  
Corn. vbi  
Cuiacius  
ex August.  
lib. 1. de li-  
bero arbi-  
trio.

Huic iuri gentium additur ista ex iure ciuili (quod vt in totum ab illo non recedit, ita non per omnia ipsi, Vlpiano teste <sup>a</sup>, seruit) exceptio: vt priuato cuique vim, aut iniuriam illatam, vi contra admota repellere, velut clauum clauo trudere, non aliter quàm cum inculpatae tutelæ moderatione liceat, vt imperatores <sup>b</sup> tradunt: id est, tuendi tantum (vt Paulus <sup>c</sup> ait) non vlciscendi causa, nisi sibi aut suis illatam; & confestim ex continenti: hoc est, intra duas horas, non ex interuallo, auctore Vlpiano <sup>d</sup>: Et hac ratione qui stuprum sibi, vel suis per vim inferentem occidit: eum dimittendum: itémque aggressorem aut latrocinatorem iure occidi rescriptum est <sup>e</sup>. Ex eo rescriptorum iure in eandem sententiam Paulus quoque respondit, eum qui latronem, eadem sibi inferentem, vel alium quemlibet stuprum inferentem occiderit, puniri non placuisse: alius enim vitam, alius pudorem publico facinore defendit: Ergo C. Marius Imperator Clusium sororis suæ filium tribuum militum à Cælio Plotio manipulario milite iure cæsum pronunciauit: quia eum de stupro compellere ausus fuerat, teste Valerio, cap. 1. lib. 6. compellare autem de stupro, hoc est (vt eandem rem enarrans Cicero in orat. pro Milone loquitur) vim afferre, pudicitiam eripere. Sanè qui vim passus, vel iniuriam factori ex interuallo refert: non propulsat aut repellit, sed vlciscitur & viadicat: quod magistratibus quidem aut principibus, sua eorūve causa quibus præ sunt, iure publico licet: priuato autem homini, vt iure gentium conceditur magistratus auxilium ad vlciscendam iniuriam implorare: vnde Ciuilis apud Tacitum, lib. 20. annal. Egregium (inquit) pretium laboris cepi, necem fratris, & vincula mea, & suauissimas huius exercitus voces: quibus ad supplicium petitus, iure gentium pœnis reposito, ita hoc ipso iure (vt arbitror) nec alienam, neque verò suam iniuriam viadicare, aut sine magistratu persequi permissum est: non magis quàm contumelia quempiam afficere atque prouocare: cum vltio (quam minuti semper & infirmi esse animi exiguisque voluptatem Iuuenalis satyra, 13. siue lib. 5. ait) ipsum erimen imitetur. huc pertinet quod Quintilianus in hæc verba scribit, in apibus pauperis decla. 13. At enim aduersus inferentem damnum, iusta vltio fuit: Dicam nunc quàm iniqua sit iniuicem iniuriæ compensatio, quàmque non solùm legi aduersa, sed etiam paci: Barbarorum nios est populorum, quos procul omnis iuris humani societate sum motos proxima belluis natura efferauit. Nos idèd magistratus legesq; à maioribus nostris accepimus, ne sui quisque doloris vindex sit: & affluæ scelerum causæ se refellant,

fellant, si vltio crimen imitabitur. Damnū accepisti: erat lex, forum, iudex: nisi si vos iure vindicari pudet. In eundem sententiam & suorum temporum mores inculans Seneca, lib. 2. de ira. ca. 32. Inhumanum (inquit) verbum est, & quidem pro iusto receptum, vltio: & à contumelia non multum differt nisi ordine: qui dolorem regerit, tantum excusatius peccat. Itaque non tantum inferre iniuriam (vt est apud Lactantium Firmianum Epitome diuin. Institut. cap. 5. & lib. 6. Institut. ca. 18.) non oportet, sed ne illatam quidem vindicare: vt sit in nobis perfecta innocentia: id quod & ante Senecam, Plato in Critone, <sup>a</sup> docuerat, his ferè verbis, ἔδαμῶς ἄρα δ' εἰ ἀδικεῖν, ἔδ' εἰ ἀδικούμενον ἄρα ἀνταδικεῖν (ὡς οἱ πολλοὶ οἴονται) ἐπειδὴ γὰρ ἔδαμῶς δ' εἰ ἀδικεῖν, ἔτε ἄρα ἀνταδικεῖν δ' εἰ, ἔτε κακῶς ποιεῖν ἔδ' ἔνα ἀνθρώπων, ἔδ' ἀνὸς τοῦ πάχῃ ὑπ' αὐτοῦ. [Nullo modo oportet iniuriam facere: neque is qui iniuriam accepit, debet vicissim iniuriam rependere: quod tamen multi faciendam esse existimant. Quandoquidem nullo inquam modo oportet iniuriam facere: neque vicissim iniuriam inferre: neque cuiquam homini malefaciendum est: quantumuis malè de nobis merito. Quamobrem meritò dubitatum fuit à nostris, cum iure ciuili qui libertum capitis accusauit, remoueatur à contra tabulis bonorum possessione: vtrum filibertus maiestatis criminis patroni filium accusauerit, & patroni filius calumniæ eum capitis puniri desiderauerit: aut si à liberto petitus, in eum crimina retorserit: edicto repelli debeat ab illa bonorum possessione: quod tamen Vlpianus noster <sup>b</sup> idèd negauit: quoniam ignoscendū esse illi putauerit, qui se vlcisci prouocatus voluit: more scilicet iudiciorum, & implo rato magistratus auxilio. Alioqui nec priuatam, sed ne publicam quidè vltionem sibi priuatus quisquam, è ciuili quidem iure, potest assumere: cum iudiciorum vigor, iurisq; publici tutela (vt Honorius & Theodosius Imperatores <sup>c</sup> tradunt) eam ob rem in medio constituta esse videatur.

a vide & Ar-  
rianum in  
Epicetoli.  
2. cap. 10. in  
fi. & Apu-  
leiu in lib.  
de Philoso-  
phia.

b l. Qui cū  
natu. 14. §.  
si libertus.  
D. de bo.  
libert.

c l. nullus.  
13. C. de Iu-  
dzis.

Nocturnos sanè populatores, itémque militiæ desertores opprimere, non modò defendendi, sed & vlciscendi causa, propter publicam vtilitatem iure ciuili per constitutiones <sup>d</sup> introducto conceditur: quod ipsum æquitate naturali munitum atque subnixum est: & à communi omnium gentium iure quodammodo proficitur: si non quàm priuatis vltio non denegatur: certè tamen quàm scelus, probrumve (quod gèntium iure turpe est) vindicatur. Nam etiam si quælibet maleficiorum pœnæ, cum non eadem semper aut vbique sint ( eas siquidem auxisse Iulium Cæsarem Suetonius in Iulio cap. 42. prodit: & Senecam cap. 6. li. 3. de benefic. homicidij, veneficij, parricidij, violatarum religionum, licet vbique aliquam, aliubi tamen atque aliubi diuersas esse scribit) iuri ciuili propriè tribuantur: attamen quemadmodum furtum & adulterium naturali lege ( vt Iurifconfulti <sup>e</sup> docent) admittere prohibemur, & vtrumque natura turpe est: natura, inquam, non rerum, non omnium animantium, sed humana, hoc est è communi gentium iure ( vt Lactantius in lib. acephalo cap. 6. loquitur) sic & rapina, & latrocinium, & expilatio, & populatio: quæ quò grauior-

d l. 1. & 2.  
& toto tit.  
C. quando  
liceat vni-  
cuique sine  
iud. vindi-  
se vel pub.  
de aor.

e l. 1. in fi.  
D. de furr.  
l. probrum  
42. D. de  
ver. sig.

a l. 2. §. ceterum & s. villius dicitur. D. vi bono. r. p. iun. d. l. si te expilasse. n. C. ex quib. caus. inf. iteg. b l. 3. in princ. & §. deserto. D. de re mili.

ra & improbiora ipso furto delicta sunt, a ed turpiora, magisque naturæ ac gentium iuri aduersa existimari debent. Militiæ autem desertores illo iure naturali, quod inter homines viget, pœnæ subiici equidem non dubito: cum ipsi quoque, velut transfugæ quidam ac proditores, militare crimen admittant, b contra ius belli, quod cum non modo propriis quorundam populorum institutis (vt apud Romanos verbi gratia vetusto indicendi per Feciales belli ritu, signo ex arce monstrato, rebus raptis per clarigationem repetitis, hastaque in fines hostium emissa, id quod post Liuium lib. 1. Annal. Gellius, libr. 16. cap. 4. & lib. 10. cap. 27. Arnobius, lib. 2. aduersus. gent. & apud Virgilium Seruius Honoratus Initio 8. li. Æneidos ad illum versum,

*Vt belli signum Laurenti Turnus ab arce Extulit & lib. 10. ad illum,*

*Tum certare odijs tum res rapuisse licebit.*

offendit) sed etiam communibus omnium gentium præceptis cõstet: à iure gentium, ex quo (vt antè diximus) bella introducta sunt, c promanare, partemque illius esse non absque ratione defendimus. Sed quod iure constituto permitti priuato cuiuslibet militiæ desertores perimere antè ostendimus, id, cum exemplo transfugarum obtinuerit, à bellici atque aded gentium iuris ratione aut æquitate remotum nõ est: cum transfugas licere quasi hostes, adeoque iure belli, hoc est, iure gentium persequi ac interficere Marcianus noster, l. 3. in fin. D. ad leg. Cornel. de sicar. & Q. Curtius lib. 8. doceant: & quidem quasi hostes: quoniam transfugæ non pro milite, sed pro hoste iam habentur d, cum à nobis defecerint: eaq; ratione mediam capitis diminutione passi, ciues eorum, à quorum imperio descuerunt, vt se in hostium numerum conferrent, esse deserint, vt Paulus e tradit: qua de re, deque variis transfugarum apud veteres Romanos suppliciiis affatim libro superiore cap. 18. diximus.

c D. lex hoc iure.

d l. proditores 5. D. de re militari. iuncta leg. 19. §. transfuga. eo. tit. e l. amissio ne §. r. D. de cap. mi. aut.

*De iure belli: eo transfugas recipi: exposita l. transfugam. D. de adq. rer. dom. Alienigena hostes apud Ciceronē: & vt à victoribus olim accepti. De captarum rerum ciuitatum hostium iure. Seruitutem è iure gentium esse, De triumpho apud Romanos: & hostium duces triumphatos in carcere necatos. De confessus honore: de captiuus sub corona venditis aut diuisis: prædæque publicæ per quæstores diuendita vel militibus diuisa: emendato ex Panegyricis loco & exposita l. pen. D. ad leg. lul. pecul. De iure postlimini & recuperatis ex præda rebus pristino statui restitutis: illustrantur adhibitis veterum testimoniis l. 21. §. quod si publice & l. 25. & 28. D. de capt. & postlim. Ex præda decimas Apollini, sed & Herculi & Priapo dicari: spolia etiam Dijs voueri, nonnunquam & comburi olim solita.*

### C A P. III.

**L**Atissimus profectò is campus est, in quem modò ingressi sumus, cum de iure belli cœpimus dicere: iuuabit (credo) vltèrius progredi: &

gredi: & singula quæque loca tanto accuratius introspicere atque considerare: quanto sunt ab iis, qui se primos, si non rerum omnium, Iuris prudentiæ quidè atque historiæ professores haberi volunt, minus agnita: vt non modò in ea loca pedes posuisse, sed nec oculos quidem tuos tantisper, vna eorum aliquis immisisse videatur: quod si complexi omnia, vel hac in parte, vel in cæteris non poterimus, at rationem tamen ostendemus plura quæsituris: & inquirendo scribendoque talia, quæ futura vsui bonæ mētis iuuenibus arbitramur, nobis certè sunt voluptatio: cum in re literaria nostrum cõsolabimur: quod pro bono maximo proprium ac perpetuum esse cupimus. Sed in re præsentem (si placet) veniamus.

Igitur cum sit aliquod fas armorum, & ius hostium (vt apud Tacitum li. 20. Annal. Vocula loquitur) idque iuris gentium partem faciat: interdum tamen occidit, vt ab hominum iure, belli ratio diuersa sit: exempli gratia, si quis fratrem, eundemque hostem interfecerit: nec honorari contra ius gentium, nec pœnæ subiici contra belli ius debet. huc spectat illud eiusdem Taciti, vbi de ciuili bello inter Flauianos & Vitellianos differit, li. 19. Celeberrimos auctores habeo tantam victoribus aduersus fas nefasque irreuerentiam fuisse: vt gregarius eques occisum à se proxima acie fratrem professus præmium à ducibus petierit. Nec illis aut honorare eam eadem ius hominum, aut vlcisci ratio belli permittebat. Plerumque autem cum iure gentium ius belli congruit: hoc ius quale sit, explicare in animum induximus. Statim itaque res raptas iure belli repetitum ibant veteres: ex quo more Gellius lib. 16. cap. 11. alicubi, Pyllos ex Herodoto decretum fecisse narrat, vti armis sumptis ad Austrum, perinde quasi ad hostem iure belli res repetitum proficiscerentur: id per clarigationem Romani veteres faciebant: tum deinde non restitutis rebus, bellum iubeant, atque (vt in extremo sermone proximo admonui) per fœciales indicebant: tum verò delectum habebant militum: qui iureiurando & sacramento militari per tribunum adacti, denique in hostem ducebantur. De instruendis aciebus, totaque belli administratione, tam varia fuere instituta, pro varietate populorum ac differentia: vt (cum ad ius gentium referri non possint) & immensi & à proposito alieni sit laboris, in hunc locum ipsa congerere. Planè administrato, gesto, & patrato bello, deuisti hostes, & in potestatem nostram redacti, iure belli, victoriæ, ac gentium, vltima quæque pro nostro arbitrio experiuntur: vt ereptis bonis ipsi vel cædi: vel seruituti subiiciantur. Quemadmodum olim Chalcidenses ab Atheniensibus: ab iisdè & à Lacedæmoniis Messenij à Philippo Thebani, reliquique Græci, qui ad littus incolebant: id quod Ælianus tradit. lib. 6. Var. histor. cap. 1. Ergo Marcellus apud Liuium. lib. 26. vbi de secundo bello Punico, Sed non quid ego fecerim (ait) in disquisitionem venit: quem quidquid in hostibus feci, ius belli defendit. Et paulò post, Quæ autem singulis victor aut ademi, aut dedi: cum belli iure, tum ex cuiusque merito, satis scio me fecisse: apud eundem auctore lib. 21. Alcon. ad obsessos ab Hannibale Saguntinos, Sed hæc patienda

(inquit) cenſeo potiùs, quàm trucidari corpora veſtra, rapi trahique ante ora veſtra coniuges ac liberos belli iure finatis. Ariouſtus etiam apud Cæſarem, lib. 1. Commentar. de bello Gall. ius eſſe belli reſpondit, vt qui viciffent, iſ, quos viciffent, quemadmodum vellent, imperarent: item populum Rom. victis non ad alterius præſcriptum, ſed ad ſeū arbitrium imperare conſueſſe: Cæſar item ad ciuitatem Hæduorum nuncios miſit, qui ſuo beneficio conſeruatos docerent, quos iure belli interficere potuiſſet: idque ipſe in ſuos Commentarios li. 7. retulit. Cui congruit quod Cicero de Deiotaro Rege ad Cæſarem, Tibi porrò (inquit) inimicus cur eſſet, à quo cum vel interfici belli lege potuiſſet: Regem & ſe & filium ſuum conſtitutos eſſe meminiffet. quod idē auctor in orat. pro M. Marcello. ad eundem, Nam cum ipſius victoriæ conditione iure omnes victi occidiſſemus, clementiæ tuæ iudicio conſeruati ſumus. Quod apud Hirtium de bello Africano ille ad Scipionē centurio legionis xlv. Tibi gratias ago, quod mihi vitam incolumitatemque belli iure capto polliceris. Itemque quod Liuius, lib. 28. vbi de Aſtapienſibus à Scipione obſeſſis, Dein vetus miles (inquit) &c. in orbem pugnantem ad vnum omnes occidit: atque hæc tamen hoſtium iuratorum ac tum maxime dimicantium iure belli in armatos repugnantēſque edebantur. Quod Iosephus Iudæorum dux apud Flauium Iosephum ca. 25. li. 3. de bello Iudæico eum lege belli tradit, qui à victoribus trucidetur, καλὸν ἐν πολέμῳ θνήσκειν, ἀλλὰ πολέμου νόμῳ, ὅτι ἔστιν ὑπὸ τοῦ κρατοῦτος. [Præclarum in bello trucidari, ſed belli legibus, nempe à victore.] & Cornelius denique Tacitus, lib. 12. Annal. vbi de Viſpenſium excidio, Poſtremò (ait) miſere legatos veniam liberis corporibus orantes, ſeruitij decem millia offerebant: quod aſpernati ſunt victores: quia trucidare deditos ſæuum, tantam multitudinem cuſtodia cingere arduum: vt belli potiùs iure caderēt. Claudius Imp. deuictis Palmyrenis, qui ſe in Hæminontem contulerant, cum deinde in ipſa victoria propè duo millia militum à paucis barbaris, & his qui fugerant, interempti eſſent: vbi hoc comperit, omnes qui rebelles animos extulerant conducto exercitu rapit (vt eſt apud Polliōnem) atque in vincula Romam etiam mittit, ludo publico deputandos: ita id quod vel fortuna, vel miles egerat, virtute boni principis æquatū eſt. Nec ſola de hoſte victoria, ſed etiam vindicta præſumpta eſt. Probus etiam Imp. cum de Germanis & Blemyſi triumphaffet, edidit gladiatorum paria trecenta Blemyſi plerisque pugnantibus, qui per triumphum erant ducti: plerisque Germanis & Sarmatis, nonnullis etiam latronibus Iſauris, idque Flauius Vopifcuſ in Probo ſcribit. Ergo iure belli ſuperati hoſtes, pro victoris libidine, tanquam noxij ſupplicio dedebantur: vt Maximianus etiam Herculius, qui à Conſtantino apud Maſſiliam obſeſſus, deinde captus, pœnas mortis genere poſtremo, fractis laqueo ceruicibus, luit, quemadmodum in Epitome Victoris, in Galerio Maximiano adnotatum legimus: quamquam hoc factum illo Romanorum more quis excuſare poſſit, quo duces hoſtium triumphatos in carcere necabant: qua de re paulò poſt viderimus. At contra

ius

ius ſcilicet omne Sicyonij Pellena capta vxores filiasque Pellenenſium in lupanari proſtituerunt: quod exemplum ne barbari quidem & effreni vlli homines, aut antea dederant, aut poſtea ſequuti ſunt. Σικωνίη καὶ Πελλήνη ἐλόντες (inquit Aelianus lib. 6. de varia hiſtor. cap. 1.) τὰς τε γυναῖκας καὶ τὰς πελληνέων καὶ τὰς θυγατέρας ἐπὶ οἰκημάτων ἐπὶ ἑσθῆναι. [Sicyonij quum Pellenam cepiſſent vxores & filias Pellenenſium in lupanari proſtituerunt.] deinde ſic exclamat, ἀρχαῖα τὰ τὰ τὰ, ὦ θεοὶ ἐλλώσοι, ἔδ' ἐν βαρβάροις καλὰ, κατὰ γὰρ πλὴν ἡμεῶν μνηστῆρας. [Cruelia hæc facinora, ὦ Græciæ dij, neque apud ipſos barbaros ſurpata quantum memoria repetere poſſum, ſed ab ipſis indigna iudicantur. hæc de ſuperatis hoſtibus.]

Antequam autem opprimantur, ſi ex iis quipiam ad nos defece- rint, iure belli (quod ipſum commune eſt omnium gentium) à nobis recipiuntur transfugæ: vt Celfus docet<sup>a</sup>: cuius ſententiam (quemadmodum etiam noſter Cuiacius vidit) nihil neceſſe eſt ad ius poſtliminij coarctare: quo iure ſeruos transfugas domini recuperant<sup>b</sup>: cum hoſtes, qui ad nos deficiunt, non improprie hoſpicio tanquam aduenæ recipi dicantur<sup>c</sup>. Etenim Tullius, Orat. 2. in Catilinam, Hoſtes (inquit) alienigenæ aut oppreſſi ſeruiunt, aut recepti beneficio ſe obligatos putant. Item in orat. pro Cornel. Balbo: Et qui hoſtes ad noſtros Imperatores perfugiſſent, & magno vti reip. noſtræ fuiſſent, ſciamus ciuitate eſſe donatos. Porrò notandum apud Ciceronem eſt verbum, Alienigenæ: quod idcirco appoſitum videtur, vt domeſtici hoſtes (ita enim ipſe in Catilinam nominat) id eſt ciues hoſtili animo in Remp. aut aduerſus principem animati, perduelliones atque proditores, qui denique iniuſtum bellum geſſerint, excipiantur: quibus parci non ſolet ex iure gentium: ſed capitale, aut aliud, e iure cuiusque ciuitatis ac populi, ſupplicium, vt facinoroſis aliis hominibus, irrogari. Quamobrem ſenatus Romanus, qui Rhegium iniuſto bello occupauerant, mortuòque duce Bubellio M. Cæſium ſcribam eius ſua ſponte imperatorem delegerant, carcere incluſit: ac M. Furio tribuno plebis denuntiante, ne in ciues Romanos aduerſus morem maiorum animaduertent: nihilominus propoſitum exequutus eſt: & quinquagenos per ſingulos dies, virgis caſos percuti iuſſit, eorumque corpora ſepulturæ mandari, mortemque lugeri vetuit, vt Valerius ca. 2. lib. 2. refert. Idem auctor eſt, cap. 8. lib. 3. vbi de Fulvio, Capuam fallacibus Hannibalis promiſſis Italiæ regnum nefaria defeſione pacifici perſuaſam, armis à Fulvio fuiſſe occupatam: deinde verò Capuanum ſenatum impij decreti auctorem, catenis onuſtum in duas cuſtodias Theanam Calenamque ab ipſo diuiſum: interfectique qui Theanæ aſſeruabantur, e veſtigio Calenam tranſgreſſum, perſeuerantiæ ſuæ opus exſequutum eſſe. Sed in ciuitates ipſas ac prouincias, quæ rebelles animos in populum aut principem Romanum geſſiſſent: quo pœnæ genere antiquitus vindicatum fuerit: ſat multis verbis in libro ſuperiore cap. 8. diximus: itaque hoc tantum addam, quod Suetonius de Nerone narrat, cap. 10. in Nerone, eum Neapoli cognouiſſe de

a l. Transfu-  
gam ſi. D.  
de acqu.  
rer. domi-  
nio.  
b l. poſtli-  
m. 5. transfu-  
ga. D. de ca-  
pti. l. ab ho-  
ſtibus. 2.  
C. eod. tit.  
c ſic Iuſti-  
nus loqui-  
tur lib. 2. 12  
& 22. &  
Quinti. De  
ciuit. 25.  
transfuge  
excluden-  
di.

C



motu Galliarum, & gaudentis suspicionem præbuisse: tanquam occasione nata spoliandarum iure belli opulentissimarum prouinciarum.

At in alienigenas hostes quamquam iure quidem belli nihil non licebat (vt antè ostendimus) plerumque tamen humanius cum illis & mitius, vt hodie, sic olim agebatur: pro eorum arbitrio, qui superiores extiterant: vt cædi & stragi erepti, vitam quidem certè, sed interdum & libertatem atque comitatum, id est abeundi ad sua licentiam: vt (auctore Plutarcho in vita Scipionis) Hispani, & Massinise nepos à Cornelio Scipione ad Carthaginem, vt Celtæ Romanorum socij ab Hannibale (quemadmodum Polybius lib. 3. tradit) integrumque statum & facultates impetrarent: vel singuli, vel etiam vniuersi: vt Tusculani, Æqui, Volsci, Sabini, Hernici, quos in ciuitatem etiam Romani acceperunt: & aut nudi, hoc est, diuincti, ereptis armis telisque cum aliqua ignominia sub iugum missi: vt Æqui à dictatore L. Quintio Cincinnato<sup>a</sup>, Sannites à M. Atilio consule<sup>b</sup>; legiones Romanæ à Sannitibus, cum apud Caudium malè pugnatum esset<sup>c</sup>: postea verò etiam ab Helueriis, occiso L. Cassio consule<sup>d</sup>, deinde sub Nerone ad orientem in Armenia<sup>e</sup>: & sæpe aliàs ( νόμιμον γὰρ τὸ καὶ διελευθέραις δόπο- λύνειν ἐλευθέρους ὄντι τὰ σφέτερα, [ Romanorum hoc erat institutum: captiuos sub ligneum erectum missos, domum liberos dimittebant. ] id quod Dionysius Halicarnassensis disertè scribit lib. 3. Antiquit.) aut sine vlla sub iugum missione: certis legibus atque conditionibus fœdere inter belli duces iæto, quod ex iure gentium valeret, comprehensis: qua de re copiosè disseruimus lib. 1. cap. 7. Ij quibus vitam solius facultas concessa erat, libertatis honorumque omnium damnum multabantur: & in seruitutem deducti priorem conditionem statumque permūtabant: quod alieno dominio contra naturam ex iure gentium subicerentur, vt in Seruitutis definitione Florentinus<sup>f</sup> tradit. Et ex iure gentium quidem: ex quo & dominia fuisse introducta Hermogenianus auctor est<sup>g</sup>: & quæcunque bello capiuntur, perpetuo tacitòque gentium omnium consensu, capientium fieri Aristoteles & Xenophon scribunt. ὁ γὰρ νόμος ( ait ille lib. 1. Politic. ) ὁμολογία τις ἔστιν, ἐν ᾗ τὰ κατὰ πό- λειμον κρατῦντα ἢ κρατῦτων εἶναι φασί. ( Lex autem est quidam consensus, quo bona eorum qui bello victi fuerunt, pertinent ad victores, & ipsi propria fiunt. Sic Xenophon libro 7. de institutione Cyri, sub finem, quoque Cyrum ita loquentem inducit, νόμος γὰρ ἐν πάσιν ἀν- θρώποις αἰδιός ἐστιν, ὅταν πολεμουμένων πόλεις αἰλώ, ἢ ἐλευθέρων ἢ καὶ τὰ σώματα ἢ ἐν τῇ πόλει, καὶ τὰ χεῖματα. ( Lex enim inter omnes ho- mines perpetua est, quando belligerantium vrbs capta fuerit, cuncta eorum esse qui eam caperint & corpora eorum qui in vrbe sunt & bona. Atque hoc quidem ius gentium; ab Æschine in oratione περὶ πρεσβείας, [ de falsa legatione obita, ] ius belli nominatur: secundum quod bello captam ac deuictam ciuitatem victoris propriam fieri significat in hæc ferè verba, εἰ μὴ πρὸς ἡμᾶς πολεμήσας δορυ- λωθῶν τὴν πόλιν εἴλας, κυρίως ἔχεις τὰς τοῦ πολέμου νόμους κτησάμενος. Si enim

a vide Li- nium lib. 3. Zonara 10- mo 2. An- nal. b vide Li- nium lib. 10. c vide Cice- ronem lib. 2. de offic. Eiuſd' ini- rio li. 9. d vide Cæ- sare m. li. 1. Cōmen. de bello Gall. e vide Sac- tonium in Nerone cap. 39. f l. 4. D. de statu hom. g l. ex hoc iure. D. de iust. & iure

[ Si enim aduersus nos bellum gessisses, urbemque armis expugnauis- ses, eum iure belli propria tibi acquisiuisisses. ] Contra naturam verò, quia, quod ad ius naturale attinet ( Vlpiano teste<sup>a</sup> ) omnes æqua- les sumus: omnes vno naturali nomine homines appellamur: & initio liberi omnes & ingenui nascebantur ( vt idem Vlpianus dicta l. 4. & Marcianus, l. 2. D. de natal. restitut. significant ) id est æ- què liberi, æquè ingenui, æquales denique: Nam etsi libertas na- turalis esse facultas à Iurifconsulto dicitur, & libertatem Ciuilib quidam apud Tacitum libro 20. Anaal. in oratione ad milites, na- tura etiam mutis animalibus datam, virtutem proprium hominis bonum esse pronunciat: & Triphoninus<sup>b</sup> denique noster libertatem naturali iure contineri, dominationem ex gentium iure introdu- ctam asserit: ipsum tamen, vt seruitutis, ita libertatis nomen, & ingenuitatis quoque ac libertinitatis iuri gentium ( quo iure tria ho- minum genera esse cœperunt ) acceptum ferre debemus: restitueque Al- butius & Phaneus apud Senecam 22. Controuers. lib. 4. dixere, nemi- nem nitum liberum esse neminem seruum, hæc postea nomina singu- lis impotuisse fortunam: ad illud Anaxandridæ veteris poetæ verbum ( vt puco ) respicientes,

Οὐκ ἔστι δούλων αἰ γὰρ τις εἰδαμοῦ πόλις, Τύχη ἢ πάντ᾽ ἀμετὰ φέρει τὰ σώματα

[ Nulla squam est ò bone vir, seruatorum ciuitas Transfert enim fortuna omnium corpora. ]

quod ab Athenæo lib. 6. Dipnosoph refertur: idem Seneca, cap. 28. libr. 3. de benefic. Eadem omnibus principia, eandemque origi- nem esse, neminem altero nobiliorem: & alio in loco, Epist. 31. ad finem. Quid est eques Romanus aut libertinus aut seruus? Nomina ex ambitione aut ex iniuria nata. Aristoteles etiam lib. 1. Po- liticōn. dominari ait esse contra naturam: qua nihil seruus à domi- no differat, sed tantum iure gentium, ὅτις ἢ δοκέει ἀπὸ φύσιν τὸ διασφίξην, νόμος γὰρ τὸν μὲν δούλον εἶναι, τὸν δὲ ἐλεύθερον. φύσις δὲ εἶδεν ἀσφίξην. [ Alijs verò videtur præter naturam esse, quod quidam sint do- mini. Dicunt enim legibus tantum alium quidem esse seruum, alium verò liberum. Naturâ verò nullum esse inter illos discrimen. ] Beatus denique Augustinus lib. 19. de Ciuit. Dei cap. 15. de seruitute agens, no- men istud culpam meruisse non naturam: & conditionem seruitutis, iure intelligi impositam peccatori, primamque seruitutis causam pec- catum esse: vt homo homini conditionis vinculo subderetur: nullum autem natura, in qua prius Deus hominem condidit, seruum esse ho- minis aut peccati tradit.

Captiuos iure gentium alienæ potestatis fieri diximus, ita vt eum belli iure ( vt de Cornelio Scipione Nasica Valerius cap. 11. lib. 6. loquitur ) omnia perdidit, ipsi victoribus hostibus seruiant: hoc, vt apud Romanos olim obtineret, operæ pretiū est cognoscere: si fortè hac via & ratione possimus eò progredi, vt ( quod vix quisque alius ante nos fe-

a l. 4. D. de iust. & iure iuncta l. quod atti- net. D. de regul. iur. vbi scilicet pñ. b l. 5. id quod 64. D. de condic. in- deb.

cit) ipsi iuri seconsultorum nostrorum ea de re sententiã assequamur. Ac primum id veteris memorię libri nos docent, post partam à populo aut principe Romano victoriam, quo die quis triumphum acturus esset, & captiuorum greges, & prædam, & spolia solitum ad eum diem sepone re, ac referuare: vt maiore ipse pompa & celebritate tráueheretur: Suetonius in Caligula cap. 47. præsertim verò reges atque hostium duces, quos ante currum actos, vbi ad Capitolium peruentum esset, in carcere detrudere, ibiq; occidere mos erat. Sic è Pauli Æmilij triumpho rex Perseus, è C. Marij triumpho Iugurtha rex in carcerem ad supplicium (Plutarcho in vita Pauli Æmilij, C. Marij, & Syllæ teste) deducti sunt: & è triũpho Cæsaris dictatoris Versingetorix Gallorũ regulus cũ Iubi & Pharnace, quorum Dio. lib. 40. & 43. cõmeminit: quanquã Perseum Pauli precibus donatum, Albam ex senatus decreto deductum: & cũ liberis comitibusq; postea translatum custodię causa: vt è L. Anicij triũpho gentiũ Illyriorum regẽ cum liberis, cõiuge, ac fratre Spoletium & inde Igiturnũ in custodiam ex senatusconsulto ductum: ceteros captiuos Romæ in carcerem coniectos Valerius, lib. 5. cap. 1. vbi de Perse. Liuius, lib. 5. decad. 5. & Zonaras Tomo. 2. Annal. trad. ant. & coniectos quidem, ad pœnam capitalem (vt arbitror) ex illo veteri more, de quo in triumphĩ descriptione Zonaras idem (vbi de Camillo) in hæc verba loquitur, *ποροειλθόντων δ' ἐπειθ' ἔπειθ' εἰς τὴν ἀγορὰν, καὶ τῶν ἀχμαλώτων τινὰς εἰς τὸ δεσμωτήριον ἀπαχθῆναι καὶ θανάτου δόξαν κελευθῆναι, ἀνήλθοντες εἰς τὸ Καπιτώλιον, καὶ τινὰς ἐκεῖ τελετὰς παρρωσίας, [illis præmissis, triumphator in forum Romanum delatus, aliquoi captiuus in carcerem ducti, occidique iussis, in Capitolium inuehebatur: ibique ceremoniis quibusdam peractis, &c.]* hunc morem scriptores quidem ex veteribus non pauci attigere: in his præcipuè Cicero, lib. 5. in Verrem. At etiam (inquit) qui triumphant, eoque diutiũs viuos hostium duces referuare: vt his per triumphum ductis pulcherrimum spectaculum, fructumque victorię pop. Rom. percipere possit: tamen cùm de foro in Capitolium currum flectere incipiunt, illos duci in carcerem iubent, idẽmque dies & victoribus imperij, & victis vitæ finem facit. Apud Liuium lib. 28. Virius Capuanus cùm Romanis Capuam deditum iri existimaret: inter cætera loquutus hæc quoq; ad suos fertur. Itaque, quando aliter diis immortalibus visum est, cùm mortem ne reculare quidem debeam: cruciatus contumeliãque quas sperat hostis, dum liber mei potens sum, effugere mortem præterquam honesta, etiam leui possum: non videbo App. Claudium & Q. Fuluium victoria insolenti subnixos, neque viacijs per urbem Romam triumphĩ spectaculum trahar. vt deinde in carcere aut ad polum deligatus, lacerato virgistergo ceruicem securi Romanæ subiiciam. Tacitus quoque, lib. 12. Annal. Non potentiam, neque regnum precari: sed ne triumpharetur, neque pœnas capite expenderet: itẽmque Valerius Maximus, lib. 4. cap. 1. vbi, Cùm (inquit) L. Cornelius Scipio die triumphĩ sui ante currum actos hostium duces

duces in carcerem coniecerit &c. Trebellius denique Pollio, quo loco de tyranno Æmiliano in hæc verba scribit, in Trigiata tyrannis, & cùm contra Indos pararet expeditionem, misso Theodoto duce, Gallieno iubente dedit pœnas: siquidem strangulatus in carcere, captiuorũ veterum more perhibetur. Veruntamen vnus omnium (ex Latinis quidem quod sciam) optimè descripsit celebravitque hunc morem auctor Panegyrici Constantino Constantij filio dicti: sic ferè, Cautior licet sit, qui deuinctos habet per veniam perduelles: fortior tamen est, qui calcat iratos: renouasti Imp. veterem illam Romani imperij fiduciam, quæ de captis hostium ducibus vindictam morte sumebat. Tunc enim captiuos reges cùm à portis vsque ad forum triumphantium currus honestassent: simulatque in Capitolium currum flectere cœperat Imperator, abrepti in carcerem necabantur: vnus pro se ipso Paulo qui sedentem se acceperat, deprecante, legem illius seueritatis euasit: ceteri in vinculi luce priuati aliis regibus dedere documentum, vt mallent amicitiam colere Romanorum, quam exasperare iustitiam. Quibus in verbis (vt obiter moneam) esse mendum arbitror, ita restituendum ex veteri historia, quàm antè retuli: Vnus Perseus, ipso Paulo, qui sede aduentem se acceperat, deprecante: Nam summittentem se ad pedes Perseæ Paulus (Liuii teste) in consilium considere iussit: & (vt à Valerio cap. 1. lib. 5. etiam Plinio in lib. de viris illustribus traditur) conatum ad genua procumbere dextra manu alleuauit: sermo neque grato ad spem exhortatus est: introductum etiam in tabernaculum, lateri suo proximum in consilio sedere fecit: nec honore mentis indignum iudicauit. Quem confessus honorem Tigrani dedit: se Pompeius (vt est apud Dionem lib. 36) obtulit: petenti Gaudæ Numidæ, regum more, vt sellam iuxta poneret, Metellus consul denegauit: quod eorum modo foret, quos pop. Romanus reges appellauisset: vt Sallustius in Bello Iugurthino memorat: & Paulũ pro Perseo deprecatũ ei liberiorẽ custodię locũ impetrasse Plutarchus in Paulo Æmilio. auctor est. Illum quoque veterem captiuorum in carcere necandorum morem Iosephus Flauius lib. 7. de bello Iudaico cap. 18. Græcis verbis expressit: hoc superioribus adiciens, Imperatorẽ qui triumpharet expectare in Capitolio solitum: donec ei supplicium de captiuis ac triumphatis hostium ducibus exactum esse nunciaretur: ideoque Simonem Gioræ filium triumpho Vespasiani cum captiuis transfuatum ad Capitolium vsque, inde postea ceruicibus ipsius indito laqueo, verberibus cæsum, & in forum (vbi de fontibus sumi pœnæ solent) abreptum & interemptum esse, *ὡς ἡ δὲ πομπὴς τὸ τέλος (inquit) ὅτι τὸν καπιτωλίου Διός, ἐφ' ὃν ἐλθόντες ἔστησαν. ὡς ἡ δὲ καπιτωλίου δεσμωτήριον, μέχρις ἂν τὸν ἑσπέρην οὐ τῆς πολέμιων θάνατον ἀπαχθῆναι τις Σίμων ἔτος ὡς ὁ Γάβρα τότε πεπαρωσμένως ἐν τῶν ἀχμαλώτων. βρέχον ἡ ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς εἰς τὸν τόπον, ἀμειζομένων αὐτὸν ἀματῶν ἀγόντων. νόμος δὲ ὅτι Ῥωμαῖοις ἐκεῖ κτείνεν τὸς ὅτι κακουργία θάνατον κατεγνωσμένους. ἐπει δὲ ἀπηγγέλθη τέλος ἔχων, καὶ πάντες εὐφρομένην, ἤρχοντο τῆς θυσίας, &c. [Triumphĩ finis fuit ad templum Ca-*

pitolini Iouis : quò postquam ventum est , confiterunt. Erat autem vetus mos patris , et expectarent donec Ducis hostium mortem quispiam nuntiaret. Is Dux erat Simon Gioræ filius , qui tunc inter captivos in triumpho abductus fuerat. Laqueo autem circumdatus , traheretur per forum , quem etiam cadebant ij qui eum ducebant. Lex verò est apud Romanos , ibi necare crimine reos damnatos. Postquam autem nuntiatum est eum finem vitæ habere , omniumque favor secutus est , tunc hostius inchoaverunt.

Peracto triumpho Romæ vel in ipsis etiam castris parta victoria , & subactis hostibus , illico cum cætera præda , captivos subici hæstæ publicæ , atque sub corona vendi ab imperatoribus ( hoc est à belli ducibus , penes quos rei militaris summa confisteret ) ac per hoc servari nec occidi solitos. vt Florentinus d.l. 4. de statu hom. D. scribit : sic apud Gellium cap. 4. lib. 7. Cælius Iabines his ferè verbis. Antiquitus ( inquit ) mancipii iure belli capta coronis induta vænibant , & idcirco dicebantur sub coronis vænire : item his , Vt populus sua opera potius ob rem bene gestam coronatus supplicatum eat , quàm re malè gesta coronatus væneat. Sic Veiorum vrbe capta direptaque à Romanis , Camillus eorum dux atque dictator postero die libera corpora sub corona vendidit : ea sola pecunia in publicum redacta fuit , vt Liuius lib 5. auctor est : idem scribit lib. 9. de Samnitibus à Fabio fusis ad Alifas , in hæc verba , Deditio fieri cœpta , & pacti qui Samnitium forent , vt cum singulis vestimentis emitterentur : hi omnes sub iugum missi , locis Samnitium nihil cautum : ad septem millia sub corona vænirè : qui se ciuem Henricum dixerat , seorsum in custodia habitus : eos omnes Fabius Romam ad senatum misit. Tacitus quoque bli. 13. vbi de Volando quodam castello à Corbulone in Armenia temporibus Neronis expugnato loquitur : Nudati (ait) propugnatoribus muri obices portarum subuerfi , capta ascensu munimenta omnèsq; puberes trucidati sunt : nullo milite amisso , paucis admodum vulneratis : & imbelle vulgus sub corona vænundatum , reliqua præda victoribus cessit. Igitur quos bellorum iniquitas in prædam victoribus dederat , iisdem legibus , eadem fortuna , eadem conditione natos ( sic enim potius quàm datos apud Quintilianum in Apibus pauperis declam. 13. legerim : vt moriendi , sub qua nascimur , necessitas designetur ) iij fiebant quidem occupantium : non tamen quasi militum & singulorum proprij , sed eorum potius , quorum iussu , nomine , atque auspiciis bellum administratum esset : præsertim ex iure pop. Rom. ex quo adigebantur huiusmodi iureiurando milites ( vt apud Gellium lib. 16. cap. 4. Cincius memorat ) Extra hastam , hastile , ligna , pabulum , vtrem , follem , faculam : si quid ibi ( in exercitu scilicet , decemque millia passuum propè , id quod præcedentia demòstrant ) inueneris , sustuleris : vt quod tuum non erit , quod pluris nummi argentei erit : vt tu ad C. Lælium. C. filium Cos. Luciumve Cornelium P. filium Cos. siue ad quem eorum ius erit , proferas : aut profitebere in triduo proximo , quicquid inueneris sustuleris : vt dolo malo : aut domino suo cuium id censuris esse ,

a Bene hoc est. De hoc si quidè no mine vide Dionem li. 52. Xiphilinum in Augusti monarchia. Synefium et Cæsar. Istorum cap. 2. lib. 9. Eymolog.

b vide bli. 17. vbi de Heluetiis à Cæciliis superatis.

esse , reddes : vt quod rectè factum esse voles. Sanè capti ( nisi fallor ) à cæteris hostilibus rebus non differunt : quam obrem & illi , & item hæ iuregentium statim capientium fiebant : & illi quidem aded vt , & si liberi homines fuissent , in seruitutem deducerentur , vt Caius addo- cer : seruitutem verò priuatam quidem , ex iure belli ac gentium : de quo ex Æschine , Aristotele , Xenophonte superius dictum est : publicam tamen ex iure ciuili po. Romani : cum prædæ loco ( quæ publica fuit ) captiui quoque cederent : qui nihilominus , vbi erat in castra reditum , ple- rumque vel ab imperatoribus Romanis cum cætera præda , quæ virtute militum capta fuerat , ipsis militibus diuidebantur ( Nam vt est apud Zonaram Tom. 2. Annal. vbi triumpho solemniter describit , τὸ λαφύρων πολλὰ μέρη τῶν στρατευομένων ἀνεμένειτο. [ spoliorum magna pars inter milites distribuatur. ] atque ita victo Perseo Paulum consulem spolia iacentis hostium exercitus pedibus , equitibus prædam circumiecti agri concessisse apud Liuium lib. 44. legimus ) vel vt ex illorum capite pecunia in publicum cogeretur , à quæstore siue præfecto ærarij , cum vxoribus ac liberis in seruitutem priuati cuiuspiam , qui pluris eos licitatus esset , more solito sub hasta distrahebantur : & quidem iure belli , vt Polybius li. 2. histor. tradit in illo loco , τί δ' ἂν παθόντες εἴτε δίκην δόξαν ἀρμώζουσαν δεδωμένοι , τυχόν ἴσως εἴποι τις ἂν , παρ- θέντες μὲν τέκνων καὶ γυναικῶν ἐπεικατεπολεμήθησαν. ἀλλὰ τοῦτο γε καὶ τοῖς μηδ' ἂν ἀσέβεις ἔπειτα μέρησιν καὶ τοῖς τοῦ πολέμου νόμους ὑπόκειται παθεῖν. [ Dixerit fortassis aliquis , qua fuerint illi pœna digni , quod debellati vnà cum liberis & vxoribus venundati fuerint. At non decebat , iure belli , illos ea pati , qui nihil impium commiserant. ]

Ac de venditis quidem captiuis ita , vt exscripsi , Polybius : cui conuenienter Liuius libr. 38. Samos postquam captam vrbe partem ab hostibus , id est à M. Fuluij consulis exercitu , senserunt : cum coniugibus & liberis in maiorem refugisse arcem , inde postero die deditos direpta vrbe sub corona omnes vænisse tradit : de diuisis etiam , itémque de venditis captiuis Dionysius Halicarnassens , vbi hos quærendo rum seruatorum modos & fuisse iustissimos , hoc est è iure ( vt credo ) belli ac gentium : & apud Romanos obtinuisse : tum verò prædam apud ipsos non singulorum , non ducum , non occupantium fuisse : sed pecuniam ex ea vendita contractam , id est , ( vt cum Gellio cap. 23. lib. 13. interpretemur ) manubias populo Romano cessisse Dionysius idem lib. 4. ἀρχαιολογ. [ Antiquitatum. ] auctor est : cuius verba non tam ex more meo , quàm ex vi studioforum iuris & antiquitatis Romanæ proferam : Ea sic habent , ἐτύχων ὃ τοῖς ῥωμαίοις αἱ τῶν στρατιῶν κτήσεις καὶ τὰς δικαιώματα γινόμενα πρὸς τὰς ἡδ' ὀνησάμενοι πρὸς τὰ δημοσίου τοῦ ἐκ δόρυ πωληθέντες ἐκ τῶν λαφύρων ἢ τὰ στρατηγῶν συγχωρηθέντες ἀμα τὰς ἀλλοτρίων ὠφελείας καὶ δορυαλώτας τοῖς λαβοῦσιν ἔχον ἢ ἀρμαίμοι παρ' ἑτέρων καὶ τὰς αὐτοῦς πρὸς τὰς κυρίων δημοσίων ἐπέπλετο τοῦ δέουτος. [ Romani , æquissimo iure obtinebant omnes seruatorum suorum facultates. Nam , vel eos emerant , quum ex spoliis publicè sub hasta venderentur : aut ab Impera-

a. naturali ter s. s. vlt. & l. adeo quidem in prin. D. de adqui. rer. dom.

more captivi una cum reliqua praeda tribuebantur: aut eosdem captivos ab alijs emerant. Illis omnibus modis, domini facti, possidebant quicquid serui habuissent. & alibi libr. 7. τα ἐκ τῶν πολεμίων λάφυρα ἔσθ' ἂν ἡμῶν ὑπέρχη τυχεῖν δ' ἀρετῶν, δημόσια ἔσθ' κελύει ὁ νόμος, καὶ τούτων οὐχ ὅπως τις ἰδιώτης ἔσθ' κύριος, ἀλλ' οὐδὲ αὐτός ὁ δ' δωάμεως ἡγεμών. ὁ δ' ἑμίτας αὐτὰ πῶς λαβῶν ἀπεμπολεῖ, καὶ εἰς τὸ δημόσιον ἀναφέρει τὰ χεῖματα. [Spolia verò hostium virtute nostra parata, lex iubet ut sint Reipublica: neque illa sibi vendicare potest ipse Imperator, ne dum ut priuatus aliquis ea sibi arroget. Sed quaestor ea vendit, & in ararium publicum pecuniam inde constatam refert.] Igitur & captiuorum turba, & omnis praeda aut militi diuidebatur, aut ad quaestorem redacta venibat: sed ita, vt contracta ex venditione pecunia penes quaestorem esset: & in ararium publicum Romam deferretur: nonnunquam etiam victoria parata, militibus nummi praeda nomine diuidentur. Hoc quidem à Iulio Cæsare factum ita Suetonius in Iulio cap. 38. retulit, Veteranis legionibus praeda nomine in pedites singulos super bina quæ initio ciuilibus numerauerat: in equites vicena quaterna millium nummum dedit. Quod de praeda ipsa militi diuisa, aut diuendita, & ad quaestorem redacta, diximus: id ex aliquot Liuianæ historiæ locis colligimus: Namque fufis prælio Faliscis & Capenatibus ingenti præda Camillus est potitus: cuius pars maxima ad quaestorem redacta est, haud ita multum militi diuisum, teste Liuiolib. 5. idem scribit lib. 25. cum deiectis Hannonis & Carthaginensium castris, Beneuentum redditum esset, prædam ibi ambos consules vendidisse, ac diuisisse: donatosque quorum opera castra hostium capta erant. Sic Acilius Cos. cum Lamiam expugnasset, ibi partim diuendita, partim diuisa præda: consilium habitum, qui deinde faceret, vt idem auctor lib. 37. memorat. Sic etiam Cn. Manlius Cos. cum Gallogræcos superasset, armis hostium in vno congregatis cumulo, cæteram prædam conferre omnes iussit: & aut vendidit quod eius in publicum redigendum erat, aut cum cura vt quàm æquissima esset per milites (eodem Liuiolib. 38. teste) diuisit. Ex quo intelligimus cur apud Plautum Ægio Captiuus actus. 1. sce. 1. dixerit,

*Aduerte animum: scis tu istos captiuos duos,*

*Heri quos emi de præda, de quaestoribus*

*Eis indito catenas singularias.*

& alibract. 2. sce. 3.

*-Aedepolrem meam*

*Constabiliui, quem illos emi de præda à quaestoribus.*

Nondum autem donata neque distraeta præda, statim vt erat in Romanorum potestate, iure belli hostium esse desinebat: populi verò aut principis fiebat, cuius imperio, expensis, ac viribus bellum gereretur. Itaque cum lege Iulia peculatus caueretur, ne quis ex pecunia sacra, religiosa, publicave auferret, neve interciperet, neve in rem suam verteret: is quoque, qui prædam ab hostibus captam surripuisset, lege peculatus tenebatur: & in quadruplum damnabatur, auctore Modestino nostro: lib. penulti.

a l. 1. D. ad  
le. Jul. pecu  
lat.

penult. eod. tit. & Cicerone. Orat. 6. in Verrem. vbi, Est peculatus (ait) quod publicè populi Rom. signum de præda hostium captum, positum Imperatoris nostri nomine, non dubitauit auferre. Camillus quidem à L. Apuleio trib. pleb. tanquam peculator Veientanæ prædæ reus factus, duris (inquit Valerius ca. 3. li. 5.) atque, vt ita dicam, ferreis sententijs in exilium missus est: deinde hac ipsa peculatus lege damnatum fuisse L. Scipionem, qui superato Antiocho, & Asia imperio po. Rom. adiecta, nomen Asiatici meruit: auctor est idem Valerius: prædâ quippe: quæ publica erat, ad se magna ex parte auertisse dicebatur, & ὁ μὲν Λύκιος (vt est apud Zonaram Tomo 2. Annal.) κατεψηφίσθη, ὡς τὰ ἄλλα πολλὰ ἐκ τῆς λείας σφετερισθῆναι. [Et Lucius quidem damnatus fuit, confestim è spolijs in suum sum conuertisset.] Sed enim M. Cato in oratione, quam de præda militibus diuidenda scripsit, vehementibus & illustribus verbis de impunitate peculatus atque licentia (teste Gellio lib. 11. cap. vltim.) conquestus est. Haec tamen erat publica præda: vt nihilominus præda publicè virtute militum recuperata, qui capti fuerant pristino statui restituerentur (auctore Iuriconsulto<sup>a</sup>) sine vlla numeratione pretij: & qui antea liberi fuerant, cum libertate singuli res suas iure postliminij reciperent, quas vi atque impetu hostium olim amisissent, easque velut è præda eximerent: quam obrem Florentinus noster, b sed & qui victis hostibus (inquit) recuperantur, postliminio rediisse existimantur: Luculenta in hanc rem aliquot ex Liuiolib. 11. testimonio proferam: is igitur vbi de Samnitibus agri Campani præda onustis, Egnatio ipsorum duce capto superatis à Volumniano exercitu: Reuocata eo tumultu (inquit lib. 10.) prima signa Samnitium, præliumque iam profligatum, integratum est: nec diutius sustineri potuit: cæsa ad sex millia hominum: duo millia & quingenti capti, in eis tribuni militum quatuor: signa militaria triginta: & quod lætissimum victoribus fuit, captiuorum recepta septem millia, & quadringenti, præda ingens sociorum: accitque edicto domini ad res suas noscendas, recipiendâque præstituta die: quarum rerum non extitit dominus, militi concessâ: coactiq; vendere prædam, ne alibi quàm in armis animû haberent. & paulo post, vbi de superatis à M. Attilio consule Samnitibus, Dum hæc in Apulia gerebantur, altero exercitu Samnites Interamnâ coloniam Romanam occupare conati, urbem non tenuerunt, agros de populati, cum prædam aliam inde mistam hominum atque pecudum, colonosque captos agerent, in victorem incidunt consulem ab Luceria redeuntem: nec prædam solum amittunt, sed ipsi longo ac impedito agmine in compositi cæduntur. Consul Interamnâ, edicto dominis ad res suas noscendas recipiendâsq; reuocatis, & exercitu ibi relicto, comitorum causa Romam est profectus. Itémq; vbi de victoria, quam de Lusitanis reportauit Scipio, Pugnatum inde (ait) haud procul Ilipa vrbe est: eò victorem opulentum præda exercitum P. Cornelius reduxit: Ea omnis ante urbem exposita est, potestâsq; dominis suas res cognoscendi facta: cætera vendenda quaestori data: quod inde effectum est, militi diuisum. Quibus testimonijs validè confirmat-

a l. si quis  
ingenuam  
verf. Quod  
si publicè  
D. de cap-  
tuis &  
postlim.  
b l. Nihil  
interest. 25  
in ff. eo. li.

tur, ac (mea ut fert opinio) illustratur etiam illa Iurifcon. Pauli l. si quid bello 28. D. de ca. & postli. ad Libeonem nota, in qua definit, & rectè quidem (ut è superioribus patet) Si in bello captus pæce facta domum redierit, deinde renouato bello capiatur, postliminio redire ad eum à quo priore bello captus fuerat. Meritò igitur, iurèque fecit L. Æmilius consul & Roman. dux: qui Gallis Bello superatis, & recuperata (quam illi à Romanis ad se aduerterant) præda: prioribus dominis, ad quos quæque res pertinebant, eas restitui verius quàm dari iussit: spolia verò (quæ imperatorum præda est, si Alconio credimus, ex qua quod velint faciant) contracta Romam præmisit: id L. Æmilij factum his verbis à Polybi. lib. 2. refertur. *ὁ δὲ στρατηγὸς τῆς Ῥωμαίων, τὰ μὲν σκῦλα σωμαθροῖς εἰς τὴν Ῥώμην ἀπέστειλε, τὴν δὲ λείαν ἀπὲς δάκτυλῶν ποροσίουσι.* [Consul verò Romanus, accumulata spolia Romam misit. At prædam hys: ad quos pertinebat, restituit.] Loquitur etenim de præda (nisi fallor) quam Galliantè contraxerant: &, ut idem ait *εἰς τὴν ἑσπερίαν, ὅρα δὲ φυλακὴν περὶ τῆς ἑσπερίαν ἔθροισιν.* [quam prædam Galli in colle vicino accumulata cum presidio collocauerant.] Cæterum non res omnes. quæ in præda essent veteribus dominis (ut equidem existimo) restituebantur: sed illæ tantùm, quæ iure postliminij recuperari poterant. ut filij, ut naues longæ, atque onerariæ ad belli usum comparatæ: ut ferri, ut equi: non item arma: quæ cum turpiter amittantur, idè reuerti iure postliminij, Iurifconsultus l. 2. D. de capt. & postlim. negat.

Porro autem publicæ istius pecuniæ ex præda vel spoliis hostium redactæ decimas nonnunquam Diis, ex voto, victores hostium duces persoluebant: sanè Romanum dictatorem Camillum Livijs lib. 5. refert ad Veiorum oppugnationem auspiciatò egressum, cum edixisset ut arma milites caperent, ita effatum: Tuo ductu (inquit) Pythice Apollo, tuòque numine instinctus, pergo ad delendam urbem Veios, tibi que hinc decimam partem prædæ voueo: qua de re, cum expugnatis Veis Pontificum Ro. collegio visum esset, quod eius ante conceptum votum Veientium fuisset, & post votum in potestatem pop. Romani venisset: eius partem decimam Apollini sacram esse. Ita in æstimationem urbem, agrumque venisse, pecuniam ex ærario promptam: & tribunis militum contularibus ut aurum ex ea coemerent, negotium datum: missos deinde tres legatos, qui donum Apollini Delphico crateram auream ferrent: cuius facti Valerius quoque Maximus lib. 1. c. 1. 2. vbi de Timasitheo & li. 5. ca. 6. vbi de dominis seruorum & c. commemorat. Sic fufis Persico bello decem millibus hostium, & fugato Artabazo, Græci exempta spoliolum prædæque omnis decima parte, aureum Apollini tripodem Delphos misere: *οἱ δὲ Ἕλληες* (ait Diodorus lib. 11. Biblioth.) *ἐκ τῆς λαφύρων δεκάτην ἐξελόμενοι, κατεσκευάσαν χρυσοῦν τρίποδα καὶ ἀνέθηκαν εἰς Δελφούς.* [Græci verò è spoliis decimam partè detrahentes, aureum tripodem confectum Apollini apud Delphos dicarunt.] & c. Annis aliquot postea, cum Cimon dux Athenientium nauali pugna Perlas superasset, decimam prædæ partem populus Atheniensis

nienfis Deo, id est (ut arbitror) Apollini dicauit, *ὁ δὲ δῆμος τῆς ἀθηναιῶν* (ait idem auctor eodem lib.) *δεκάτην ἐξελόμενος ἐκ τῆς λαφύρων ἀνέθηκε τῷ θεῷ.* [Populus Atheniensis verò dicauit Deo decimam partem quam è spoliis detraxerat.] Non ita multo post Argiui Mycenis expugnatis, & Mycenæis in seruitutem redactis, eorum decimam Apollini consecrunt, *οἱ δὲ ἀργεῖοι τοὺς μυκηναίους* (ut est apud ipsum Diodorum ibid.) *ἀνδραποδισάμενοι, καὶ δεκάτην ἐξ αὐτῶν τῷ θεῷ κατέθεσαν.* [Græci Mycenæas in seruitutem quum redegerent, decimam partem ex hys Deo consecrantes, Mycenæas diruerunt.] Sed & apud veteres, ex præda & spoliis decima Priapo Martis educatori pollucebatur: ut Lucianus in dialogo *περὶ ὀρχήσεως* [De saltatione.] indicat vbi de Priapo, *καὶ ὅτι τούτῳ ἐμμεδὸς ἀπὸ τῆς Ἡρας ἐχέουσι* (inquit) *δεκάτην αἰετῆς ἐκ τοῦ πολέμου ἀργυρομυθίων τῷ Ἀρει. παρ' αὐτὸν λαμβάνειν.* [Eo nomine merces à Iunone fuit ipsi constituta, ut semper spoliolum decimam partem eorum qua Marti è bello relinquebantur, ab eo acciperet.] Num quod Herculi veteres Romanos decimam bonorum partem vouere ac persoluerent solitos quæ idè Herculeana diceretur: ad Vlpianum l. 2. D. de pollicitat. ex Plauto in Stichò & Trinummo. Budæus ad tit. de pollicitat. eruditè impri mis annotauit: hoc & Ciceronis lib. 3. de nat. deorum. & Plauti in Bacchidibus act. 4. scen. 4. & Diodori lib. 4. Biblioth. & 20. potissimum Siculi (qui vnus originem ac rationem illius Romanorum instituti adfert, & apud Carthaginenses olim obtinuisse asserit) Plutarchi in Sylla & Craffo & Romæis. etiam & Varronis apud Macrobiolum cap. 12. lib. 1. Saturnal. præclaris testimoniis illustrari potest. Spolia etiam hostium Romanos duces Deo vouere solitos: quæ deinde, victoria parta, non modò Feretrio Ioui optima consecrarent (ut ex Valerio, cap. 2. li. 3. Plutarcho, in Marcello. ac Dione li. 44. & 51. colligitur) Sed interdum etiam comburerent, ex Fabij factò intelligimus: qui cum audita morte Decij collegæ, ipse ædem Ioui victori spolia que hostium vouisset, ad castra hostium perrexit: quæ Gellio Egnatio Samnitium imperatore cæso, compulsis deinde intra vallum Samnitibus, paruo certamine capta sunt: Cum verò cæsis hostium xxv. millibus, octo captis, non inuicta victoria fuisset: Fabius dimissis ad quæredum collegæ corpus, spolia hostium coniecta in aceruum Ioui victori cremauit, teste Livijs lib. 10. è cuius monumentis, alia non pauca in hanc rem argumenta conferre, non sit difficile: quæ nos consultò prætermittimus, ne longius à suscepto de prædæ iure (quod ipsum ad tractatum de iure belli pertinet) sermone aberremus: hoc tantùm addiderimus, ex Taciti Annalibus, lib. 13. quod cum illo Livijs loco congruit: Sed bellum Hermunduris prosperum, Cattis exitio fuit: quia victores diuersam aciem Marti ac Mercurio sacrauere: quo voto equi, viri, cuncta victa, occidioni dantur: ut non apud Romanos tantùm, sed apud exterar quoque nationes id voti solitum concipi cognoscamus.



De iure belli. Quid fiat ciuitatibus, agris, sacrisque ac religiosis hostium locis. De sacrorum euocatione ad l. 9. §. illud notandum. D. de rer. diuis. De recuperatorum ab hostibus locorum expiatione. Urbi non parci iure belli, quam oppugnatoria machina percussit: imbelli tamen atatura ac inermibus ignosci. Exponitur defensa vulgata Florentinaque lectione l. in agris. 16. D. de adq. rer. dom. & quatenus agris hostiles olim publicati fuerint: quid ex iis in publico relictum diceretur: de colonis denique vel ex inopum cuium vel ex veteranorum militum numero in eos misis. Emendato Dionis loco. De coloniarum deductione: Taciti loco exposito. Ex hostilibus rebus quasdam in prada non esse: explicata l. transfugam. D. de adq. rer. dom. & l. 1. sub init. D. de acquir. poss. Conditiones captiuis corporibus additas a victoribus: post etiam a distrahentibus dominis: ut alio exportarentur mancipia nec ibi seruirent: ne unquam neve intra certum tempus manumitterentur: alioqui manus esset iniectio: ad l. quis est fugitiuus §. pen. D. de adil. edic. De seruo denique qui exportandus uaneat: & quod Graci dicunt, ἐπ' ἐξαγωγῆ, notato Suida.

CAPVT IIII.

**P**Rædam iure quidem belli, quod commune gentium est, hostium deuictorum esse desinere: iure uero belli, quod pop. Romani proprium videtur, publicam esse, neque singulorum siue ducum, siue militum occupantium fieri: Sed ei, penes quem rerum summa sit, siue regi, siue populo, siue principi ac imperatori, cedere: sic tamen ut ipsius permisso, expugnatae urbis præda plerumque ad militem, deditæ ad duces (teste Tacito Cornelio lib. 19.) pertineat, pronuntiamus: quemadmodum ciuitates ipsas, agris que ex hostibus manueptos, iure belli ac uictoriae publicari uerum est: ut ad eum, penes quem rerum summa sit atque ad eum ad potentiolem pertineat, iure naturali siue gentium: quod ab Æschine τῆς ἀρχῆς ἀρεσείας, ius belli, siue lex belli nominatur, ubi, εἰ δ' ἀντιποιῆ καὶ πόλεμον λαβῶν εἰκότως ἔχειν, εἰ μὴ πόρος ἡμᾶς πόλεμος, δ' οὐραλῶν πῶ πόλιν εἶλες, κελῶς ἔχεις τῷ πολέμου νόμῳ κτησάμενος. [ In orat. de falsa legatione. Si uero contendat se merito illam urbem obtinere, quam bello occupauerit: si aduersus nos bellum gessisset, & armis urbem cepisset, proprie illam iure belli acquisiuisset. ] itemque a M. Tullio, in 2. contra Rullum, ubi, Quid Mytilenæ (inquit) quæ certè uestræ, Quirites, belli lege ac uictoriae iure facta sunt. Iustinus lib. 31. etiam, Interiecto tempore (ait) alia legatio superuenit, quæ omnia pupilli persona ciuitates iure belli factas populi Rom. in integrum restitui iubebat. Et ciuitates quidem hostiles ita in potestatem uictoris è communi gentium iure ueniebant, ut eas non modò publicare, sibi que referuare: sed etiam quod Carthagini, Numantia, Corintho, aliisque quam plurimis accidit (ut libro primo cap. 8. demonstraui) exscindere funditus atque euertere, agrumque siue priuati cuiusque proprium, siue vniuersi-

vniuersitatis, publicare: uicinaeque ciuitati attribueret, idque iure belli, quod adhuc obtinet.

Tempa quoque ac sepulchra, & alia eiusmodi capta ab hostibus, omnia desinunt religio sa uel sacra esse: sicut homines liberi in seruitutem perueniunt: & uicissim sepulchra hostium aliaque eiusmodi religiosa nobis non sunt, ut à Pomponio \* & Paulo b traditur. Atque hoc quidem etiam iure belli atque uictoriae, ita comparatum esse constat: Nam Tacitus alicubi, li. 21. Annal. Romanorum (inquit) primus Cne. Pompeius Iudæos domuit, templamque iure uictoriae ingressus est: & hac ipsa de re agens B. Augustinus, cap. 4. li. 18. de Ciuit. Dei. Ciuitatem capit, templum reserat, non deuotione supplicis, sed iure uictoris: ad Sancta sanctorum (quò nisi summum sacerdotem non licebat intrare) non ut uenerator, sed ut prophanator accedit. Templis itaque, fanis, sepulchris, aliisque sacris ac religiosis hostium locis uictores arbitrio suo utuntur: eaque uel facta tecta conseruant, uel spoliant ac diruunt iure belli: quo illud Flauij (quem iæpe iam laudo) Iosephi, li. 7. de bello Iudaico ca. 9. siue ut quidam nominare malunt Iosippi pertinet de templo Hierosolymitano, βελῆ καὶ τοῦ ναοῦ προὔτεθῃ, τῆς μὲν οὐδ' ἐδὲν ἔχοντα τῷ πολέμου νόμῳ, μὴ γὰρ ἀνποτε ἰεράς παύσασθαι γεωτερεῖς τῶν ναοῦ μένοντες, ἐφ' ὃν οἱ πάντες ἀρόθεν συλλέγονται. [ Consilium de templo initum fuit, nonnullis placebat lege belli uendendum esse. Nunquam enim Iudæos quieturos à rerum nouarum studio, quandiu staret templum, ad quod undique conueniebant. ] Et in oratione Titi Cæsaris ad Hierosolymitanos obsessos, lib. 7. cap. 10. τῷ ἱεροῦ πλεῖστον ἡρόμενος, πάλιν ἐξελαθόμενος τῷ πολέμου νόμῳ, φερέσθαι ἢ παρεκάλου τῶν ἰδίων ὑμᾶς ἀγίων, καὶ σῶσαι τὸν ναὸν ἡυτῶς, διδοῦς ἀδείαν τε ἐξόδου καὶ πίσι σωτηρίας. [ Cum propius ad templum accessisset, rursus fugiebat me lex belli: hortabar ut ipsi parceretis uestris sacris, templumque seruaretis uestrum data uobis exeuendi facultate & fide ad incolumitatem quoque data ] &c. Itaq; capto Ilio Diomedes & Ulysses Græci Palladium ex arce sustulerunt, & (ut ait Poëta lib. 2. Æneid. c)

--caesis summa custodibus arcis  
Corripuere sacram effigiem, manibusque cruentis  
Virgineas ausi Diua contingere uittas.

Ex Romanis quoq; longo post tempore, Marcellus qui Syracusas urbem ornatissimam cepit, morèq; bellorum euertit ( ut auctor est Beatus Augustinus li. j. de Ciuit. Dei. cap. 6. quodam loco ) is inquam, cum cætera in Sicilia tanta fide atque integritate composuisset, ut non modò suam gloriam, sed etiam maiestatem pop. Rom. augetet: ornamento urbis, signa, tabulæque (quibus abundabant Syracusæ) Romam deuexit: hostium quidem illa spolia, & parta belli iure ( ut ait Liuius li. 25. ad finem. ) Cæterum inde primum initium mirandi Græcarum artium opera, licentiaque hinc sacra prophanæque omnia uulgò spoliandi factum est: quæ postremò in Romanos deos templum id ipsum, quòd à Marcello eximie ornatum est, uertit. Publius Seruilius ( ut est apud Ciceronem lib. 3. in Verrem. ) Quæ signa atque ornamenta ex urbe ho-

a l. cum lo ca. D. de re ligi. & sup. faner. b l. 4. D. de sepulchro viola.

c citatur & hic locus ab August. li. 1. de Ci. Dei. cap. 2.

a 1. Sacra. 9  
§. Illud no-  
tandum D.  
de rer. diu.

stium & virtute capta, belli lege atque imperatorio iure sustulit, ea populo Rom. apportauit, per triumphum vexit, in tabulis publicas ad ærarium perscribenda curauit. Quod autem iure belli ac victoriæ, religiosa & sacra hostium loca religione solui, & velut prophana impunè violari diximus: id apud Romanos non aliter fiebat, quàm euocata priùs inde sacra vel numina fuissent, vt noster Vlpianus<sup>a</sup> eo in loco subindicat: vbi, Sacrarium (inquit) est locus, in quo Sacra reponuntur: quod etiam in ædificio priuato esse potest: & solent qui liberare eum locum religione volunt, sacra inde euocare. Verrius quoque Flaccus cap. 2. lib. 28. in oppugnationibus ante omnia solitum à Romanis sacerdotibus euocari Deum, cuius in tutela id oppidum esset: promittique illi eundem aut ampliorem locum apud Romanos cultumve, durareque in pontificum disciplina id sacrum tradit. Ac de ista quidem sacrorum euocatione, qua peracta vrbes exercitûsq; solemniter deuonebantur ad Vlpianum ex Virgilio, lib. 7. Æneidos. Liuius, lib. 5. atque Macrobio li. 3. Satur. cap. 9. differuere ante nos alij: præter quos hic illud addam, diligentissimos religionum cultores Romanos, quæ sacra vel religiosa loca iure belli ab hostibus occupata ipsi recuperassent, expiare solitos: quod moris antiqui vestigium apud Liuium lib. 5. visum tum deprehendere: vbi de Roma ex hostibus Gallis à Camillo recuperata loquitur, Et senatusconsultum facit (inquit) sacra omnia quod ea hostes possedissent, restituerentur, terminarentur, expiarenturq; expiatioque eorum in libris per Duumuiros quæreretur. Cæterum etsi iure belli, religiosa vel sacra hostium loca, cum in victorum potestatem perueniant: religione solui veteres existimabant: pleriq; tamen ea quæ hostium diis essent dedicata & consecrata (vt trophæa, vt spolia, & reliqua eiusmodi) tollere, mouere loco, aut euertere nefas ducebant: vt ex Virtruuio, lib. 2. Dione, lib. 42. ac Plutareho in Cæsare, eruditè ab Ioanne Brodæo cap. 29. lib. 5. Miscellan. animaduersum est. Quod igitur iure belli omnibus licuit, hoc tamen plerique ne facerent, aut religione, aut superstitione vetabantur antiquitus: Nostris hoc ciuili bello vtrarumq; partium & militibus & verò ducibus iure belli potius vti, quàm vel in animatis, & mortuis rebus, nedum viuis corporibus (proh dolor) parcere libuit. Non ista vel Gothorum ipsorum, hoc est truculentorum barbarorum sub rege Alarico agentium, Honorij Romani principis temporibus, immanitas atque impietas fuisse legitur: hi namque Romanis plurimis præter bellorum morem, propter Christum pepercerunt: Testantur hoc martyrum loca (inquit Augustinus li. 1. de Ciuit. Dei cap. 1. vide & cap. 7. & lib. 2. ca. 2.) & basilicæ apostolorum, quæ in illa vastatione vrbs, ad se confugientes suos alienosque receperunt: huc vsque cruentus sæuiebat inimicus, ibi accipiebat limitem trucidatoris furor: illud ducebantur à miserantibus hostibus, quibus etiam extra ipsa loca pepercerant, ne in eos incurrerent, qui similem misericordiam non habebant, qui tamen etiam ipsi alibi truces atque hostili more sæuientes, posteaquam ad loca illa veniebant, vbi fuerat interdictum, quod alibi iure belli licuisset: tota ferendi refræna-

ba-

batur immanitas, & captiuandi cupiditas frangebatur: hæc ille.

Ius belli erat olim, & adhuc est, vt postquam obsessæ ciuitatis murum aries aut alia quælibet oppugnatoria machina percusserit, intramuranorum (etiam si postea se se dediderint) nemini parcat: ipsa ciuitas direptioni & incendio exponatur: quamuis alioqui captæ non deditæ vrbes diripi soleant, vt suos Æmilius in expugnatione Phocææ apud Liuium lib. 37. admonuit. Quamobrem cum Hierosolymitani dedere se Tito, sapius inuitati, nolissent: per caduceatorem interminatus est, se aduersus illos iure belli vsurum: vrbemq; militum arbitrio ad direptionem ac deuastationem permissurum esse: sic enim Iosephus lib. 7. cap. 35. eius historiæ scriptor diligentissimus, κηρύξαί μὲν ἐπέλευσεν (inquit) εἰς αὐτοὺς μήτε ἀπομολέειν, μήτε δεξιάν ἐλπίξεν, φείσασθαι γὰρ ἐδύνατο, ἀλλὰ ἀπάσῃ δυνάμει μάχεσθαι, καὶ σῶξεν ἑαυτοὺς ὅπως ἀνδρώνται. πάντῃ γὰρ αὐτὸς ἦδ' ἠσπράξεν πολέμου νόμον. ὅτις ἡ στρατιώταις ἐμπροσθέν καὶ ὑποσάξεν ἐπίπτεσθαι τὴν πόλιν. [ Proclamari iussit, ne amplius ad Rom. transfugerent, neque sperarent fidem & salutem. Nulli parcendum esse, sed pugnarent totis viribus, salutisque suæ quantum possent, consulerent. Omnia se facturum quæ belli lex iuberet. Militibus urbem incendendam & diripiendam permisit. ] huc illud ex Cæsaris commentariis lib. 2. de bello Gallico. desumptum pertinet. Ad hæc Cæsar respondit se magis consuetudine sua, quàm eorum meritò ciuitatem conseruaturum: si priùs, quàm aries murum attigisset, se dedidissent. Veruntamen est quædam vt circa ius pacis, ita circa ius belli æquitas atque humanitas: quam vt persequamur, naturalis ratio suadet ac præcipit: hinc illud humanumne dicam an diuinum institutum, vt ab hostibus illi ætati parcat: de quo Camillus ad Faliscorum puerorum pædagogum apud Liuium lib. 5. præclare, mea quidem sententia: Nobis (ait) cum Faliscis quæ pacto fit humano societas non est: quam ingenerauit natura vtriusque est eritq;: sunt & belli sicut pacis iura: iustæque ea non minùs, quàm fortiter didicimus gerere. Arma habemus non aduersum eam ætatem, cui etiam captis vrbibus parcat, sed aduersum armatos &c. hinc illud etiam, vt capta & in potestatem victoris hostis redacta vrbe, abstinetur ab inermi: quod eiu(sdem) Camilli iussu Veis expugnatis accidit: Nam cum vrbs hostibus impleta, omnibusque locis pugnatum esset, deinde multa iam edita cæde pugna senesceret, dictator præcones edicere iussit, vt ab inermi, abstineretur, isque finis sanguinis fuit: dedi inde inermes excepti, & ad prædam miles permissu dictatoris (ipso Liuium eodem libro quinto teste) discurrat. Hinc illud denique vt interfectorum hostium cadauera, vel sepeliantur, vel certè ipsis etiam hostibus ad sepulturam concedantur: qua de re abundè à nobis actum est supra cap. 1. Rursum autem vt cætera quæ iure gentium communi sunt introducta, sic & ipsam belli ius (quod gentium esse diximus) iure priuato & ciuili cuiusque populi quadamtenus immutatum fuit. Quamobrem Cicero lib. 1. Offic. Et cum ijs (inquit) quos vi deuiceris consulendum est, tum ijs, qui armis positis ad imperatorum fidem confugiunt, quamuis murum aries per-

cufferit, recipiendi: in quo tantopere apud nostros iustitia culta est, ut ij qui ciuitates aut nationes deuictas bello in fidem recepissent, earum patroni essent more maiorum: ac belli quidem æquitas sanctissimè fe- ciali pop. Rom. iure per scripta est. hæcenus de ciuitatibus, locisque sa- cris aut religiosi belli iure hostium potestati ac domino subditis dixi- mus: sequitur, ut de ipsis ciuitatum hostilium agris videamus.

Et sanè ut rerum mobilium ab hostibus recuperatarum, tanquam à cætera præda exemptarum, dominium iure postliminij ad veteres pos- sessores reuerti ostendimus: ita expulsis hostibus ex agris quos ceperat, dominia eorum agrorum ad priores dominos redire: nec aut publica- ri ut sint perpetuò vel populi vel principis: in publico relinqui, aut lo- co prædæ, quæ sub hasta venit, & militibus diuiditur, cedere: illos au- tem agros, qui (cùm antea nostri non fuerint) ex hostibus nunc primùm capti in potestatem nostram peruenerunt, publicari: hoc est in publi- cum (populi scilicet vel principis) dominium redigi, Pomponius<sup>a</sup> no- ster diuertè tradit. Atq; hoc quidem ex iure belli esse Sallustius in Bel- lo Iugurthino, indicat his ferè verbis, Ad ea Bocchus placidè & benig- nè: simul pauca pro delicto suo verba facit, se non hostili animo, sed ob regnum tutandum arma cepisse, nam Numidiæ partem, vnde Iu- gurtham expulerit, iure belli suam factam: eam vastari à Mario, pati ne- quisse. Veruntamen ita publicari (Romæ quidem) olim solitos fuisse manucaptos hostiles agros accipiendum est: ut sub imperatoribus, nõ iam in publicum ærarium, sed id priuatum principis fiscum cogeren- tur: id quod his verbis Marcianus<sup>b</sup> tradit, Diuus Commodus rescripsit

a l. Si capti uis 20. D. de capt. & postlim.

b l. Diuus 31. D. de iu re fisci c. l. in agris ciuitatis. 16. D. de adqui. rer. domin.

d d. l. in a- gris, iudica l. i. si ver- berati. 15. §. ite si for- te. D. de rei vind. l. Lu- cius, Titius D. de eui- ctio. e de cond. agror. f Initio li. 2. delimit. const.

obsidũ bona, sicuti captiuorum omnimodo in fiscum esse cogenda: & nihilominus intelligamus, id quod Florètinus<sup>c</sup> refert, hostibus deuictis nonnũquam ea conditione agrũ cõcessum fuisse, ut in ciuitate veniret, ipsiq; ciuitati addiceretur, & publicus ciuitatis fieret: publicus po. Ro. aut principis esse desineret: interdũ, imò verò etiã sæpius, ex agro manu capto atq; ita publico, statim effecto: partim vanisse, partim veterano militi pro præmio & commodo militiæ assignatum, aut etiam veteri possessori honoris causa datum: partim denique in publico, quod cen- soriæ locationi subiiceretur, antiquitus relictum fuisse, ex Florentini, Pauli, atque Vlpiani responsis<sup>d</sup> colligitur. Quod dixi partim vanisse: sic accipe, per quæstorem, ut prædam cæteram: hinc Quæstorij dice- bantur agri (teste Siculo Flacco<sup>e</sup> & Hygeno<sup>f</sup>) quos ex hoste captos po. Rom. per quæstorem vendidit, vel quos populus Romanus deuictis pul- sisque hostibus possedit, mandauitque quæstoribus, ut eos venunda- rent: hinc etiam dicta prædia, quod antiqui agros, quos bello ceperant, ut prædæ nomine habebant, idque etymon auctores limitum notant: quod dixi partim diuisum & assignatum fuisse, id ex eodem Flacco sic expono: cùm antiqui Romanorum agrum ex hoste captum victori po- pulo per bina iugera partim essent, centenis hominibus centena iugera dedisse: & ex hoc facto Centuriam iuste appellatam esse: Siluas autem & loca aspera in assignationem non venisse: si quid amari & incerti (vel, ut ego legere malo, inculta) soli esset: id assignatione non datum, sed

Ted militi veteranòq; culturam assignatam: Quod veteri possessori da- retur, id concessum, itemq; redditum vel restitutum dicebant, quoniam ademptum & publicatum antea fuisset: relictum id non dicebant, ut ex Hygeno & Flacco Siculo auctoribus limitum vetustis addisci potest: in publico quod permanebat ex agris hostilibus manucaptis atq; pu- blicatis, ut per censoriam locationem stipèdium tributum ve annuũ po. Rom. penderetur: id rectè ac propriè relictum nominabant: itaque ipse id verbi apud Florentinum (quod alij satis percepisse non videntur) ex- ponendum censeo: & hæc quidem, quæ diximus modò, his quoq; alio- rum auctorum testimoniis in hanc rem nondum citatis comproban- tur, atque illustrantur. Cicero lib. 3. in Verrem. Inter Siciliam (inquit) cæteraq; prouincias, iudices, in agrorum vectigalium rationibus hoc interest, quod cæteris aut impositum vectigal est certum, quod stipen- diarium dicitur: ut Hispanis & plerisque Pœnorum quasi victoriæ præ- mium, & pœna belli: aut censoria locatio constituta est: ut Asiæ lege Sempronia: Siciliæ ciuitates, sic in amicitia fidemq; recepimus: ut eo- dem iure essent, quo fuissent: eadem conditione pop. Rom. parerent, qua suis antea paruissent. Per paucæ Siciliæ ciuitates sunt bello à maio- ribus nostris subactæ: quarum ager cùm esset publicus pop. Ro. factus, tamen illis est redditus: is ager à censoribus locari solet. Et alibi<sup>a</sup> de Se- gestanis Siciliæ, Cui ciuitati (ait) maiores nostri maximos agros atque optimos concesserunt, quam immunem esse voluerunt, hæc apud te tanta cognitionis, fidelitatis, vetustatis auctoritate ne hoc quidem iu- ris obtinuit, ut &c. Plutarchus<sup>b</sup> etiam agrum bello captum partim di- stractum, partim inopibus ciuibus Romanis in coloniam stirpis augè- dæ caussa missis (ut ait Liuius lib. 17.) & eò deductis diuisum esse: ita ut mediocrem reditum publico præstarent, stipendij scilicet vel tributum nomine, ut arbitror. Eius autem hæc verba sunt, ῥωμαῖοι τῆς Ἰσ- γερτῶν χάρις, ὅσων ἐπετέμοντο πολέμῳ, πῶ μὲν ἐπίπρασκον, πῶ δὲ ποι- ἔμβροι δημοσίαν, ἐδὶ δὲ ὄν νήμεσθαι τῆς ἀλήμοσι καὶ δόπορις τῆς πολιτῶν, δόπορῶν ἢ πολλῶν εἰς τὸ δημοσίον τελοῦσιν. [Romani vicinarum urbium agrum, quem bello depopulati fuerant, partim vendebant, partim publica- bant, atque incolendum tribuebant, inopibus ciuibus qui nullos agros habebant, qui aliquid exiguum inde Resp. pendebant.] Ideòque superatis Æquis atque Samnitibus Albam in Æquos sex millia colonorum scripta (teste Liuius lib. 20.) (ors agri Volsci fuerat, sed possederant Sam- nites: eò quatuor millia hominum missa: de Capua sanè Romanis de- dita loquens, idem Liuius lib. 26. cùm nobiles Campani ad trecentos, vel in carcerem conditi, vel per sociorum Latini nomini vrbes in cu- stodias dati, variis casibus interiissent: urbem seruatam ait, propter agrum, quem omni fertilitate terræ satis constabat primum in Italia esse: ut esset aliqua aratorum sedes: vbi frequentandę multitudinem in colarum libertinorumque & institorum opificiũque retentam: a- grum omnem, & tecta, publica populi Roman. facta: senatusconsulto dein facta, senatorum omnium, quique magistratus Capuæ, Atellæ, Calatiæ gessissent, bona venire Capuæ iussum: Campanorum alios in

a li. 5. in Verrem. vi de & ora. 3 in Rullum.

b in Grac- chis. vide & in Mar- cello.



vincula condendos, aliorum bona publicanda, ipsos, liberósq; eorum; & coniuges vendendas extra filias quæ nupfissent, priusquam in popul. Roman. potestatem venirent: libera corpora, quæ vñundari placuerat, Romam mitti, ac Romæ vñire: Campanos omnes, Attellanos, Calatinos, Sabatinos (extraquam qui eorum aut ipsi, aut parentes eorum apud hostes essent) liberos esse: ita vt nemo eorum ciuis Romanus aut Latini nominis esset, né ve quis eorum qui capuæ fuissent dum portæ clausæ essent, in vrbe agróve Campano intra certam diem maneret: locus vbi habitarent trans Tyberim, qui non contingeret Tyberim daretur. Alias etiam adiectas conditiones Liuius refert, quas omnes enumerare nihil attinet. Idem auctor est, li. 17. Capuæ dein bona principii à Flacco vendita, & agrum, qui publicatus fuerat, omnē frumento locatū esse, milites etiam ædificiis emotos, vt cum agro tecta vrbis fruenda locarentur. Præterea tradit idem Liuius, li. 26. cum noua Carthagine capta, Mago se arcem & præsidium Scipioni dedidisset, tum signo dato cædibus finē factum, ad prædā victores verfos, quæ ingens omnis generis fuit: Liberos capitū virilis sexas ad x. millia capta: Inde qui ciues nouæ Carthaginis essent dimissos, vrbemq; & sua omnia, quæ reliqua eis bellum fecerat, restituta: & cū opifices ad duo millia hominū essent, edixisse Scipionē eos publicos fore populo Ro. cum spe propinqua libertatis, si ad ministeria belli enixè operam nauassent: ceteram multitudinē incolarum, iuuenum, ac validorum seruorum in classem ad supplementum remigū dedisse. Suetonius in Octauio ca. 13. de Octauio Augusto, Partitis post victoriam officiis, cum Antonius Orientē ordinandum, ipse veteranos in Italiam reducendos & municipalibus agris collocandos recepisset, neq; veteranorum, neq; possessorum gratiam ipsum tenuisse tradit, alteris pelli se, alteris nō pro spe meritorū tractari querentibus: quod & Dion lib. 48. his verbis reulit, *οι μὲν γὰρ ὡς καὶ ὀφειλόμεθα σοφισι πάντα τὰ γιγνόμενα* (malim didόμενα, vbi nescio. cur interpres, ea quæ desiderauerunt, cum hoc, illo verbo non significetur, posuit) *λαμβάνοντες ἐν ἐδὲ μιᾷ αὐτὰ ἐνεργεῖα ἐτίθεντο. οἱ δ' ὡς καὶ τῶν οἰκείων σεβαστόμενοι ἐχαλέπαινον.* Itaque apud Suetonium possessorum nomine municipes ciues veteres siue antiqui cultores significantur: quibus aut totus ager, aut ex parte aliqua adimebatur, aliqua itidem eius parte ipsis relicta vel potius restituta: Nam Liuius lib. 24. ita loquitur, vbi de Sagunto. Itaque id oppidum vi pulso præsidio receperunt, cultoribusq; antiquis, quos vis reliquerat belli, restituerunt. & Æmilius Probus vbi de Timoleone, in eius vita. Ciuibus (inquit) veteribus sua restituit, nouis bello vacuefactas possessiones diuisit. Salassorum quidē Augusti iussu à Varrone debellatorum atque venditorum agrum, qua parte vberri mus erat, prætorianis diuisum: in quo vrbs Augusta prætorianorum sita esset, à Dione lib. 53. traditur his ferè verbis, *Ἐκ τῶν ἡ ἀ- εἰς τὴν τῆς γῆς τῆς τε δορυφόρων τισὶν ἐδόθη, καὶ πάλιν πῶς ἀγροῦσαν πραιτωριανῶν ὠνομασμένην ἔσεν.* [ *Agri eorum pars optima cohortibus prætorianis data, vrbs Augusta prætoriana fuit.* ] Idem Augustus aliquot annis postea, veteranis & emeritis agrorum loco (quos illi petere solebant

pro præmio & commodo militia) pecuniam, donatiui nomine, concessit, καὶ διέταξε (vt scribit Dio lib. 54.) *τάτε ἐτι δὲ οἱ πολῖται στρατεύονται, καὶ τὰ χρήματα ὅσα παυσάμενοι τῆς στρατείας, ἀντὶ τῆς χάριτος, ἢ ἀέριστε ἢ τοῦ αὐτοῦ ληψόντο. ὅπως δὲ ἢ τοῖς ἐκείθεν ἢ δὴ καταλεγομένοις, μὴ δὲν τούτων γέ ἐνεκα νεώτεροι εἴσονται.* [ *Quantumque ij pecunia emeritis stipendijs quo agro quem nunquam non petebant essent accepturi, videlicet vt constituto certo militia præmio, nullam tumultuandi causam haberent: Erant autem definiti anni prætoris cohortibus duodecim alij sedecim pecuniaque etiam plus illis quam his.* ] Mortuo tamen Augusto Percennium quendam in castris Pannonicis, præsidente Iunio Blaeso, conquestum ita refert Tacitus, lib. 1. Annal. vt agros etiam tum veteranis pro præmio concessos fuisse innuat: Ne dimissis quidem finem esse militia: sed apud vexillum retentos, alio vocabulo eosdem labores perferre: Ac si quis tot casus vita superauerit, trahi adhuc diuersas in terras: vbi per nomen agrorum, vligines paludum, vel inculta montium accipiant. Vbi de vliginibus paludum & incultis montium Tacitus. Percennium illum idē conquerentem facit, quoniam siluæ, locaq; aspera (vt prærupta montium) in assignationem non veniebant: sed militi veteranóq; cultura assignabatur: id quod ex illo, quem paulò antè adduximus & emendauimus, Siculi Flacci loco manifestum est. Sed & postea Claudij principis temporibus, cum Silurum gens non atrocitate, non clementia mutaretur, quin bellum exerceret, castrisq; legionum premia foret: id quo promptius eueniret, coloniam auctor est idem Tacitus lib. 12. Annal. valida veteranorum manu deductam in agros captiuos, subsidium aduersus rebelles, & imbuendis sociis ad officia legum.

Ea coloniarum deductio vel subsidio aduersus rebelles, vel imbuendis sociis ad officia legum (vt ait Tacitus) id est vel ad tumultus (qui subinde mouebantur) ipsóq; priores municipiorum populos coercendos, vel ad hostium incursum repellendos, vel ad supplendum ciuium numerum (vt Sicalus Flaccus de conditio. agro. loquitur) quomodo fieret antiquitus, ex Hygeni in lib. de limit. constituto. (qui libertus Augusti fuit) scriptis intelligimus: vbi, Victoribus autem (inquit) assignatæ coloniarum his qui temporis causa arma acceperant: non enim incremento reip. militum tantum populus Romanus habuit. Erat tunc premium terra, & pro emerito habebatur. Multis legionibus contigit bellum feliciter transigere, & ad laboriosa agriculturæ requiē primo tyrocinij gradu peruenire: Nam cum signis & aquila & primis ordinibus ac tribunis deducebatur. Modus agri pro portione officij dabatur. Hoc autem ipsum quod Hygenus tradit, & ex eodem Tacito colligere possumus, qui alio in loco lib. 14. Annal. Non enim (inquit, de Neronis temporibus agens) vt olim vniuersæ legiones deducebatur cum tribunis & ceterionibus, & sui cuiusq; ordinis militibus, vt consensu & charitate remp. efficerent: Sed ignoti inter se diuersis manipulis sine rectore, sine affectibus mutuis, quasi ex alio genere mortalium, repente in vnum collecti: numerus magis, quam colonia. Ceterum Alexander Seuerus sola quæ de hostibus capta essent

limitaneis ducibus & militibus donabant: vt eorum ita essent, si heredes illorum militarent, vt nunquam ad priuata pertinerent: dicens, attentius eos militaturos, si etiam sua rura defenderent: idq; Lampridius in Alexandro Seuero tradit, & illu addidisse his & animalia & seruos, vt possent colere quod acceperant: ne per inopiam hominum vel per se nequitiam desererentur rura vicina Barbaris, quod turpissimum ille dicebat. Quibus omnibus ex locis inuicem commissis, addocemur variè actum fuisse à Romanis cum deuictis & in potestatem redactis hostibus: ipsorum enim & corpora & bona etià immobilia manucapta præ de loco cessisse, vt purè, aut sub conditione venderentur, vt diuiderentur, vt in publicum redigerentur atq; locarentur, interdum etiam antiquis cultoribus restituerentur. Dixi Manucapta: vt res hostiles excludã, quæ apud nos sunt, nec tamen bello captæ in hostium castris aut præsiidiis fuerint: Quoniam eas in præda non esse, ideòq; publicas non fieri

a l. Transfugã. fr. D. de acquir. rer. dom.

sed occupantibus cedere, omninò rectè Celsus<sup>a</sup> definit: Quod Iuriscòsulti responsum forsitan vt ad res quæ prædæ nomine comprehenduntur, ita etiam ad quæcumque bona immobilia non pertinent: hæc enim & si bello capta non fuerint, attamen hostium esse indistincto bello designant, sed ita vt quæ apud nos sunt populi potius aut principis (mea quidem sententia) quàm occupantium fiãt. Sed & in rebus hostilibus bello captis, esse quasdam quæ non prædæ loco sed occupantibus cedant,

b l. j. sub i. nctium D. de acquir. poss.

Paulus auctor est, b cum ita scribit, Item in bello capta & insula in mari nata & gemmæ, lapilli, & margaritæ in littoribus inuētæ; eius sunt, qui primus eorum possessionem nactus est. quæ Pauli verba de reb<sup>9</sup> hostiū mobilibus, quæ in præda non fuerint, accipi debere censeo: ne alioqui cum eo quod prædam esse publicam antea docuimus, ex diametro pugnare videantur: in præda verò non fuisse, sed occupantibus cedere solita ea quæ militari iure iurando excipiebantur, de quo superiore sermone diximus: hastam videlicet, hastile, ligna, pabulum, vtrem, follem, faulam, & si quæ sūt alia huius generis. Quod si quis erit cui angustior ista bello captorum significatio esse videatur, eaq; Pauli nostri verba ad cæteras quoque res mobiles quæ hostium esse bello captæ desierint, velit extendere: forsitan à vero non longè aberrauerit: si tamen ita

c l. 5. 6. & 7. D. de acq. rer. dom.

interpretetur, quod Paulus ait, vt (auctore Caio<sup>c</sup>) iure naturali siue gentium fiant occupantium, quæ bello capta sunt: & protinus quidem vt eorum possessionem naturalem victor miles apprehenderit: quemadmodu cætera quoq; bello captis ab ipso Paulo copulata, iure naturali nostra statim fieri Florentinus l. 2. & 3. D. de re. diuisione tradit. At iure civili, & captiui, & quæcumque res mobiles bello captæ (præter hastam, hastile, & cætera, quæ superius excipi diximus) nō singulorum

d vt in specie l. quānis quod in litro. 10. D. de acq. re. dom. quæ ipsa ad hæc questione pertinet.

aut eius, qui primus eas occupauerit, dōminio adiiciantur: sed in præda sint: quam esse publicam iure civili po. Ro. (quod vt in aliis plerisque, d sic in hac quoque re paulum à naturali siue gentium iure deflexerit) variis auctorum testimoniis comprobauimus.

Porro corporibus hostilibus atque captiuis ex veteri more aut conseruatam libertatem, aut seruitutem plerumque impositam: sed variè, hoc

hoc est vel purè, vel adhibita conditione, sciendum est: & in liberis quidem corporibus, quin etiam in seruilibus, hæc potissimum conditio fuit, vt alibi haberent ac possiderent, patriasque mutarent sedes: & vel peregrè venum irent, ac trans Tyberim certè deportarentur: id quod ( vt Aulum Gellium lib. 20. cap. 1. omittam, apud quem à Turnebo cap. 43. lib. 24. Aduersar. leuiter adnotatum est ) ex superioribus & aliis Liuij locis libro octauo, vbi de Veliternis, facile à diligenti & accurato lectore deprehendi potest: cuius rei ratio hæc videlicet fuit, non tantum vt ista, velut exsilij, pœna plesterentur, qui nobis paulò antè incommodauerant: sed etiam quod nuper subacti hostes ( qui vix dum illo grauissimo cædis metu & impotenti vltionis desiderio liberati forent ) si diutiùs in solo naturali versarentur, verendum erat, ne eum vicinis atque finitimis populis nouarum rerum quidpiam in victoris populi necem molirentur ac struerent. Et Mariandinis quidem ista lex atque conditio quondam ita displicuit: vt non aliter sese Heraclæotis subiecerint, & pro mercede seruituros promiserint, quàm sibi stipulatione cauissent nullius eorum venditionem extra Heraclæotarum regionem, sed in ipsa regione ac solo naturali factum iri: vt Athenæus lib. 6. Dipnosoph. ca. 7. tradit, his ferè verbis, *μαριανδωνοι μὲν ἠρακλεωταῖς ὑπετάχθησαν, ἡρακλεως ὑποχόρευσι ἐπιτύσσειν παρέχουσι αὐτοῖς τὰ δέοντα, ποροδὲ σελάμυροι μνησὲς αὐτῶν ἔσεσθαι, κράσιν ἔξω τῆ ἠρακλεωτῶν χώρας, ἀλλ' ἐν αὐτῇ μόνον ἰδίᾳ χώρᾳ.* [ *Mariandini sic se Heraclæotis subiecerunt, seruituros se perpetuo stipulati, si qua ad vitam necessaria sunt ἢ suppeditare, & insuper nominatim hoc pacti, extra Heraclæotarum tractum nullum ex suis venum iri, sed in illorum tantam regione fore venalem.* ] Idem auctor paulo post ex Archemaco, & Suidas in verbo *πενέσαι*, etiam refert Arnæntes Bœotorum seipso in seruitutem Thessalis dedisse: hac scilicet lege, vt neque se extra regionem reciperent, neque occiderent, *ἢ ὅστις ἐξέλιπον αὐτοὺς ἐκ τῆς χώρας, ἢ τε δόποι ἐνοῦσιν.* quique sub hac stipulatione ac iure iurando mansissent, inde Menestas, ac subinde Penestas esse nominatos: qui postea ditiores dominis suis euaserint: *παρέδοσαν ὃ* ( ait Suidas ) *αὐτοὺς ἐφ' ὄρωφ ὄπι τῶν μῆτε παθεῖν ἐργαζόμενοι μῆτε ἐκβλεῖναι δόπι τῆς μείνας μὲν ἔσαι καλούμενοι. ὕπερον πένεσαι μετωνομάσθησαν, ὡς ἐφ' ἄρηντος τοῦ χαρακτῆρος.* [ *Dediderunt se sub hoc pacto: se extra regionem non ituros, sed in agris colendis permansuros: adeò vt à Manendo dicti sint Menestas, poste a litera immutata, dicti sint Penestas.* ] In corporibus verò seruituti à victore imperatore addictis, illque vel militi diuisis vel diuenditis præter illam; hæc altera conditio, vt eadem ratione nixa & suffulta, sic etiam non infrequens fuit: de non præstanda, vel intra tempus aliquod captiuis libertate: deque manus iniectioe manumissa extra legem eiusmodi mancipia: Quæ lex & item illa prior à belli ducibus dici primùm cœpit cum captiuos vanales exponerent, aut suis denique sedibus expellerent: ab omnibus deinde, non iure belli, sed emptiois, aut alio deniq; vel gentium vel ciuili iure dominis mancipiorum effectis vsurpata & more populi Rom. comprobata fuit quod nec iniucundum ad

veteris historiarum memoriam repetendam, nec inutile ad intelligentiam locorum Iustinianae iuris aliquot perdifficilium assequendam futurum censeo: Et si ad haec tanquam ad salebras quaedam, nostri maiorum scilicet gentium doctores adhaerescere soleant.

Igitur Augusti principis auspiciis cum essent a Tiberio Scordiscorum ope atque auxiliis adiuto superati subiugatique Pannonij, qui Agrippa mortuo rebellant, ipsos ademptis armis relegandos, & peregre exportandos Tiberius vendidit: καὶ τὰ ὅπλα σφῶν (inquit Dion. lib. 54. hist.) ἀφείλετο καὶ τῆς ἡλικίας τὸ πλεόν ἐπ' ἐξαγωγῇ ἀπέδοτο. Præterea ex Salassis a Varrone Augusti iussu debellatis, iuniores ab illo sub e. lege atque conditione distracti sunt, ne quispiam ipsorum intra vigesimum annum manumitteretur: σωελασέ τε (ait idem historicus lib. 53.) τὸς ἐν τῇ ἡλικίᾳ, καὶ ἀπέδοτο, ἐφ' ᾧ μηδὲς σφῶν ἐν τῷ εἰκοσθῷ ἐλευθέρωθῆν. Itaque Suetonius in Octavio cap. 21. de Augusto, Neque aut crebrius (inquit) aut perfidiosius rebellantes grauiore vnaquam multatus est poena, quam ut captiuus sub lege vændaret, ne in vicina regione seruirent, nevé intra vigesimum annum liberarentur.

hinc & in mancipiis distrahendis, vel etiam in testamentis conficiendis domini harum conditionem alterutram apponebant: Aut poenæ causa: Aut ad suam securitatem, ne periculum subirent: b vt exportarentur mancipia, & vel in regionem, longinquam, vel rus certè ab vrbe Roma, vel Italia, vel exceptis ciuitatibus relegarentur: itémque vt nunquam vel ne intra certum tempus manumitterentur: Siquid aduersus ea fieret, vt venditori poenam emptor præstaret, aut esset manus iniectio nonnunquam & illa (sed grauior & non ita frequens) adiciebatur conditio, vt distracti serui sub vinculis haberentur: quarum trium conditionum Vlpianus alicubi mentionem facit, vt eas olim distractioni mancipij appositas, id si rursus vaneat, prædici emptori (hoc est palam ac rectè pronounciari) nunc quoq; à venditore oporteat: ne alioqui actione ex ædilitio edicto teneatur. Ac de ista quidem non manumittendi serui legi, vel, vt perpetuò (quod idem est) seruiat inter viuos testamento ac à priuatis aut etiam à magistratibus dicta, & veluti poena quadam seruo malè merito irrogata Marcianus, d Vlpianus, e & Paulus iuriconsulti, Gordianus etiam & Valerianus atq; Gallienus Imperatores mentionem faciunt: de illa verò exportandi serui lege siue conditione (quæ hanc etiam quodam modo continet) i inter viuos aut testamento dicta, esse accipiendum censeo, quod apud Suidam ita scriptum legimus, ἀρὰ γὰρ καὶ καὶ τὸν δούλον, καὶ ἐπ' ἐξαγωγῇ ἀποδοῦναι, ἢ εἰς τὸς ἀδικημάτων δεσμοὺς ἐναποθανεῖν: [ Oportet seruum punire, & deportare, aut permittere vt in vinculis impostis moriatur. ] sequitur deinde quod Suidæ, illa cum intelligeret explicare tentanti tribuo: ἀντὶ τῷ δεσμῷ ἀφέσει: nam ita pessimè ἐξαγωγῆ interpretatur: Deinde alterum τῷ ἐξαγωγῆ exemplum adfert, ὃ δὲ πλεὺς διέμαρτυρον αὐτὸν φησὶν τῷ ἀποδοῦναι εὐπαθεῖν, ὅτι τῷ μετρίως πωληθέντι ἡγάγε, καὶ πλεὺς ἀδελφῶν ἐπ' ἐξαγωγῇ πέπρακεν. Et alibi, ἐπ' ἐξαγωγῇ (inquit) ἕμας ἰσοῦτο ἰσῶδους, εἰς τὸ ἐξαγωγῇ ὁπωρασκεῖ, δειλίας καὶ ἀποδράσεως τμήμα

a l. 2. C. qui nō poss. ad liber. peru. bl. j. D. ser. export. c l. quis est fugitiuus. 17. §. pe. D. de ad. edi. d. l. ille. 9. §. vlt. D. qui & à quibus manumitt. si lib. non fiant. e l. 3. §. Hi quoque D. ad Syllaniz. r. seruum filij 46. §. si idē. de leg. r. l. 4. §. in illis. D. de manumisso. f l. Seruus hac lege. l. 12. D. de manumif. g l. pen. C. si mancip. ita l. fuer. alie. vt manumit. vel contrā & l. 7. C. de te. manum. h d. l. 2. C. qui nō po. ad liber. peru. i d. §. in illis. k in vocabulo ἐξαγωγῆ.

φρόνητος, δούλος ἔσθ). Sic & ipsum alicubi in orat. καὶ τιμοκρέτους, Demosthenem loquutum reperio, & ad hanc exportationis legem aspexisse censeo: ὁ δὲ οὖν πλεὺς μὲν ἀδελφὸν (ait) ἐπ' ἐξαγωγῇ φησὶ μὲν ἐκδοῦναι, ἀποδοῦναι δὲ ἐπ' ἐξαγωγῇ. [ Qui igitur sororem relegauit, re ipsa vendidit ] & alibi, in orat. καὶ Αεισογείτονος α. ἀλλ' ἀδελφὸν γ' ἐπ' ἐξαγωγῇ ἀποδοῦναι, ὡς φησὶ τὸ ἔκκλημα τῆς δίκης, & Aristidem rhetorem, ἐν κοινῇ ἀπολογία vbi de Platone ab Archita Pollidi iussu Dionysij tradito, vt venderetur: καὶ ἀποδοῦναι δὲ ἔσθ' ἄλλ' ἀδελφὸν ἀνδρὶ σπάρτιατι Πόλλιδι, καὶ ἐπ' ἐξαγωγῇ ἔσθ' ἡ βίβρατος, ἀλλ' ἀποδοῦναι ποσὲ ἄξεν, ἀποδοῦναι τὸν ἀεισον οἰμοὶ τῷ ἑλλήνων ὁπωρα ἀνδραποδόν τῷ ἐπ' ἐξαγωγῇ: [ Post illa amicissimus ille tradit te viro Spartano Pollidi, neque ibi desisti ab iniuria sed mandauit etiam vt venderetur: venditum autem probolor, fuisse virum Græcorum optimum, tanquam mancipium ad vincula relegare. ] cuius rei Diogenes quoque Laertius lib. 3. de vita philosophi in Platone meminit. Cæterum de hac exportandi lege integer est ex Imperatorum Seueri, Antonini & Alexandri rescriptis compositus in codice Iustiniano titulus ille, lib. 4. tit. 55. Si seruus exportandus vaneat. Extant & in Pandectis responsa quædam a Papiniani Pauli, Vlpiani, Marciani iuriconsultorum, qui sub illis Imperatoribus florere, in titulo de seruis exportandis: Vnum præterea Vlpiani eiusdem in titulo de ædilitio edicto, b itémque in titulo de manumissionibus c alterum: tertium denique in titulo, Qui, & à quibus manumissi liberi non fiant d quod postremum equidem ab Accursio, à Bartolo, à doctis indoctis (vt semel dicam) omnibus & veteribus & nouis Doctoribus, adhuc perceptum non fuisse, mirari satis nequeo: veruntamen sic habet: Nam cum ista iuriconsulti verba sint, Seruo competere non potest libertas, si relegatus moratus sit in vrbe: quæ his totidem Græcis in Basilico. li. 48. tit. 7. sunt reddita, ὁ ἐξοειθεῖς δούλος εἰ ἐν Ρώμῃ ἐξέγει, εἰ ἐλευθέρωται, vel εἰ ἐν ἐξοειθεῖς οἰκίῃ τῆς ἀπὸ Ρώμης ἐξελθῆναι ἐν Ρώμῃ, εἰ δὲ ὑβραται ἐλευθέρωται. [ Relegatus seruus qui fuerat, si Roma habitat, non fit liber. vel si aliquis famulus Romæ eiectus, Roma commoratur, non potest libertate donari ] Ad seruum exportatum ea nemo quisquam aut Latinorum interpretum aut Græcorum retulit.

a l. 1. & 3. l. 5. 7. & 9. cod. tit. b d. l. quis est fugitiuus. 17. ad finem. c d. l. 4. §. in illis. d l. 2.

De seruo exportari iusso & manumisso: ad l. 2. D. Qui & à quib. Exposito præcipue. §. omnibus l. hos accusare. D. de excusat. Relegationem, de portationem, similem de capitis poenam seruilem non esse ostenditur. De metalli operisque metalli poenæ origine, & rimum operis publici poena seruilis sit: Tentata emendatione l. in seruorum. in princ. D. de poen. & l. Pædins. §. Nam plurimum. D. de incen. rui. & naufr. In opus publicum dandos fustibus ante à cedi: conciliata l. seruus in opus cum d. l. in seruorum de poen. Operis publici poenæ origo. De poena donationis ad remum. Exponuntur præcipue l. 2. C. de sepul. viol. l. si quis delegauerit. de nouat. D. & l. vnica. C. Th. de mulier. quæ ser. prop. se iunx. De adulterij poena. Exilij

*Varia significationes demonstrantur: explicata & emendata l. exilium.  
5. De interd. & releg. & ibi de lata fuga. Relegationem à priuatis pa-  
tribus fam. indictam filijs fa. libertis & verò seruis ostenditur: duriorém-  
que rusticam fuisse quàm urbanam seruitutem. Altera postremo adfer-  
tur interpretatio ad l. 2. D. Qui & à quib. manum. lib. non fiant.*

## CAPVT V.

**E**ST illud instituti nostri, vt ea scriptis mandemus, non modo quæ  
Accursius, Bartolus, quique ipsorum sectam in iuris ciuili explicati-  
one secuti sunt: sed & quæ recentiores aliquot, melioribus literistin-  
cti non attigerunt interpretes:

*— inuat immemorata ferentem*

*Ingenuis oculisque legi, manibusque teneri.*

**Q**uamobrem quod ait Vlpianus<sup>a</sup> competere seruo, qui relegatus in vr-  
be moratus sit, libertatem non posse: id equidem (quod bona omnium  
qui ante nos fuere, venia dictum sit) non satis intelligi profiteor: primus  
ipse ita interpretor, vt seruus exportari iussus, quique sub ea lege vānie-  
rit, testamentōve relictus sit, ne in vrbe, in Italia, in patria moretur, &  
(vt aiunt Græci) ἐξουσίᾳ post exportationem quidem manumissis  
atque ita liber effectus antequam fides rumpetur, si in exceptis ciui-  
tatibus deinde conuersatus fuerit, fisco in perpetuam seruitutem eadē  
lege vindicetur: post exportationem nondum manumissis seruus si  
deinde in locis prohibitis moratus fuerit, non ideo petatur in publicū,  
sed iniiciendæ manus, aut petendæ pœnæ promissæ facultatem prior  
dominus habeat, vt à Seuerō & Antonino rescriptum est<sup>b</sup>: Ac de his  
quidē casibus non agat Iurisconsultus, sed de illo eum antequam legi  
exportationis satisfactum esset, seruus de facto (vt verbo Scholastico  
vtar) manumissus fuerit. Nam ante exportationem frustra & inutiliter  
manumittitur: nec ex huiusmodi manumissione competit libertas ei,  
qui contra veteris domini præscriptū in vrbe moratus sit. Et hoc qui-  
dem haud dubiè sensit eo loci Vlpianus, Alexandri principis (in cu-  
ius consilio ipse fuerat, Lampridio teste) constitutionem<sup>c</sup> sequutus:  
qua definitur, Ancillam quæ exportanda vāniit, exportata est, sed ab  
emptore in eadem ciuitate morante empta & manumissa est, aduersus  
legem venditionis liberam fieri non potuisse: quamobrem Iuriscon-  
sultus idem alibi constitutionem siue Diuorum fratrum epistolam<sup>d</sup> ad  
Vrbium Maximum (qua is, qui suis nummis emitur, in eam conditio-  
nem redigitur, vt libertatem adipiscatur) posteaquam in illis seruis nō  
interuenire respondit, qui in totum ad libertatem perducī nō possunt:  
statim hæc exempla subiicit, vtputa si exportandus est, vel hac lege vā-  
nierit, vel testamento hanc conditionem acceperit, ne vnquam manu-  
mitteretur: Sequitur deinde apud Alexandrum, Et ideo aditus à te  
procurator meus partibus suis fungetur. Ex quibus verbis id aperte  
colligitur, in specie ab Vlpiano proposita, seruo exportari iussu, & eū  
exportatus non fuerit, manumisso non modò libertatem non compe-  
tere:

<sup>a</sup> l. 2. D. qui  
& à quib.  
man. lib. nō  
fiant.

<sup>b</sup> l. 3. C. si  
ser. expor-  
tanteat.

<sup>c</sup> l. 3. C. co-  
tit.

<sup>d</sup> l. 4. in p.  
D. de ma-  
num.

<sup>e</sup> d. l. 4. §.  
in illis san:

tere: sed etiam seruum ipsum aut priori domino addici, qui sibi manus  
iniectionem exceperit, aut certè interueniente Cæsaris procuratore fi-  
sco applicari: quemadmodum fisco etiam addici ostendimus, si post  
exportationem manumissus, ad prohibitum locum sine prioris domi-  
ni (qui legem exportationis dixerat) voluntate acceperit, ibique com-  
moratus fuerit. Sed hoc interest, quod posteriore casu, ex postfacto  
reuocatur præstita libertas, quæ semel competiit: priore casu liberta-  
tem reuocari non possumus dicere: quod nunquam competiit, quæ  
inutiliter post fidem ruptam & contra vetusti domini voluntatem fue-  
rit imposita seruo nondum relegato, quem is exportari iusserat. Nam  
quod relegatum in supradicto loco Vlpianus ait, optimè ita exponi-  
mus (vt arbitror) Exportari seu relegari iussu: quandoquidem sub-  
iicit, Moratum esse in vrbe: hoc est, relegationis legi non paruiffi:  
quemadmodum & apud Impm.<sup>a</sup> lege venditionis exportata mancipia  
dicuntur, de quibus relegandis & exportandis conuenient: quamuis le-  
gati nondum satisfactum fuerit. Relegatum verò aut exportatum seruum  
in hac quæstione, id est ab vrbe distractum atque alienatum (vt verbo  
Imperatorum<sup>b</sup>, quod ipsum de alienis mancipiis, vt exportarentur, ve-  
ditis exponendum est, vt ar.) & relegatum iussu priuati, non iussu magi-  
stratus intelligimus. Et tamen quomodo in liberis hominibus si quis  
ita relegetur, vt ei patria interdicitur à magistratu, eum etiam ab vrbe,  
si vt aliqua ciuitate interdicitur, eum & vrbe & patria sua abstinere de-  
bere constitutum est, id quod Iurisconsultus<sup>c</sup> scribit, atque adeò etiam  
Italia (vt arbitror) interdictum videtur, vt & vrbe, cui non licet in pa-  
triam accedere: sic & in seruis hominibus à priuato relegatis, ab Ale-  
xandro<sup>d</sup> rescriptum est, vt qui exportandus à domino de ciuitate sua  
vāniit, nec in vrbe Roma morari debeat: qui autem de provincia cer-  
ta, non modò non in vrbe, sed neque in Italia. Quæret fortasse quis-  
piam, cur non igitur vt à priuato, sic à magistratu seruus relegari pos-  
sit? Respondeo pecuniariam vel bonorum publicationis, itémque capi-  
tis, hoc est infamiae vel exilij cuiuslibet siue temporarij, siue perpe-  
tui, vt puta relegationis, deportationis, interdictionis pœnam, libero-  
rum esse, non seruorum hominum, idque, vt ex quodam Venuleij Sa-  
turnini<sup>e</sup> responso rectè colligitur, ita summam & perspicuam (nisi me  
fallit animus) rationem habet: nam sanè incommodi, damniue quid-  
piam eum qui damnatus est, omnino perpeti conuenit, vt aliquam  
pœnam sustinere intelligatur, quæ deteriore non meliorem damna-  
ti conditionem facere debet: ideoque vt immunitatem non tribuit,  
ita nec dignitatem, nec aliud quidquam quod beneficij loco cenferi  
queat<sup>f</sup>. Quamobrem pecuniæ, bonorumve, itémque capitis, siue fa-  
mæ, ac nominis iacturam facere, præterea capite minui, & ciuitatem  
aut etiam domicilium amittere seruus (cum hæc ipsa non habeat) non  
potest: eadem ratione in exilium mitti, deportari aut relegari non  
poterit, cum & facultatibus & capite (hoc est iure ciuitatis, & existi-  
matione) careat: quamobrem ἀτιμω seruus à Græcis dicitur (aucto-  
re Suida, cuius istud est, ἀτιμω δὲ οὐλος ἄρα τὸ τιμῆ ἀτιμω, καὶ κτλ.)

<sup>a</sup> l. 1. C. si  
ser. expor-  
tan.

<sup>b</sup> Quoniā  
C. ad leg.  
Fau. de pla  
8. ar.

<sup>c</sup> l. Relega-  
torum 7. §.  
constitutū  
est. D. de in-  
terdic. & re-  
leg. l. 1. §. si  
mili modo  
D. de ef-  
fra. §. 1.  
d. l. vii. Co.  
si seruus  
export.

<sup>e</sup> l. hos ac-  
cusare. §. o-  
mnibus. D.  
de accusa.

<sup>f</sup> l. Relega-  
torum 7. §.  
vlt. D. de  
interd. &  
releg.  
g argu. l. ne  
quis offi-  
cialium 38  
de decur.  
lib. 10. C.  
vbi Cuiac.

a l. 1. D. de noxa, a. d. facit l. quis cit fugitivus 17. §. quod aut. D. de ed. ed. l. miles. §. j. de re iudic. b l. Lucius Titius, xi. §. vlt. D. de e. nictio. c l. hæc stipulatio 200. D. de verb. fig. d l. i. §. ite si quod. l. cu aut. §. excipitur. D. de ad. ed. elib. 3. fl. circ. c. i. d. e. §. vlt. D. ad leg. Cor. de sic. g Paul. li. §. sent. tit. 17. h l. si quis mihi bona §. si quis pla nē. D. de ad qu. her. i l. seruo C. de pœnis. k l. aut dā. nū. 8 §. seruos in metallū. & §. vlt. D. de pœ. iun. ca. l. fratres. l. in metallū. 36. eo. ti. C. de bo. pro. fer. l. incre. dibile. l. fer. uis. C. de pœ. l. 4. C. de sent. pass. l. r. C. qui nō pos. ad libe. per. l. l. humilē. C. de ince. vel inn. sti. m l. manda. tis. 35. D. de pœn. n l. incre. dibile. l. me. talli. ut. C. de pœn. o l. in ser. uorū iūcta. l. capitulū. vlt. tit. 4. li.

συγκοπῶ ἀτμῶ) & illa denique seruus non habeat, quæ huiusmodi pœnis inflicis amittuntur, & quas si subeat, melioris quàm antea conditionis futurus sit: utpote dominica potestate quodammodo, propter locorum interuallum, liberatus. Ergo ex priuatis seruorum noxis ac delictis agitur in dominum noxalibus actionibus, quarum actionum ea vis & potestas est, vt liceat deditioe ipsius corporis quod deliquit, euitare litis æstimationem, vt Caius<sup>a</sup> tradit: ex iis verò noxis, quæ publicè coërceri solent<sup>b</sup>, quæ publicam executionem & coërcitionem capitalem habent<sup>c</sup> (quamobrem capitales fraudes nominantur<sup>d</sup>) id est ex publicis, vel extraordinariis criminibus, dolo malo & per nequitiam admissis, in seruum grauiore, quàm relegationis vel deportationis pœna sit, supplicio plerumque vindicari atque animaduerti oportebit. Seruiles pœnæ sunt (vt de suppliciis extremis interim taceam) metallum & opus metalli: has verò pœnas ab Ægypto in Romanam Rem publ. translatas, ex Diodoro Siculo<sup>e</sup> didici, qui ob aliquod maleficiū aut facinus damnatos, itémque captiuos metalli à regibus addici solitos, vt vinciti opus facerent, his verbis refert, οἱ γὰρ βασιλεῖς τῆς Αἰγύπτου τοὺς ὀπί κακουργία καὶ ἄδικα δέντας, ἐ τοὺς κτ' πόλεμον ἀίχμαλωτι δέντας, &c. ἠδὲ ἀδύνασι πρὸς τ' ἑ. ἄλλοι μεταλλεῖαν ἀμα μὲν τι μωεῖαν λαμβάνοντες ἠδὲ καὶ ἰνωδέντων, ἀμα ἃ ἑξ ἑξ ἔργαζομένηων μεγάλας ποροδὲς λαμβάνοντες, &c. [Reges Ægypti ob maleficiū damnatos, & bello captos &c. ad metalla tradant, atque vnā cum illa pœna, magnum prouentum percipiunt ex operibus quæ fiunt ab his condemnatis.] Sunt & seruiles pœnæ huiusmodi, vt in ludum venatorium siue ad bestias<sup>f</sup>, addo itémque ad ferrum, gladium, ludumque gladiatorium (seruus damnari possit<sup>g</sup>: quo genere pœnæ seruus efficitur<sup>h</sup>. Item vt in perpetua, vel temporaria vincula detur, & hoc casu proprietatis ius amputatum non sit (vt Impp. aiunt<sup>i</sup>) sed seruus eius remaneat, cuius ante damnationem fuerit. Hæc omnia Vlpianus<sup>k</sup> docet: quæ aliquo temperamento adhibito debemus ita exponere, vt metalli supplicium ad personas quoque liberar, sed plebeias & humilioris conditionis pertineat, vt puta libertos, vt arenarios, scenicos, lenones, tabernarios (hi namque omnes humilium abiectarumque personarum nomine, non minus quàm serui, comprehenduntur, idque Imperatores<sup>l</sup> Valentinianus & Marcianus ita explicant) vinculorū perpetuorum pœna non itidem, quæ vix in sola seruorum conditione potest procedere, vt ab Imperatoribus Adriano apud Callistratum<sup>m</sup>, itémque Antonino & Gordiano rescriptum est<sup>n</sup>. Ad superiora ex Macro<sup>o</sup> addatur, hoc quoque genere plecti seruum, vt flagellis, interdum etiam sub pœna vinculorum, ad certi temporis spatium cæsus, domino reddatur: quo casu, si non recipiatur, vānundari, & si emptorem non inuenierit, in opus publicum & quidē perpetuum trahi iubetur. Sed quod ait Macer de opere publico, sic accipe, vt cum alia atq, alia pœna plerūque sit apud Iuriconsultos operis publici, & metalli aut operis metalli, ad eò quidem, vt hac qui subeat, libertatem amittat, & pœnæ seruus efficiatur: vt in si. D. de pœ. vide Paul. li. §. sent. tit. 4. de iniur. §. vlt. & titu. 18. de abactor. p Paul. §. vlt. tit. 4. li. §. sentent. l. Sed si vnus §. cum seruus. l. vlt. D. de iniur.

ficiatur

ficiatur: in opus publicum autē qui detur, exemplo deportati liber maneat, ciuitate sola plectatur, & ἀπολις fiat, vt est eleganter à Marciano<sup>a</sup> traditū: id eò vel opus metallicū scripsisse aut scribere voluisse Maerum Iuriconsultū asseueremus, non etiā opus publicum, vel certè, cum hoc lata vocabuli significatione, metalli quoq; aut operis metallici (sic enim à Callistrato<sup>b</sup> nominatur) pœnā cōplecti nihil prohibeat (quandoquidem eos, qui ad metallū aut opus metalli dati sunt, opus publicū face-re nemo inficiari possit) id eò sic opus publicum apud Maerū interpretemur, vt non in publicum quodlibet, sed in id quod pœnæ seruili con-gruerit (id est in metalli publicum opus, quod metallicum dicitur) i-plāmve metalli pœnam in perpetuum seruus tradi iubebatur, quem dominus sibi sub vinculorum pœna restituendum recipere noluerit. Nam & (auctore Paulo<sup>c</sup>) qui se suis nummis redemptum non probauerit non modò libertatem petere non potest, sed amplius eidem domino sub pœna vinculorum redditur: vel si ipse dominus molit, id est si nolit seruum recipere, in metallum seruus damnatur. Et in eadem specie Marcianus<sup>d</sup> ait eum qui se suis nummis emptum intenderit nec impleuerit, in opus metalli dari, nisi fortè dominus reddi sibi eum ma-luerit, vtique non maiorem ex ea causa pœnam constituturus. Denique quo casu si grauior forsitan præda ex incendio, ruina, vel naufragio, vi-appetita videbitur, liberi in triennium relegantur, qui sunt altioris di-gnitatis: qui verò sunt humiliores, tenuiores, sordidiores fustibus cæsi in opus publicum eiusdem temporis dantur, eo casu serui flagellis cæsi in metallum damnantur, ex Antonini Pij rescripto, quod apud Paulū Iuriconsultum extat<sup>e</sup>: apud quem haud sine mendo transpositis ver-bis (vt obiter moneam) hodie legitur ita, Liberos quidem fustibus cæ-sos in triennium relegabis, at si sordidiores erunt, in opus publicum e-iusdem temporis dabis: Cum ij qui relegandi sunt, fustibus cædi nō so-leant: verberum admonitio siue coërcitio plebeiis: relegatio honestio-ribus infligatur, vt puta veteranis, eorūque filijs<sup>f</sup>, id eò què illud, Fu-stibus cæsos, ad posterius membrum referre oporteat: siquidem vel in vnus anni publicum opus, nisi prius fustibus cæsi non dantur<sup>g</sup>: hone-stiores verò (vt puta decuriones, & veterani, eorūque filij) neque o-peri publico addicuntur, neque fustibus subiiciuntur<sup>h</sup>: sed soli tenuio-res & plebeij homines, idque principalibus rescriptis specialiter expri-mi Callistratus<sup>i</sup> docet: hos tamen humilior loco positos interdum & in exsilium perpetuū, vel cum coërcitione corporis (hoc est fustium ca-stigatione) dari iussos, quo casu in aliqua dignitate positi ad tempus re-legantur, aut partis bonorum publicationē sustinent: cum sit à nostris disertè traditum, <sup>k</sup> negare nolimus: sed liberos tamen homines relegari, non seruos: liberos autem non honestiores, sed vtique plebeios coërc-tionem corporis, verberumque admonitionem, seruos homines fla-gellorum castigationem vinculorumque verberationem pati asseue-ro. Cæterum operis publici pœna, si hoc vocabulum generaliter ac-

pœna autem D. de extraord. k l. i. §. vlt. D. ad leg. Corn. de sicar. iun. §. item lex Julia in fine. Instit. de public. iudic. & Nouella 12. de incest. nupt.

a l. quidam sunt 17. de pœ. iun. ca. l. j. C. eo. ti. b l. Capita-lium §. & vt generaliter D. de pœn. c l. Si quis aliquid. 2. §. qui se suis. eo. ti. D. de pœnis. d l. Si quis dicat §. D. de manu-miss. e l. Pædus 4. §. Nam plurimū. D. de incēdio ruina & naufrag. f l. honor. §. C. de pœ. iun. ca. l. j. §. quanquā autem. D. de abig. g l. vi. in fi. D. de effra. l. 2. §. j. D. de termi-no mo. Pau. lib. 5. sent. tit. 18. de abacto-rib. l. in ser-uorum. D. de pœn. h l. decurio nes §. C. ex quib. caus. inf. itrog. & l. 3. decu- rionem. C. de pœn. l. 2. §. in filiis. D. de decu. l. r. & 3. D. de priuil. veter. i l. capita-lium. §. nō omnes & §. & vt gene-raliter: iun. ca. l. in ser-uorū D. de pœnis & l. penu. §. mi-nuitur. D. de var. & extraord. cognit. l. an nonam. §.





ſerui. Difficilis profecto nodus, & penè inextricabilis, vindicæque (vt ait poeta) dignus est: cui dissoluendo, nequidquam truci præditum supercilio ac horridum aliquem, ex barbatis (penè dixi barbaris) illis leguleiis magistrum adhibeas: sed nisi mundiores & castiores aliquot ex elegantissima ista Iurisconsultorum recentiorum schola, tanquam deos ex machina excitaueris, haud scio an expedire villo modo possis: Et nihilominus, interim dum eos quispiam huc ad nos arcessit, adferam ipse aliquid in medium, sed more meo, id est sine villo verborum ornatu & sine phaleris: quod non alienum à vero videatur. Posteriorius membrum in quo de relegatione agitur, non vtique ad seruum (de quo in priore membro tractatum fuerat) sed ad ipsum dominum referri conuenit: vt ipse cuius mandato ac iussu seruus sepulchrum violauerit in insulam relegetur, non item seruus: qui etsi mitius aliquanto interdum plectitur, quando non sponte, sed vt imperio dominico pareret, in se aliquod facinus admiserit<sup>a</sup>: attamen, cum hoc ipsum atrocitatem quandam habeat, factori seruo ex vulgata iuris regula<sup>b</sup> non ignoscitur, præsertim vsque eò vt insolitam, & aliam à seruili, hoc est relegationis poenam subeat. Ne autem, quod in eo Constantij rescripto tam velox à seruo ad dominum transitus fiat, ex nostra quidem interpretatione, id quispiam improbet: operæpretium esse arbitror: vt admoneam exemplo non carere. Nam & in Maioriani nouella de susceptis & occultatis curialibus lib. 4. Nouel. tit. 1. & in quodam Imperatorum Valent. Theodosij, & Arcadij rescripto, d. l. Seruos. vbi de seruorum supplicio, qui sponte vim fecerint, actum est, subiicitur statim de poena dominorum, quorum iussu id facinus admisum fuerit: & Paulus ipse Iurisconsultus de plagij crimine similiter, Si seruus (inquit<sup>c</sup>) sciente domino alienum seruum subtraxerit, venderit, celauerit, in ipsum dominum animaduertitur: quod si id domino ignorante commiserit, in metallum datur. Rursum nequis ex ipsa verborum collocatione ad impugnandam nostram opinionem argumentum ducat, quasi hæc scilicet verba, Si verò domini auctoritate vel iussione, relegatione plectetur, vt ad seruum referantur (de quo antè loquutus est Imperator) exposcere naturalis ordo videatur: Equidem domino etiam optimè coaptari, quamuis nemo paulo humanior, aut certè in auctorum iuris lectione aliquantum exercitatus negare possit: attamen, vt iis, qui non ita facile quiduis concoquunt, satisfaciatur: hoc ipso genere Paulum Iurisconsultum<sup>d</sup> scripsisse doceo quod sequitur: Si quis delegauerit debitorem: qui doli mali exceptione tueri se posse sciebat: similis videbitur ei qui donat: quoniam remittere exceptionem videtur. Etenim (vt vt concepta verba sint) hoc sentit haud dubiè Paulus, ei qui donat similem videri debitorem scilicet qui delegatur: qui se delegari à creditore (aduersus quem exceptione tutus erat) ipsius creditoris creditori patitur: non creditorem, qui delegat. Porro ex Iurisconsultis politioribus quidam, vt seruos relegari posse comprobet, hoc argumento vtitur: Lege Iulia de adulteriis coercendis nominatim seruos comprehendi: cuius legis poena sit relegatio:

a l. seruos. C. ad leg. Iul. De vi. b l. ad ca. 157. D. de reg. iur. vbi scripsit.

c lib. sent. 5. sub. tit. ad leg. Fab. in fragm. Plinthæan. tit. 24. de plagiar.

d l. Si quis delegauerit. 12. D. de nouatio.

gatio: quapropter hanc seruis poenam conuenire, vt liberis. Id verò argumentū (opinor) vt non est necessarium, ita facili negotio diluetur atque labefactabitur. Nā & si hoc dederim lege Iulia de adulteriis seruos accusari posse<sup>a</sup>: de quibus nominatim ipsa lege caueatur: <sup>b</sup> Ex eo tamen haud quaquam sequitur, legis Iulianæ poenam esse relegationem: præsertim cum nullo iuris nostri loco, sine aliqua controuersia euinci possit. Sed & si hoc fateamur, quod Iurisconsultus<sup>c</sup> annuit, vbi eum, qui adulterium cum incestu admiserit, ob duplex crimen deportandum (ex ipso Iulianæ scilicet legis tenore) scribit: tanquam ex simplici adulterij crimine deportari non debeat, sed relegari: quod aliis nonnullis ex iure nostro petitis argumentis: quod plurimis denique veterum auctorum testimoniis<sup>d</sup> indicatur: vno autem apertissime demonstratur, Cornelij scilicet Taciti<sup>e</sup>, quo loco exsilium (hoc est deportationem in insulam) vt legitima poena gratiorem, ab inclementi Cæsare ex adulterij causa inflictam significat: nihilominus tamen, verisimile mihi profecto non videtur, quæ liberis & honestioribus, eandem seruis quoque poenam, non multo grauiorē (vt affolet<sup>f</sup>) ipsa lege fuisse propositam: cum & in liberos quoque Iulius & Octauius Imp. id crimen capitis poena (hoc est ultimo supplicio) vindicasse dicantur: licet ipsis gratissimos atque acceptissimos, vt Suetonius<sup>g</sup> refert. Adde quod iure cōstitutionibus inducto, vel populi Rom. moribus recepto, iā inde ab Alexandri Seueri principis & Iurisconsultorum nostrorum temporibus, adulterij (quod cum homicidio, veneficio, raptu, maiestate, inter atrocissima crimina connumerabatur<sup>h</sup>: si nō sanguinis, capitali certè nonnunquam, veluti deportationis poena, vindicatum & in liberos fuisse: cō pluribus nostrorum<sup>i</sup> aliorumque idoneorum auctorum<sup>k</sup> aduocatis auctoritatibus ostendi possit: & hoc argumentum propemodum necessario conuincitur: quod cum aduersus absentes poena vsque ad relegationem statui, non grauior ipsis irrogari debeat<sup>l</sup>, eam, quæ inter reas adulterij recepta est, absentem defendi atque adeo damnari non posse responsum est<sup>m</sup>. Denique nusquam reperias ex adulterij aut alius criminis causa, seruum olim esse relegatum.

Obstare non parum videtur, quod de mulieribus, quæ se seruis propriis iunxerunt, Constantinus Imp. ad populum scribens<sup>n</sup>, Ante legem nupta (inquit) tali consortio segregetur, non solum domo, verum etiā prouinciæ cōmuniōne priuata, amati abscessum defleat relegati. Quæ verba Tribonianus in Iustiniani codicem non retulit: cum reliqua eius constitutionis, vt in Theodosiano, sic in Iustiniano codice legantur. Quid igitur dicemus? Et malit fortasse quispiam hæc relegatum seruum interpretari, eum, qui relegatæ extra prouinciā dominæ cōsortio priuatus fuerit: Nam id Constantino mentis fuit, ne seruus relegatā dominam in exsilium sequeretur, cum qua stupri consuetudinē ante legem illam habuisset. Sed (vt verum fatear) non arridet interpretatio eiusmodi: nec tamen, qua meliore via modòque me isthinc extricem, habeo: nisi quod improprie loquutum Imperatorem Relegati generale nomē ad metalli poenam accommodasse, non sine ratione quispiam tentauerit. m l. miles. §. Ea quæ D. ad l. Iul. de adul. n l. ynica. C. Th. de mulier, quæ se seruis propriis iunx.

a l. seruos in prin. D. de accusat. b l. Si postulauerit. in princ. & §. vlt. D. ad l. Iul. de adult.

c l. Si quis viduam. D. de quaestio vide Cuiacium ca. r. li. 6. obser. d vide Brisson. in lib. sing. de adulter.

e lib. 4. vbi sic est, Cæsare obiecta sibi aduersus reos in clementiā eo peruicacius ample xus. Aquilia adulterij delatam cum Vario Ligure, quæ quæ Lentulus Gerulicus consul designatus lege Iulia damnasset, exsilio puniuit.

f l. in seruum l. capitali §. vlt. D. de poen. g in Iulio. cap. 8. & in Octauio. cap. 67.

h l. r. C. The. Quor. appella. nō recip. l. r. C. Th. de poe. i l. miles. D. ad leg. Iul. de adult. l. castitati. §. r. C. cod. tit. k Apuleij li. 9. de astino aureo, & Atrobij lib. 4. aduer. gentes l. l. absentē §. r. D. de poenis.

Veruntamen propè est vt Constantini, posterorùmque Imperatorum temporibus relegationis pœnam seruis quoque hominibus interdum infligam fuisse concedam : cum alibi<sup>a</sup> quoque serui qui vetito intra urbem habitu amicti fuerint, quia pudoris non possunt dispendium sustinere (vt verbis constitutionis<sup>b</sup> vtat) exsilij pœnam subire, alibi etiam operi publico vendicari iubeantur: quarum pœnarum neutra in seruos tempore Iurisconsultorum (quorum quidem in Pandectis extant responsa) caderet : quanquam hinc quoque & opus publicum (vt apud Macrum antè diximus) de opere metallico, & exsilium de metallo vel opere metallico exponere (cum impropiè nec Latine interdum recentiores loquantur Imperatores) nihil vt puto prohibet : præsertim cum relegationis vocabulum, non modò deportatis apud Tacitum & Plinium (id quod alij<sup>c</sup> notarunt) verùm etiam damnatis in metallum in vetusta quadam historia<sup>d</sup> tribuatur: vbi sic est, Cum autè peruenissent ad locum exsilij, inuenerunt ibi ad secunda saxa, amplius quàm duo millia Christianorum diuturna relegatione damnata. Manet itaq; quod diximus, relegationis pœnam in seruum non cadere, ideòque seruum relegatum à magistratu in Vlpiani responso non posse intelligi. Quod enim somniat Bartolus<sup>e</sup> pœnam relegationis ac deportationis in seruum quadamtenus cadere, id est si non ad hoc vt perdat libertatem vel ciuitatem quam non habet, ac certè ad istud vt libertatis ac ciuitatis consequendæ ius amittat: futile omnino ac nugatorium videtur: Nam cur, etsi maximè infligi seruo posset (quod nos summa cum ratione pernegamus) libertatis spem impediret deportatio aut relegatio, cum harum vtraque liberis hominibus conueniat: ipsi que libertatem, sed & relegatio ciuitatem non adimat? Quod enim ab Imperatoribus<sup>f</sup>, & à Papiniano<sup>g</sup> dicitur, Si seruum iudex sub vinculo- rum pœna domino reddi iusserit, temporaria vel perpetua vincula libertatem impedire: id hanc rationem habet, quoniam seruilis est pœna vinculo- rum, nec potest idem & liber esse & vinculis damnari, aut pignori obligari<sup>h</sup>: Quamobrem durante causa pignoris, competere seruo libertas non potest (vt suo loco postea demonstrabitur) non magis quàm statulibero pœnæ seruo effecto, si post damnatione statutæ libertatis conditio extiterit. Nihil enim ipsi damnato proficere conditionis euentum Vlpianus<sup>i</sup> ait: Meritò: cum idem & liber & pœnæ seruus esse non possit: At qui relegatus, cum liber & ciuis maneat, ideò relegationem liberis hominibus, non seruis conuenire verum est. Nec mutat quòd metalli pœnam seruo conuenire ostendimus: in metallum verò quispiam aut opus metalli dari non potuerit, quin simul etiam in metalli fodinas relegaretur, hoc est amoueretur, amandaretur, abderetur: Nam relegationis verbum in Iurisconsultorum nostrorum libris, propriè strictèque sumitur: nec ad metalli pœnam, imò verò nec ad deportationem sine (imperitiàne dicam, an fraude, ac scelere?) porrigi vlla cuiusquam interpretatione potest. Illud quidem certè fateor vocabulorum quorundam in iure nostro nonnunquam augeri significationem aut minui: & ne longius ab hac de pœnis

al. r. c. Th. de habitu. quovti op. lib. 14. ci. 10 b l. vlt. co. tit.

e Cuiac. ad l. r. D. de excusat. tu. d in historia beati Clementis.

e ad l. hos accusare. s. omnibus. arti. 4. D. de accus.

fl. j. C. Qui nō poss. ad libert. p. r. u. g. l. fratres. D. de pœna vinculo- rum. nis. hl. j. s. e. a. r. e. & l. vlt. D. seruo libertas non potest ( vt suo loco postea demonstrabitur ) non magis quàm statulibero pœnæ seruo effecto, si post damnatione statutæ libertatis conditio extiterit. Nihil enim ipsi damnato proficere conditionis euentum Vlpianus<sup>i</sup> ait: Meritò: cum idem & liber & pœnæ seruus esse non possit: At qui relegatus, cum liber & ciuis maneat, ideò relegationem liberis hominibus, non seruis conuenire verum est. Nec mutat quòd metalli pœnam seruo conuenire ostendimus: in metallum verò quispiam aut opus metalli dari non potuerit, quin simul etiam in metalli fodinas relegaretur, hoc est amoueretur, amandaretur, abderetur: Nam relegationis verbum in Iurisconsultorum nostrorum libris, propriè strictèque sumitur: nec ad metalli pœnam, imò verò nec ad deportationem sine (imperitiàne dicam, an fraude, ac scelere?) porrigi vlla cuiusquam interpretatione potest. Illud quidem certè fateor vocabulorum quorundam in iure nostro nonnunquam augeri significationem aut minui: & ne longius ab hac de pœnis

pœnis quæstione discedam: Exsilium propriè aquæ ac ignis interdictionem, deportationemve significat, per quam de ciuitate caput eximitur, & capitis deminutio interuenit. Ciuitate retenta, nemo exsilium sed relegationem propriè pati dicitur, vt Paulus<sup>a</sup> ad edictum scribit. Attamen & exsilio temporario quem puniri dicimus<sup>b</sup> (cum tamen ciuitatem ad tempus amittere, vel ad tempus deportari pœnæ causa nemo possit) relegationem intelligentes, vel interdictionem: quæ & in perpetuum & ad tempus fieri solet<sup>c</sup>. Quin etiam disertis verbis in exsilium salua ciuitate abire, Vlpianus alicubi<sup>d</sup> dixit: & verò apud Iulianum<sup>e</sup> Exsulis nomen ad relegatum, perpetui exsilij ad relegationem refertur tribus apud Marcianum<sup>f</sup> locis: ita vt à deportatione separetur: quemadmodum in quodam Alexandri<sup>g</sup> rescripto: quo diuersum esse iustraditur in eo qui adeptis bonis in exsilium datus, ac in eo qui, cum ipsi deportatio vel quæcunque capitalis pœna irrogata esset, appellauerit: præsertim cum Gordianus<sup>h</sup> quoque Imperator eandem sententiam rescripto etiam suo complexus, pro exsilio relegationem aperte dixerit: quemadmodum distinguntur denique relegatio in perpetuum à relegatione in insulam apud Vlpianum<sup>i</sup>, & ipsam quoque Marcianum<sup>k</sup>: quod assignata insula quasi vinculum quoddam additum pœnam grauiorem efficiat: Vtraque tamen relegatio tam simplex (quæ certorum locorum interdictionem continet: liberumque vt arbitror exsilium, auctore Capitolino, in M. Antonino philosopho dicitur: quod liberam damnato, vbi vellet, euagandi potestatem faciat) quàm quæ sub insulæ exceptione infligitur, & specialiter insulæ vinculum à Marciano l. Exsilium, §. D. de interd. & relegat. vocatur: vtraque inquam relegatio ab eodem Iurisconsulto exsilij nomine designatur: Et præterea lata fuga, id est omnium locorum interdictione: sic enim legere malo apud Marcianum, adductus membrorum proximorum similitudine: quàm, Vt omnium locorum interdicitur: quod omnnes quidem etiam Florentini codices agnoscunt: ipsa tamen loquendi consuetudo, Romanique sermonis ratio repudiat. Nec tamen ideò mutilum Iurisconsulti responsum, aut falsam & ineptam illam triplicis exsilij distinctionem esse arbitror: quod eruditiores nonnulli existimant (quos equidem alioquin, vt alios omnes qui aliquid in studiis faciunt, venerari etiam exemplo Iunioris Plinij admonitus mirarique soleo) sed latam fugam in illo Marciani loco, latum exsilium, latam & cum omnium fere locorum interdictione relegationem accipio, leniorem scilicet insulæ vinculo pœnam: certorum tamen locorum interdictione liberòque exsilio grauiorem: siue quis domo sua, siue domo aliqua vetetur excedere: cuius pœnæ colligi exempla, vt è nostris id est Iurisconsultorum libris, sic ex veteris historiae monumentis à diligenti & studioso lectore poterunt. Equidem memini apud Tacitum<sup>m</sup> de Sylla quodam tale aliquid legere, Perinde tamen quasi conuictus esset, cedere patria, & Massiliensium mœnibus coerceri iubetur: Et de Iulia<sup>n</sup>, ob impudicitiam olim à patre Augusto Panderia insula (hoc fuit insulæ vinculum) mox oppido Raeginorum,

al. r. De public. iudic. b l. antep. D. ex quib. cau. in poss. ear. l. imperator. D. de postul. l. fal. §. r. ad leg. Cor. de falsi. c l. 7. §. hæc est. & seq. D. de interd. & releg. d l. 4. vers. Quid ergo D. si quis caution. e l. Papinia nus. in prin. D. de minor. iuncta l. 26. §. 1. D. Exqui. cau. maior. f l. 4. D. de pœnis. l. plane. D. de excusat. iun. §. a. l. si sine §. vl. de admin. tuto. l. 7. §. vl. D. ad leg. Iul. repetund. g l. 3. G. si pen. appellat. mors interuen. h l. vlt. Si reus vel accusat. mor. fuer. i d. l. relegatorum. 7. in prin. D. de interd. & relegat. k d. l. 4. l. relegatorum. §. ita in parte. & §. solet. & l. vlt. D. de interd. & relegat. m lib. 13. Annal. n vide Tacitum li. 1. Annal.

qui Siculum fretum accolaat, clusam. Et hanc profectò latam fugam fuisse arbitror: vt illam Syliani, qui Nerone imperante tanquam Naxum deuheretur, Hostia amotus pòst municipio Apuliz, cui nomen est Barium (eodem Tacito lib. 16. Annal. teste) clausus est: vt illam Dolabellæ Cornelij, quem in coloniam Aquinatam ab Othone sepositum fuisse idem auctor lib. 17. & lib. 18. scribit. Nouum latæ fugæ genus id fuit, quod à Claudio principe usurpatum est: Namque (vt Suetonius in Claudio cap. 23. refert) ipse quosdam nouo exemplo relegauit, vt ultra lapidem tertium vetaret egredi ab vrbe: quod exemplū postea magistratus sequuti sunt, cum aliquem ita damnabant, vt domo egredi vetarent: cuius poenæ Iurisc. a meminit. Veruntamen hæ poenæ, nec exilia, nec relegationes, nec fugæ propriè dici potuerunt: sed illæ de quibus antè diximus: cum aliò quis migrare, quàm vbi habebat cogitur: fuga namque Græcum est vocabulum: ideòque, vt apud Græcos, ita & apud Latinos interdum relegationem exiliūmque significat: Menander Iurisc. b Ad tempus relegatus (inquit) si expleto spatio fugæ, militem se dedit &c. Gordianus Imp. c Ad tempus exulare decurio iussus &c. ad nouos honores non admittitur: nisi tanto tempore his abstinerit, quanto per fugam abfuit. Cornelius Tacitus d, Vt valida diuo Augusto (inquit) in Remp. fortuna, ita domi prospera fuit: ob impudicitiam filiz ac neptis, quas vrbe depulit, adulteròque earum morte aut fuga puniuit. Et alibi in vita Iulij Agricolæ. de Domitiani temporibus loquens, in quæ Agricola focer non incidit, Non vidit Agricola obsessam curiam, & clausum armis senatum: & eadem strage tot consularium cædes, tot nobilissimarum sceminarum exilia & fugas. Id nominis ea quoque significatione usurpauit Ouidius lib. 2. Tristium, vbi,

*Nec mea decreto damnasti facta senatus,*

*Nec mea selecto iudice iussa fuga est.*

Rursum cum exilij vocabulum à deportatione seiunctum ad tria relegationis genera (Marciano ipso teste) pertineat: nihilominus tamen à Iurisc. interdum aliquantò latius, vt deportationem simul & relegationem complectatur, quemadmodum ab Vlpiano, e nonnunquã strictiùs quàm ab ipso Marciano, accipi obseruauimus: vt duo tantum relegationis genera, liberà vagandi potestati siue certorum locorū interdictionem, itémq; latam fugam siue omnium locorum, excepto certo loco, interdictionem notet: non tamen insulæ vinculu: quod specialiter ab ipsis relegatio nominatur. Iulius itaque Paulus lib. 5. sent. tit. 17. mediocrium delictorum poenas esse metallum, ludum, deportationem: Minimas verò relegationem, exsilium, opus publicum, vincula definit: atque ita exsilium non modò à deportatione siue aquæ & ignis interdictione, sed etiã à relegatione, id est ab insulæ vinculo diuidit: vt & Marcianus f cum eorum, qui in perpetuum exsilium dati sunt vel relegati, posse quæ sententia bonorum partem adimere scribit. Fallitur etenim Accursius (vt opinor) qui Iurisc. in perpetuum exsilium datos vel relegatos ~~non~~ dixisse annotat: illum igitur ea in re, præter opinionem

a l. vl. D. de interd. & relegat.  
b l. quicum vno 4. §. ad tempus. D. de re mili.  
c l. vl. C. de his qui in exsil. dati vel ordine moti sunt. li. 10.  
d li. 3. Ann.

e l. 4. vet. rei capit. li. D. si quis cautio.

f l. 4. in fi. D. de interd. & relegat.

nionem interpretum, notatione veluti censoria probròque dignum iudico: præsertim quod sicuti Marcianus, ita Paulus quoque alio loco, a Qui nondum (inquit) viripotentes virgines corrumpunt, humiliores in metallum damnantur: honestiores in insulam releguntur, aut in exsilium mittuntur: vbi exsilium ab insulæ relegatione seiungitur: vt vel ad deportationem, vel ad alias duas relegationis species (quod equidem malo) referatur. Quemadmodum vbi de iudicibus pedaneis idem Iurisc. b differit, eos pecunia corruptos plerumque à præside, aut curia submo- ueri, aut in exsilium mitti, aut ad tempus relegari: Quemadmodum etiam vbi Caius c eum, qui iniuriarum actionem per calumniam instituit, extra ordinem damnari, id est exsilium, aut relegationem, aut ordinis amotionem pati tradit: quod & ipse Paulus, in eadem fere verba, in sententiarum receptorum libris, d (sed ad relegationem, addito insulæ vocabulo, retulit. Idem auctor alibi e parentem in exsilium, vel insulam relegendum dixit: quibus omnibus in locis cum ordinis amotioni exsilium adiungatur: ex alio quodam f Vlpiani loco, sic accipiendum id verbum esse didici, vt exsilium patiat, qui patriæ fines iubetur excedere: atque aded cui libera vagandi potestas est, relegatione hoc est certorum locorum interdictione damnato, vt antè diximus. Veruntamen quocumque modo exsilium aut relegationem interpretemur, hæc poena seruorum iussu magistratus iudicis (siue olim aut affici solitum, aut vnquam affectum fuisse, ante Constantini tempora, nulli reperiemus: Et nihilominus distractatum plerumque vel relicta mancipia, sub eo modo, vt extra fines aliquos exportarentur, siue relegendentur: aduocata veterum testium auctoritate dilucidè satis (vt videtur) isto & superiore sermone ostendimus.

Id nunc libet extremæ clausulæ loco ad scribere patribus sam. Romanis in more positum vt liberos seruòs (siue potestati suæ subditos, imò etiam libertos, atque aded potestate liberatos, priuatim quisque, hoc tanquam exilio supplicioque domestico castigarent: vt quos etiam antiquitus occidere impunè poterant, eos relegendos ab vrbe atque hominibus in agros ad opus rusticum faciendum secedere iuberent. Ac de liberis quidem poenæ causa rus relegendis à parentibus, exemplum historiæ præclarum in Tito Manlio Torquato. suppeditant: de quo Cicero quidem, li. 3. Offi. Criminabatur etiam (inquit) quod Titum filium, qui postea est Torquatus appellatus, ab hominibus relegendisset, & ruri habitare iussisset. Seneca, lib. 3. de benefic. cap. 37. Vicit patrem imperiosum quidem Manlius: qui cum ad tempus relegatus esset à patre ob adolescentiam brutam ac hebetem, ad tribunum plebis, qui patri suo dixerat diem, venit &c. Valerius denique Maximus cap. 9. lib. 6. g Manlij Torquati iuuentutem Cimonis iuuentuti similem esse ait, vt à patre Manlio amplissimo viro, quia & domesticis & Reipub. v- sibus inutilis videbatur, rus relegendus agresti opere fatigaretur. Alterum exemplum est in Sex. Roscio Amerino: quem præ odio pater in prædia rustica relegendat: cum alterum filium omni tempore vellet secum esse: id quod ipsi Sexto accusator Erucius obiicie-

a l. 38. ff. quis aliquid 2. §. Qui nò dum. D. de poenis.

b li. 5. sent. tit. 18. d. l. 38. §. iudices. D. de poenis. cl. ancepe. D. de iniu.

d lib. 5. tit. 4. §. qui pec calumniã. e l. Mutus. 76. in fi. D. de iur. dot. ff. §. Expi latores. D. de effraç. iuncto §. vlt. ead. l.

g vide & auctor libi de vitis illustrib.

bat, cui oratorium in modum ita respondit Cicero in ora. pro Sex. Ro. scio Amerino. Quid ais Eruci? tot prædia, tam pulchra, tam fructuosa Sex. Roscius filio suo relegationis ac supplicij gratia, colenda ac tuenda tradiderat? & statim, An amandarat hunc sic, ut esset in agro, ac tantum modò aleretur ad villam? ut commodis omnibus careret? quid si constat hunc non modò colendis prædiis præfuisse, sed certis fundis patre viuo frui solitum esse? taménne hæc attentata vita & rusticana, relegatio atque amandatio appellabitur? Sed & Augusti temporibus à Tario homine locuplete filium in parricidio deprehensum, causa cognita, exilio (nò quidè ruri, verùm Massiliæ delegato) damnatū: cum Augustus ipse (qui in consilium aduocatus in priuatos Tarij penates venerat, eique affederat) relegandum quò patri videretur, dixisset: mollissimo etenim genere poenæ contentum esse debere patrem, in filio adolescentulo, impulsio in id scelus, in quo se (quod proximum erat ab innocentia) timidè gessisset: ideòque debere tantum illum ab vrbe, & à parentis oculis submoueri: è Senecæ lib. 1. de clementia cap. 15. grauissimis de clementia scriptis didicimus. Postea tamen aliquanto atrocior in suos fuisse Augustus dicitur: nam eum Agrippam ex filia nepotem adoptasset in foro lege curiata: non modò breui ob ingenium sordidum ac ferox abdicauit, seposuitque Surrentum (vt ait Suetonius, in Octauio ca. 65. quo verbo relegationem significari arbitror) sed etiam, ut nihilo tractabiliorem, imò in dies amentiosem, rudemq; bonarum artium & robore corporis stolidè ferocem: ita nullius flagitij compertum (teste Tacito li. 1. Annal. a) in insulam Planasiam tranportauit, ac proiecit, sepsitque insuper custodia militum. Quod dixi de libertis, id forsitan cuiuspiam mirum videatur, vt à patrono, è cuius manu emissi sunt, relegari possint: veruntamen ex eo Taciti lib. 13. Annal. loco satis apertè colligitur: in quo, Quid enim aliud (ait) læso patrono concessum, quàm vt vigesimum intralapidem in oram Campaniæ libertum releget? Et sanè ius aliquod animaduersionis & coercionis, non seruilis tamen, quæ atrocem iniuriam inferret: sed lenis & modicæ (vtputa fustium admonitionis) in libertos patroni olim habuère, idque Vlpianus b) docet. De seruis itidem in villam poenæ causa relegatis ab offenso domino: vt mittam illum c) Ambrosij præclarum locum, in quo sic est, Plerique diuitum amandare consueuerunt mancipia sua, & in agellulos relegare: & hæc poenæ grauior existimatur: Vlpianus quoque noster in hæc verba scribit, d) Proinde si seruus missus fuerit in villam, interim illic futurus, quia dominum offenderat: quasi ad tempus relegatus: Responsum est eum ad villæ legatum non pertinere. vbi (vt hoc quoque obiter explicemus) Qui dominum offenderat, rus relegabatur ideò quia durior fuit olim rustica, quàm vrba seruitus: quam obrem qui seruo interminatur apud Horatium lib. 2. Serm. sat. 7. in fine.

a vide & Suetoniu in supra d. loco Dionelii. 55. Aurelium Vireorem in Augusto.

b l. prætor. 7. s. præterea illo spectat D. de iniur. c Ex apologia Davidis. notat Cuiacius ca. 31. li. 10. obseruat. d l. ex factis. 35. tenentem Italicarum. D. de hered. instit.

—Ocyus hinc te (inquit)

Ni rapis accedes opera agro nona Sabino:

& de homine improbo ac nequam loquutus Iuuenalis, in Satyra 8. si-

ue

ue lib. 3. in eandem sententiam hæc protulit,

Quid facias talem sortitus, Pontice, seruum?

Nempe in Lucanos aut Tusca ergastula mittas.

Quæret forsitan aliquis quare durior fuisse dicamus seruitutem rusticam? Sed ratio in promptu est: quòd olim vrba mancipia minus laboris, demensi plus caperent: Rustica in vinculis compedibus, ergastulis plerumque opus facerent genus ferratile (vt Plautius Mostellaria ait) vnde Seneca, lib. 3. de Ira ca. 29. Si rusticum laborem recusat, aut nò fortiter obit, à seruitute vrba & feriata translatus ad durum opus: Vnde de Paulus a) ex cibariis vt ex familiæ numeris atque libellis deprehendi posse ait, quos paterfa. inter seruos vrbanos adnumerare sit solitus: vnde de Iuuenalis denique sæuitiam dominorum in seruos notans, carcerem rusticum non vrbanum dixit in illo loco, Satyra. 14. siue lib. 5.

Tum felix, quoties aliquis tortore Vocato

Vritur ardenti duo propter lintea ferro:

Quid suadet iuueni lætus stridore catenæ,

Quem mirè afficiunt inscripta ergastula, carcer

Rusticus? vbi (meo iudicio) Inscripta vocat ergastula, quòd in ergastulis haberentur serui, quibus poenæ causa vultus, aut alia pars corporis candenti ferro vsta & stigmate notata esset. Cæterum alia quoque forsitan ex causa, qui dominum offenderat seruus, in agrum relegabatur à domino: ne in ipsius oculos identidem incurrens veteris offensæ memoriam subinde renouaret. Quam obrem etiam (vt arbitror) apud Suetonium in Octauio. ca. 24. Augustus equitem Ro. quòd duobus filiis adolescentibus causa detrectandi sacramenti pollices amputasset, ipsum bonaque subiecit hastæ, libertoque suo addixit: sed ita, vt seruum effectum in agros relegaret, ibique pro libero esse sineret. Ac de huiusmodi relegatione (vt vnde processit eò reuertatur oratio) possit aliquis, & noua & satis commoda nec inepta ratione, Vlpiani responsum illud interpretari, quo definit, Seruo competere libertatem non posse, qui cum relegatus esset, in vrbe nihilominus moratus fuerit: nam eo nihil verius, aut ad iuris ciuilis tenorem aptius dici potest: si seruis vrbanis libertatem testamento vel codicillis eo confirmatis directò relictam proposueris: ex quibus seruus vnus, quòd testatorem dominum offenderat, in agrum relegatus ab ipso, non ad tempus, sed perpetuæ moræ causa fuerit, vt opere rustico faciundo poenas admissi penderet: libertatem etenim vrbanis (in quorum numero & ipse aliquando fuerat) relictam non consequetur: nec prætor, qui de liberali causa cognoscit, eo mouebitur, quòd iste seruus ab vrbe nò dum abscesserit, & in agrum viuo testatore non veperit: cum iam illi agro destinatus esset. Nam quemadmodum, vbi rerum Italicarum aut

a L. Seruis vrbanis 117 in prin. D. de lega. 3. iuncta. l. vrba. 166. D. de verb. si.

b d. l. ex factis. 35. tenentem Italicarum. D. de hered. instit.



fuerit, vt perpetuò haberet, sed & quas in Italia vel in prouincia esse testator voluit, siue peruectæ sint eo vivo siue nondum, & siue scit siue ignorauit: Ita etiam vbi vrbano rumne an rusticorum numero seruus adscribi debeat, quæritur: mentem patris si præcipue inspiciamus: et si seruus alibi volente testatore aut sine voluntate ipsius, tempore mortis reperiatur: quàm vbi ab eo destinatus fuerit: quod variis locis Iurifconsulti<sup>a</sup> docent. *καὶ τὸ μὲν ἐπιθεῖν καὶ τὸ παρρηγόν, ἐν οὗτοι παρρηγία,* vt Galenus loquitur.

a l. Seruus qui in fundo l. seruis vrbani s. muliones D. de leg. 3. l. Seig s. Paphila. s. vl. Affini. D. de instructo vel instrum. leg. l. is qui natus 210. D. de verbos. sig. Eccl. l. questum. s. Papinia. & s. seq. D. de inst. vel instr. leg.

*De pœnis militariibus & exauctoratione quadam. De pœnis paganorum & earum differentia. Admonitio Verberum: Castigatio Verborum: Seneca emendato. Qui & qua ex causa olim Virgis & fustibus, qui angillarum tergoribus, qui denique flagellis caderentur: exposito carmine Horatii de Mœna. Praconum ac triumuirorum capitalium munus in pœnis exigendis. De theatrâli lege Othonis siue Roscia. De iure aureorum anulorum. De iure locorum & ordinum in spectaculis. Equestria Equite. Libertini quando militarint. Qui magistratus in quos ciues Repub. Resistente animaduertent. De iure Virgarum in histriones: Pauli loco ex Vere historia explicato.*

C A P. VI.

**H**Abita iam nunc de relegationis metalli operisque publici pœnis mentio, trahit ad se quodammodo reliquarum pœnarum non iniucundam (vt spero) veteris memoriæ populi Rom. studiosis futurâ tractationem: illarum scilicet quæ ad paganos pertinent: de militaribus quippe animaduersionibus abundè libro primo scripsisse videor: quibus aliquot alias addi posse, nõ nego: sed multas & ignominias verius cum Liuiolib. 24. ac Suetonio, in Octauio ca. 24. quàm pœnas aliquis eas nominauerit: de quibus ex Liuiolib. & aliis luculenter, vt solet Carolus Sigonius de antiquo iure ciuium Romanorum libro primo: ca. 15. ad finem. Eum videant, quibus, id vt sciant, curæ est, neque nostra satisfaciunt: Nos aliena quadra non viuimus, nec alienam sed nostram venditamus operam. Itaque de illo animaduersionum militarium genere præclarum exemplum ex Valerij collectaneis, & ex Taciti annalibus, lib. 13. quod à nobis quoque prætermissum fuerat: vt supersit potius aliquid explendo alieno desiderio, quàm requiri vel iniuria possit, proferemus.

Sub Nerone principe Corbulo cū aduersus Parthos de Armenia decertaturus esset, subisque militari disciplina continere vellent: non, vt in aliis exercitibus, primum alterumque delictum venia prosequeretur, sed qui signa reliquerat, statim capite pœnas luebat, idque vsu salubre & misericordia melius apparuit: is ipse Corbulo (eodem Tacito teste) cūm Pactius Orphitus cura præsidiorum suscepta tenere se munimentis iussus, deinde rupto imperio cum hoste congressus & fufus esset, id grauitè

grauiè accepit, inerepitumque Pactium, & prefectos, militesque tendere omnes extra vallum iussit: Succurrebat videlicet Corbuloni, veteres Romanos Tarentino bello eiusdem multæ seueritate vsos esse: cūm enim magnum captiuorum ciuium suorum numerum à Pyrrho rege vltro missum recepissent, decreuerunt (ait Valerius cap. 2. lib. 2.) vt ex iis, qui equo meruerant, peditum numero militarent: qui pedites fuerant, in funditorum auxilia transcriberentur: neve quis eorum intra castra tenderet, neve locum extra assignatum vallo aut fossa cingeret, neve tentorium ex pellibus haberet. Sed & vbi de veteri exauctoratione, insigniumque militarium detractio, Vlpiani sententiam aduocatis variorum auctorum testimoniis exponimus, hæc quoque Flauij Iosephi de quodam equite ab Hierosolymitanis oblectis capto, & ad Romanos postea reuerio, verba inferi volumus: quibus equitem illum à Tito Vespasiani filio pœnæ causa exauctoratum, & à militia dimissum, æquiore animo mortem oppetiturum fuisse demonstratur: propterea quod qui pro sceleribus suis militiæ cingulo soluebatur, is (vt Imperatores l. 7. C. de cohort. lib. 12. etiam docent) addicebatur infamiae. Sic igitur Iosephus lib. 6. *ἰσθαιῖς ἀλώσεως, cap. 37. Ἐὐν δὲ ζυγόντα μὲν (inquit) ἐκ τῶν πολεμίων ἀνελεῖν μὲν ἐχὺπέμενε Τίτος, ἀνάξιον ὃ ῥωμαίων ἐστὶν στρατιώτην κείνας, ὅτι ζῶν ἐλήφθη, τὰτε ὄπλα ἀφέλετο & τὰ γὰρ μακρὸς ἐξέβαλεν, ἀπὲρ μὲν αἰχμωμὴν θανάτου χαλεπώτερα.* [de bello Iudaico. Hunc ab hostibus elapsum, non quidem passus est occidi: iudicauit tamen eum non dignum qui miles esset quia captus fuerat viuus: arma ipse ademit ordine quoque eum mouit quæ res honestis viris morte grauiore est.] Sed ad paganorum pœnas exquirendas veniendum est: quod equidem ea lege faciam, vt accuratiore singulorum tituli de pœnis capitum explicatione in aliud tempus dilata, quæ mihi tamen in promptu est: ea tantum, quæ per paucis cognita, & generaliter & in vniuersum dici poterunt, persequar.

Vt atrocium iniuriarum æstimationem ex eorum persona, qui contumelias intulerint, crescere dicimus<sup>a</sup>, ita cæterorum quoque delictorum siue criminum tam publicorum quàm extraordinariorum reis varias pœnas, hoc est, aut grauiores aut leuiore extra ordinem etiam ex eadem causa pro ipsorum reorum qualitate infligi auctores nostri addocent<sup>b</sup>: idque vsu apud nos receptum est: ita sit idem admissum vt leuiore supplicio in honestiores vtputa veteranos, decuriones, ingenuosve homines integræ existimationis: grauiore in humiliores, plebeios, famososque ingenuos aut libertinos ciues, aut quoscunque peregrinos vindicetur<sup>c</sup>: Serui autem in eodem crimine nominati atque conuicti, asperius quàm illi omnes coercentur atque plestantur<sup>d</sup>. Ergo superiore capite, quasdam esse pœnas ostendimus quæ in seruum non cadant: vt relegationem atque deportationem: rursum quasdam ad eò seruiles esse, vt honestioribus nullo modò conueniant: quemadmodum vincula, metallum, vtrumque ludum, cremationem, crucem, diligenti nostrorum librorum lectione admonemur: Itaque licet hodie (vt Iurifcon

a l. fed si vnius 17. s. Quada iniuria. D. de iniur. b l. Moris s sed enim sciendum. l. aut facta. s. persona. D. de pœ. c l. si quis aliquid s. si quis instrumētū eo. ti. iuncta l. capitalium in h. eo. facit l. 3. s. pe. D. ad leg. Cor. de sic. d l. in seruorum d. l. D. Aut facta. s. persona. s. d. l. ca pitollum. s. vlt. de pœ.

a I. Hodie  
13. D. de  
poe. facit. l.  
3. §. pen. D.  
ad le. Cor.  
de sicar.

b lib. 5. sen.  
ut. 17. facit  
lauxilium  
§. In deli-  
ctis. D. de  
minor.

e l. 7. §. pr.  
terea. l. 11. §  
quaque  
D. de inlu.  
d l. 3. §. j. &  
l. vi. D. de  
offi. prae-  
vigil. cum  
simil.

e l. 7. de  
pœn.

f Briffonio  
in Lexico.  
g Plutarch.

enim in  
Scitorio

πληγῆς του  
δαιμόνος, di-  
xit. D. Lu-  
cas verbo  
καὶ εἰς  
v fus est.

c. 13. Sed vi

de Gellii

ca. 14. li. 6.

h li. 3. per li-

teras casti-

gatis obli-

que patri-

bus. & in

Agricola.

laudando

promptos

& castigat

do segnes.

sultus<sup>a</sup> ait) hoc est ex Imperatorum constitutionibus nullæ sint legiti-  
mæ, sed omnes extraordinariæ pœnæ: hæc enim tam è eas magistratuū  
arbitrio permittimus: vt non easdem omnibus eiusdem cri-  
minis reis, verum ex personarum qualitate alias atq; alias irrogare de-  
beant. Exempli gratia, si crimen erit huiusmodi, vt ipsum vltimo sup-  
plicio vindicari, lūque oporteat, nec aliter expiari possit: feruus quidē  
igni, aut cruci siue furcæ dabitur, aut etiam obicietur bestiis, aut ad  
bestias vel ad ferrum siue gladium, intra annum consumendus damna-  
bitur: honestioraliqui decollabitur: Ex mediocrium delictorum causis  
cum huiusmodi pœnæ (teste Paulo<sup>b</sup>) inferantur metallum, ludus, de-  
portatio (quibus adde opus publicum perpetuum) has inquam omnes  
(excepta deportatione) serui & humiliores liberi subibunt: deportatio-  
nem verò è ciuibus Romanis ij soli patientur, qui altiore aliqua digni-  
tate sunt præditi, non plebeij, vel famosi homines, aut libertini: serui  
certè multò minùs. Porro in minimis pœnis cum istæ numerentur ab  
ipso Paulo, quas proximè commemorauī, Relegatio, exsilium, opus  
publicum (temporarium scilicet) itēque vincula siue perpetua siue  
temporaria: earum duæ primæ solis honestioribus, tertia humiliori-  
bus duntaxat sed liberis, quarta seruis tantum conuenit. Possunt & in  
minimarum pœnarum ordinem non malè referri verbera, quibus coer-  
citio lenis & modica in corpus liberum aut seruum infligitur: & ideo  
castigatio propriè<sup>d</sup>, sed nonnunquam leniore verbo admonitio à no-  
stris<sup>e</sup>, & à Seneca lib. 1. de clementia, cap. 14. (vt locos ab alijs f, post  
Nonium indicatos mittam) à Græcis ἡ δουλοπαιδεία, ἡ παιδεία, &  
παίδευσις, [reprehensio, castigatio, adhortatio, correctio.] itēque obiur-  
gatio à Seneca lib. 3. de Ira: cap. 12. & Suetonio in Caligula cap. 20. in  
Othone cap. 2. nominatur. Econtrario quoque castigatio, non modò  
verberum, sed verborum etiam à Cæsare lib. 1. & 3. de bello ciuili, Lu-  
cano lib. 8. Pharsal. Tacito<sup>h</sup>, Seneca Epistola 47. & Iuuenale Satyra 2.  
lib. 1. sub initium, & Satyra 14. siue lib. 5. & castigabis acerbo elamo-  
re, dicitur: vt increpationem & reprehensionem notet: quæ significa-  
tio castigationis, à Nonio quoque apud Virgilium, Terentium, & Ci-  
ceronem animaduersa est: Quam obrem solius Senecæ verba, quæ mē-  
dosa videntur (vt interim eadem opera castigentur) proferam. Non  
potest amor cum timore misceri: Rectissimè ergo te facere iudico,  
quòd timeri à seruis tuis non vis, quòd verborum castigatione vte-  
ris: verberibus multa admonentur: non quicquid nos offendit, & læ-  
dit, sed ad rabiem cogunt venire delicta, vt quicquid non ex volun-  
tate respondit, iram prouocet, Regum nobis induimus animos.  
Ego sic restituendum putarim, Verberibus multi admonent. At non  
quidquid nos offendit, &c. hoc sensu, Tu meliùs quàm alij, Lu-  
cili, erga seruos te geris: quòd eos increpas, illi verberant ob le-  
uem offensionem: etiam si re vera læsi non fuerint: dum præ-  
delitijs, iracundi animi rabiem compescere non possunt. Cæte-  
rùm verbera, quibus infantes iussu magistratus animaduertitur,  
in seruos quidem lora vel flagella sunt: fustes autem & virgæ

in

in liberos<sup>a</sup> (vt obiter indicauimus libro primo cap. 17.) & liberos qui-  
dem, non quoslibet (verum quod superiore sermone admonuimus) te-  
niores ac plebeios ciues: vt puta libertinæ cōditionis, aut famulos in-  
genuos, id est scenicos, tabernarios, & qui mercimonijs publicè præ-  
sunt lenones, arenarios, & eorum quoque filios (id quod ex Impera-  
torum Constantini<sup>b</sup> atque Marciani<sup>c</sup> rescriptis colligitur) addo &  
quoscumque peregrinos, etiam integros atq; ingenuos: quæ verberum  
differentia, poli sublatam tacito populi consensu legem Porciam, vel  
potiùs cum ipso Reip. Rom. imperio extinctam: vñ ac moribus rece-  
pta, forsitan etiam Imperatorum cognitionibus atque rescriptis intro-  
ducta, certè quidem approbata est. Etenim ante leges Porciam, Vale-  
rias, atque Sempronias in orbe Romano ciues aut peregrini, in quos  
lege agebatur (siue securi ferendi siue de saxo Tarpeio præcipitandi,  
culeo insuendi, aut alio quouis vltimo supplicio plectendi essent) ij vel  
pœnæ causa, vel certè habendæ quæstionis gratia, verberibus priùs ad  
necem vsque cædebantur: cuius moris Romani è Græcia cum legibus  
translati exempla innumera suppeditabit Liuiana lectio. Equidem ea  
potissimum ratione ac fine, securibus virgarum fasces alligatos & ma-  
gistratibus olim prælatos à licitoribus fuisse censeo: Seruius igitur ad  
illum Virgilij 6. Æneidos.

*Tum demum horrisono fridentes cardine sacra  
Panduntur portæ.*

Mittuntur (inquit) post verbera, ad æternum supplicium: & est sequutus  
ordinem iuris antiquum. Nam post habitam quæstionem ad Tul-  
lianum, ad vltimum supplicium mittebantur. Sed de Tulliano postea  
viderimus. Illud constat verberibus etiam affectos antiquitus ciues Ro-  
manos: etsi non capitis supplicium postea subituri, sed in seruitutem  
tantum addicendi forent: sic P. Nafica & D. Bruto Coff. delectum ha-  
bitibus, C. Matienum accusatum esse apud tribunos plebis, quòd ex-  
eritum in Hispania deseruisset, damnatumq;: sub furca diu virgis cæ-  
sum, & festertio numo vanisse Liuius lib. 55. tradit: sic etiam ipsæ 12. ta-  
bulæ manifestos fures, si liberi essent, verberari, addicique iusserant  
ei, cui factum furtum esset (si modò id luci fecissent, neque se telo de-  
fendissent) Seruos item furti manifesti prehenso verberibus affici, &  
è saxo præcipitari: sed pueros impuberes prætoris arbitratu verberari  
voluerant, noxamque ab his factam sarciri, vt Gellius lib. 11. cap. 18. as-  
serit. Ex iisdem xij. tabulis impubem qui frugem aratro quæsitam fur-  
tim nocte pauiisset ac secuisset, prætoris arbitratu verberari noxam ve  
duplionemve decerni solitam Plinius lib. 18. cap. 3. refert: Quarum ta-  
bularum verba de pueris impuberibus (vt hoc quoq; obiter moneam)  
non vtique ad seruos, sed ad liberos & prætextatos referenda censeo,  
qui non modò sustibus aut ferulis cæderentur, sed etiam quomodo A-  
thenis πρὸ ἐκκαυλήματι τῷ πορᾶου ἢ τῷ γυρῆτι, τῷ τῆς ἰνὰ μπελοπορᾶου, ἢ  
ὡς τινες, πορᾶου φύλλω. [Caube porri vel cesprium, hoc est vitis porri, aut,  
vt alij volunt, folijs porri.] (vt ex Aristophane Suidas in verbo βαλαβί-  
ζην, alicubi annotat) ita Romæ anguillarum tergoribus: id quod Pli-

a l. in ser-  
uorum. de  
poe. D. iun-  
cta. l. 12. D.  
de iure fif.

b l. j. in pr.  
C. de natu.  
lib.

c In li. No-  
uella. ri. 4.  
de matri-  
monio.  
Senator.

nus idem indicat, cap. 23. lib. 9. vbi de murænis, Tenuissimum (inquit) his tergo, contra anguillis crassius: eoque verberari solitos tradit Verrius prætextatos, & ob id multam his dicit non institutam: & post Plinium Isidorus in etymologiarum libris, lib. 5. cap. 27. vbi ait anguillam esse qua coercerentur pueri in scholis, quæ vulgò scutica dicitur. Cùm autem in superiore in loco de prætextatis ex Verrio loquatur Plinius, errare non putem eum, qui anguillarum tergoribus olim seruos (à magistratibus quidem certè) ad verbera damnatos cædi non solitos pronunciauerit, sed flagellis duntaxat: vt Mænam illum à Pompeio postea manumissum: quem (si qua Horatio fides) indignabundus populus Romanus ludos è primis quatuordecim ordinibus spectantem, heri seruum (non modo sæpe victum verberatumque à domino, vt Ibericis funibus, & duris compedibus perusta latera crurâq; haberet: sed etiam ex grauis aliquis delicti causa flagellis, id est seruilibus verberibus, publicè affectum à magistratibus) hodie liberum (etsi prædijtem, superbium, ac delicatum, attamen libertinum) Romanorum classi aduersus piratas & seruos fugitiuos comparatæ præfectum aspicere aut ferre nō poterat. Hanc esse reor optimi poetæ sententiā: quam paucis perstrinxisse, non satis habeo: nisi verba ipsa (præsertim quod ab ijs etiam, qui meritò alioquin elegatiores habentur interpretes, perperam accipiuntur) & proponam, & ab aliqua legum populi Romani morumque veterum eognitione instructus, explicem.

*Sectus flagellus hic triumuiralibus* (ait Horatius Ode 4. Epodôn.)

*Præconis ad fastidium:*

*Arat Falerni mille fundi ingera,*

*Et Appiam mannis terit:*

*Sedibusque magnus in primis eques*

*Othone contempto sedet, &c.*

Nam quod illi aiunt eiuem Romanum non fuisse Mænam, qui tamen erat à ciue manumissus & Pompeij libertus: aut absurdum, aut certè diuinatorium nugatoriumque est: nondum enim (opinor) auctore Augusto lata fuerat lex Ælia Sentia: quæ dedititiorum numero (atque ad eò peregrinorum, non ciuium) esse iussit, seruos pœnæ causa victos, tortos aut fligmatum notis deformatos, deinde quoquomodo manumissos: cuius legis Vlpianus quidem, & Paulus, & Suetonius, illi tamen interpretes haudquaquam meminere. Deinde quòd triumuiros capitales de maleficio ciuium non cognouisse: Quòd ex quatuordecim ordinibus duos primos tribunis exceptos fuisse: ideòque Mænam, qui esset indignus tribunatu, dum in primis gradibus sedet, Othonis legem contempsisse: quòd aliud agentibus aut absentibus triumuiris, Mæna flagris rumpendo ac dissecando præconem vacasse somniat: hoc totum profectò falsum est, & commentitium: neque vllis veterum literis aut argumentis adstrui potest. Econtrario autem in erigendo de noxiis supplicio plerumque adhibitum à Romanis veteribus præconem reperio: nam cùm omnis pœna (vt Quintilianus Declam. 274. loquitur) non tam ad delictum quam ad exemplum pertineat, aut certè cùm ple-

ræque

ræque pœnæ olim ad exemplum infligerentur: ideò ad supplicij spectaculum per cornicinem tubicinem ve olim aduocabatur populus, siebátque à præcone silentium: id quod ex eo Taciti lib. 2. Annal. lo- colicet colligere, in quo, In P. Martium (inquit) consules extra portam Exquilinā, cùm classicum canere iussissent, more præco aduertè- re: Et ex illo itidem Senecæ, lib. 5. Controuers. Deinde descripsit (inquit) qualiter in foro decolletur: ascendit prætor tribunal, inspectante prouincia, noxiæ post terga ligantur manus, stat intento ac tristi omniū vultu, fit à præcone silentium: adhibentur deinde legitima verba: canitur ex altera parte classicum: Et postea, Dic enim mihi, si cùm aduertere debeat, nec legitimo cultu ac more solenni vsus, interdium tribunal conscenderit, conuiuiali veste: si cùm classicum canere debeat, symphoniam canere iusserit: non lædet maiestatem? & postea, Cùm deplorasset (inquit) conditionem violatam maiestatis: consuetudinem maiorum descripsisset, qua semper voluissent ad supplicium aduocari: sententiam dixit, At nunc à prætore lege actum est ad lucernam: Et alibi, lib. 1. de Ira. cap. 16. Itaque etsi peruersa induenda magistratui vestis, & conuocanda classico concio est: procedam in tribunal non furens nec infestus, sed vultu leni & magis graui quam rabida voce, illa solennia verba concipiam: & lege agi iubebo (ita enim omnino legendum est) non iratus sed seuerus. Prætereà sententiam passis atque damnatis aut superscribebatur titulus elogiūque: quod crimen, id est pœnæ causam contineret (vt postea cap. 8. demonstrabitur). Aut etiam à præcone silentio facto superdicebatur in ipso exigendi supplicij tempore non modò apud Romanos (id quod primus omnium Iacobus ille Cuiacius doctor meus in compluribus nostrorum aliorumque auctorum locis ingeniosè obseruauit. ca. 7. li. 8. obserua.)<sup>a</sup> sed apud alios quoque populos: vtputa Siculos: apud quos Dionysius de Phytone Rheginorum duce supplicium exegisse, imminente crimēque exponente præcone dicitur à Diodo. Siculo li. 14. Bibli. in hæc fere verba: *μὲν δὲ αὐτὰ πρῶτον ἐπὶ τὸν Διονύσιον πρὸ πόλεως, μασιζῶν καὶ καὶ πάντας τῶν ἀμειζόμενος, ἀμα κέρως σωμακοῦ δούλους, ὅτι τὸν ἄνδρα Διονύσιος τιμωρεῖται παραλλαγήν, ὅτι πρὸ πόλεως ἐπεισεν εἰλεῖσαι τὸν πόλεμον.* [Postea Dionysius circumductum per urbem flagris affecit atque omni contumeliarum genere, præcone comitante: quod exquisite præter consuetudinem, propterea quòd urbem ad bellum impulisset.] Sed & ipse præco apud Romanos olim iussu magistratuum, lictores in suppliciis exigendis lege agere iubeat: itaque Liuius lib. 26. vbi de Fuluij consulis Romani animaduersione in Campanos senatores, capta Capua: Præconi imperauit vt lictores lege agere iuberet (inquit) ita de ijs quoque, qui Calibus erant, sumptum supplicium: Et statim, vbi de Taurea Iubellio securi percussio iussu Fuluij: Sub hæc dicta iussu proconsulis, præconē ita pronunciaffe: Licet viro forti adde virgas, & in eum primum lege age. Lectum quoque Senatusconsultum priusquam securi feriret, quidam auctores sunt. Igitur tandiu à triumuiris pœnam de Mæna verberibus exacta ait Horatius: donec præco causam criminis clara voce, &

<sup>a</sup> vide etiā Ranardū ca. 7. lib. 5. Vatiōr.

(vt ait Apuleius) amplo boatu pronuncians, eam repetendo, legéq; agere iubendo defatigatus esset, hoc scilicet innuens poeta, egregiè vapulasse Mænam: eum illum verberando non antè lictores triumvirorum iussu lege in eum agentes, ipsius durtia (vt Plautus *Afinaria* act. 3. loquitur) ad langorem dati sint, quàm præco ipse proclamando defessus fuerit.

Porro ex xxvi. virorum numero triumuiros capitales Romæ (licet à Sallustio in *Catilina*, ac Dione, lib. 54. *οἱ τὰς τοῦ Σαυάκου δίκας ἀποστὰς ἐπέμεινον*, [ *Ad capitolia iudicia sunt ordinati.* ] iudices rerum capitalium nominarentur) non tam de maleficio cognouisse (nisi forsitan seruorum nequam, forum, lenonum, meretricum aliarumq; humilio-

a Hoto. in Lexico in verbo triu uict. Renard. c. 18. lib. 2. Var.

b lib. 5. c. 9. ubi de Ful uio & ff. 6. ca. 1. ubi de C. Felcennino. c. 1. 2. §. post aliquot de inde. D. de orig. iur.

d vide Plinium lib. 7. cap. 37.

e li. 8. c. 4.

f Hoto. in Lexico.

g sic Cicero pro Muraena loquitur.

rum personarum: apud columnam, cuius in Cluentiana & in Diuinatione meminit Cicero, Mænam: vt ex *Asconio* & *Plauto*, ab aliis quoque animaduersum est) quàm consulum prætorisve, cui quæstio capitalis obtigisset, iudiciumq; sententiæ aduersus quoscunque seruos liberos & ciues & ingenuos exequendæ, operam dedisse constat: vt & damnatos conquirerent, atque in carcerem duci publicisque vinculis onerari iuberent (teste *Valerio*,<sup>b</sup> & *Pomponio* nostro) & cum animaduerti oporteret, in carcere (cuius custodiam habebant) interuentu horum fieret: idque vel his verbis è *Sallustiana* historia in *Catilina* desumptis comprobatur: Consul triumuiros quæ ad supplicium postulabat parari iubet, ipse dispositis præfidiis *Lentulum* in carcerem deducit, &c. Iudices rerum capitalium, quibus præceptum erat, laqueo gulum fregère. Verumtam en adde hoc quoque, quod de amore filia erga matrem agens *Valerius*, lib. 5. cap. 4. de pietate<sup>d</sup> in hæc verba scribit: Sanguinis ingenui mulierem prætor apud tribunal suum capitali crimine damnatam triumuiro in carcere necandam tradidit: quam receptam is, qui custodiæ præerat, misericordia motus non protinus strangulauit, &c. Et ubi<sup>e</sup> de *Alexandro Fannij* seruo, sic fere, sed perinde atque confessus (ait) & à iudicibus damnatus, & à *L. Calphurnio* triumuiro in crucem actus est. Deinde verò in eo non violabatur *Othonis* lex, quod *Mæna* indignus tribunatu, in tribunorum sedilibus sederet: de quibus nec in ea nec in alia vlla lege mentionem fieri, vel fando quisquam audiit: Sed quoniam libertinus nec ingenuus, ob id tantum quòd anulorum aureorum ius, solis ante Augusti principatum ingenuis concedi à magistratibus solitum, id est equestrem dignitatem (sic enim *Tacitus* lib. 18. vocat.) impetrasset: in equestribus sederet, id est in quatuordecim primis ordinibus, lege *Roscia*, exceptis: quam *L. Roscius* *Otho* tribunus plebis, non *L. Metello* *Q. Martio* consulibus (vt quidam f volunt) sed (vt auctor est *Dio*) lib. 36. *Manio* *Acilio* *Glabrione* & *Cai*o *Calphurnio* *Pisone* *Coss.* anno ab vrbe condita 687. vt honestissimo equestri ordini cum voluptate ac iucunditatis fructu, dignitatem splendoremque restitueret, & ad equites scilicet plebi atque doctoribus (qui quadringenta millia in facultatibus, id est censum equestrem habere desissent) in ludorum spectaculis quodammodo præponendos, tulit *Dixi*, quodammodo: quoniam ex ea lege *Tacitus* lib. 15. equites

equites quidem in xiiij. non tamen omnino ante plebem aut separatim: sed in reliquis altioribus gradibus atque adeò remioribus minisque commodis ac honorificis, tam circi vel amphitheatri quàm theatri locis, confusè cum plebe consedisse tradit, vt postea docebimus: quod tamen alij nescio quàm rectè intelligant, existimantes legem *Rosciam* de quatuordecim theatri tantum ordinibus locutam, ad quos plebi non pateret aditus: de circi verò sedilibus ante *Neronis* tempora, nihil tale cautum fuisse: quasi post legem quoque *Rosciam* in circo equites promiscuè cum plebe, non tamen in theatro spectauerint, aut quasi ordines in theatro tantum, non in circo fuisse innuat peritus antiquitatis *Tacitus*: eum tamen ante *Neronem* & *Claudium* quoque circensibus ludis, ex edicto *Augusti*, separatim spectare iussos à senatoribus equites, ab equitibus plebeios *Dio* nominatim ac discretè pronunciet: qua de re statim dicuri sumus: Cæterum ipsa lege *Roscia* & libertini & cæteri plebei ordinibus xiiij. arcebantur: quæ tamen lex (vt alia solent) non vtique obseruabatur ab omnibus sub *Augusto*: sed ne sub *Domitiano* quidem: licet in usum (quòd potuit) reuocata & denuò sancita: vt postea demonstrabitur. Sanè *Octavius* *Augustus* spectaculo ludorum gregarium militem in xiiij. ordinibus sedentem excitari per apparitorem iussit, auctore *Suetonio*: *Augusto* cap. 14. vnde non malè colligitur xiiij. gradus proximos equitibus: non item libertinis ipso iure legis aut plebi paruisse. Et profectò libertini, eum essent humiliores ac plebei, equitum numero haberi non poterant, re vera & ipsa origine inspecta: licet sensim, dum separatur ordo ab ingenuis, communicatus fuerit cum seruitiis (vt ait *Plinius* cap. 2. li. 33.) postquam ornamenti (equestribus scilicet) libertini à principe summi beneficii loco donari cœperunt, iam inde ab *Augusto*: qui & *Antonio* *Musæ* libertino medico (à quo valetudini ex ancipiti morbo erat restitutus) aureorum anulorum ius *Dione* lib. 53. teste indulfit: quibus initio Romæ soli senatores & equites utebantur, vt idem *Dio* lib. 48. scribit: Et verò etiam annis antea multis *Iunium* *Philopœmenem*, quòd patronum suum proscriptum celasse olim diceretur, quamuis alioqui capitale id esset (καὶ γὰρ τοῖς συστρημένοις τινα θάνατος προέφητο, [ *Is qui aliquem ex illis occultauisset, mortis pœna denunciata.* ] vt est apud *Dionem* lib. 47.) equestri dignitate decorauit: eodem *Dione* auctore, ac *Suetonio*, in *Augusto* cap. 27. Sed ipsum præterea *Mænam* (quo de agimus) ob id quòd *Sexto* *Pompeio* (cui suspectus esse incœperat) relicto, ad *Augustum* cum exercitu classèque transfugisset, aureis anulis donatum ipse in equestrem ordinem traduxit, καὶ ἐν τῇ μεγάλῃ ἡγερῆ (sic enim idem auctor li. 48.) δακτυλοῖς τε χρυσοῖς ἐκόσμησε. καὶ ἐς τὸ τῶν ἰππέων τέλος ἐπέγραψεν. [ *Ad magnos honores eum euexit: annulisque aureis eum ornauit, & ab eodem in equestrem ordinem adscriptus fuit.* ] Quod tamen *C. Asinio* *Pollione* *C. Antistio* *Vetere* *Coss.* anno *Tiberij* principatus nono prohibitum fuit: & constitutum, ne cui ius id (anulorum scilicet aureorum) esset, nisi cui ingenuo ipsi, patri, auoque paterno seferia 400. census fuisset, & lege *Iulia* theatri in xiiij.

ordinibus sedendi, teste Plinio: cap. 2. lib. 33. Et nihilominus Hycellus Galbæ libertus anulis postea donatus est: quem equestri nomine Martianum vocabant, Tacito lib. 17. & Suetonio in Galba cap. 14. auctoribus. Deinde Vitellius primo imperij die foedum mancipium & malis artibus ambitiosum, iam libertum suum Asiaticum inter secreta conuiuij equestri dignitate donauit, honorauitque anulis (vt idem Tacitus lib. 18. scribit) cum mane postulante exercitu & rogantibus pro eo cunctis detestatus esset feuerissimè talem equestris ordinis maculam, idque Suetonius in Vitellio cap. 12. refert. Verumtamen qui anulos aureos habebant & illa equestria insignia, non ideò magis erant equites, nisi etiam equo publico donati essent: quae re apud Vlpianum nostrum quodam loco<sup>a</sup> agitur: vt qui Consularia, Senatoria, Quæstoria insignia erant consequuti Quæstores, Senatores, Consules non ideò vel erant vel etiam dicebantur<sup>b</sup>, nisi & in quæstorum collegium, senatoriūve ordinem allecti atque conscripti, aut in alterutrius ex consilibus defuncti locum suffecti essent. Mæna igitur cui equus publicus à Censoribus attributus non erat (etsi haberet anulos) eques Romanus dici, aut in xiiij. gradibus sedere vt eques, nisi Othone contempto, non potuit: cum libertinus esset. Enimuerò Seneca Epi. 44. disertè libertinos ab equitibus diuidit, vbi, Puta itaque (inquit) te non esse equitem Romanum, sed libertinum: potes hoc consequi, vt solus sis liber inter ingenuos. Et ab Imp. Claudio libertinos, qui se pro equitibus Romanis agerent, publicatos Suetonius in Claudio cap. 25. ab Alexandro Seuero Lampridius in Seuero libertinos nunquam in equestrem locum redactos tradunt, Quamobrem Horatianus Mæna Othonem, id est Othonis legem contemnebat: qui cum equitibus, libertinus ipse ac plebeius, in xiiij. sedebat: perinde ac si magnus aliquis eques & ingenuus fuisset: ob id quòd ab Augusto anulis aureis, id est equestris ordinis insignibus ornatus fuerat: cum tamen equites Otho & libertinis, & ingenuis etiã plebeis præferri voluisset. Equites intelligens ingenuos scilicet, qui lecti essent à Censoribus, non libertinos qui ius anulorum, id est equestrem dignitatem impetrassent: quia Roscij Othonis tempore anulorum aureorum ius libertinis concedi nondum cepisset: quod neque postea, nisi ingenuos habere Tiberius voluit, eiusque præscriptum sequutus Alexander Seuerus libertinis nunquam tribuit, vt antè diximus: Sed quoniam de spectaculis ordinum aliquid attigimus reliqua, non fat aliis perspecta iuuat exponere.

Cum igitur olim discretis senatus & populi locis (quemadmodum ex Liuiò & Valerio alij tradidere) senatores in cauea vel orchestra soli spectarent: Ex lege autem Roscia equites vt à plebe diuisi in xiiij. ita permisti nolentibus esse in cauea senatoribus, aut cum hos propter magnum ipsorum numerum (quem Cæsar supra fas auxerat) cauea nõ posset capere, in quatuordecim gradus: sed ibi quoque angustè sese transcurrentibus, promiscuè spectarent (vnde iocus ille Ciceronis ductus, quæ prætereunt Libero, & sedile in xiiij. gradibus quærèti dixisse, Reciperem te, nisi angustè sederè, & Seneca Declam. 3. lib. 7. & contro. 19. li.

4. tra-

4. tradit, & refert Macrobius lib. 2. Satur. cap. 1. & li. 7. cap. 3.) Primusque ordo ex quatuordecim, idemque vt infimus ita præ aliis commodissimus honestissimusque foret ad caueam vel eam theatri partem, quæ scenæ proxima erat, & orchestra dicebatur: Augustus confusissimum ac solutissimum spectandi morem correxit ordinauitque, motus iniuria senatoris, quem Puteolis per celeberrimos ludos confessu frequenti nemo receperat. Igitur factum (teste Suetonio in Octauiò cap. 43.) patrum decretum, vt quoties quid spectandum vsquam publicè ederetur, primus subleuorū ordo vacaret senatoribus: id est (vt opinor) vt cum orchestra, primus etiam gradus ab equitibus vacuus esset, ac senatoribus reseruetur. Itaque L. Cornelio Cinna & Valerio Messala Coss. ex eo senatusconsulto (vt reor) ludis circensibus separatim senatores, separatim equites à reliquo populo spectasse Dio lib. 55. idque suis adhuc temporibus obseruatū tradit his fere verbis, καὶ τῶν ἰπποδρομίας χωρὶς μὲν οἱ βουλευταί, χωρὶς δὲ οἱ ἰππεῖς ἀπὸ τῆς λοιπῆς πλῆθους εἶδον, ὃ καὶ νῦν γίνεται. [ludi circensēs scorsim à patricijs, ac equestribus spectati sunt quod adhuc moris est.] &c. Deinde post Augustum ab Imp. Claudio certa senatoribus promiscuè, non quidem cum equitibus (Nā hoc ne ultra fieret Augustus ipse cauerat) sed nunc hinc, nunc illi spectare solitis, & propria loca constituta sunt, in aliqua regione circi maximi: idque Suetonius in Claudio cap. 21. ostendit, si vt oportet explicetur, his ex Dione li. 60. verbis adhibitis: vbi de hippodromo siue circò, εἰσὶν ἄλλοι ποσὶ πρότερον ἐν αὐτῷ ἰδίῳ καὶ σφῆρας ὡς ἑκαστοὶ τό τε βουλευτῶν καὶ τῶν ἰππεῶν καὶ ὁ ἄμιλος, ἀφ' ἑτέρου τούτ' ἐνομιάζη· ἔμειστοι καὶ τεταγμένα σφίσι χωρία ἀπέδεδεκτο, ἀλλὰ τότε ὁ Κλαύδιος πῶς τε εἶδραν πῶς νῦν εἶδον τῶν βουλευτῶν ἀπέπεινε, καὶ προσέτι τῶν ἐθέλουσι σφῶν ἐτέρωθί πω καὶ ἐν γὰρ ἰδιωτικῇ ἐσθῆτι θεάσασθαι ἐπέτρεψε. [spectauerant eam ante scorsim singuli ordines patriciorum equitum, & plebeiorum, ex eo tempore quo lex de eolata fuit: non tamen certi loci singulis attributi erant: sed tunc Claudius subsellia patricijs destinauit, quæ nunc quoque sunt, concessit etiam si qui alibi veste plebeia spectare vellent.] Vt Claudius autem senatoribus, ita etiam Nero loca equiti secreta à cæteris tribuit ludis circensibus, id quod his totidem verbis à Suetonio cap. 11. traditum scimus: & leuiter à Plinio cap. 7. lib. 8. natural. histor. notatum, vbi euripòs, quibus Cæsar dictator spectaculum editurus arenam circundederat, Neronem principem sustulisse: loca equiti addentem memorat: perspicuè verò expositum à Cornelio Tacito, lib. 15. Annal. vbi de Nerone equitum (ait) Romanorum locos sedilibus plebis anteposuit apud circum. Nanque ad eam diem indiffereti inibant (plerique scilicet qui in altioribus plebeiorum gradibus, cum xiiij. primi equitibus destinati non sufficerent, ob magnum equitum numerum spectare cogebantur) Quia lex Roscia nihil nisi de xiiij. ordinibus sanxit tam circi videlicet, quàm theatri: sedilium verò loca, vt in regionibus theatri vel circi aliis senatores, aliis equites, aliis denique plebeij spectarent, non fecerunt: hanc enim esse Taciti mentem Dionis auctoritate commotus existimo. Porro autè cum siue Roscia lex, siue ista Clau-



dij ac Neronis constitutio, vel potius vtraque non obseruaretur, & plebs in equestribus promiscue cum equitibus spectaret: hanc theatrali licentiam Domitianus inhibuit, teste Suetonio, in Domitiano ca. 8. & Martiale ipso, Epigr. 3. lib. 5. qui eius principis temporibus vixit: vbi,

*Edictum (inquit) domini deique nostri,  
Quo sub sellis certiora fiunt,  
Et puros eques ordines recepit:  
Dum laudat modo Phasis in theatro,  
Phasis purpureis ruber lacernis:  
Et iactat tumido superbus ore,  
Tandem commodius licet sedere,  
Nunc est reddita dignitas equestris,  
Turba non premimur, nec inquinamur:  
Hac & talia dum refert supinus:  
Illas purpureas & arrogantes  
Iussit surgere Lectus lacernas.*

& alibi, Epigr. 24. lib. 5.

*Herbarum fueras indutus, Basse, colore,  
Iura theatralis dum siluere loci:  
Qua postquam placidi censoris cura renasci  
Iussit, & Oceanum certior audit eques:  
Non nisi vel cocco madida vel murice tincta  
Veste nites: & te, sic dare verba putas.  
Quadringentorum nulla sunt, Basse, lacerna:  
Aut meus ante omnes Cadrus haberet equum.*

Nam vtrouique poeta in Phasidem & Bassum inuehitur: quod post edictum Domitiani de locis equitum in theatro, ipsi (cum censum equestrem non haberent) vt ex equestribus histrionem Oceanum spectare ac audire possent: coccineis aut purpureis equitum vestibus utebantur. Sed ad Augustini tempora regredior: is Romae legatos liberarum sociarumque gentium vetuit in orchestra (atque adeo, vt arbitror, in primo ex quatuordecim gradibus) considerare: cum quosdam etiam libertini generis mitti deprehendisset, vt idem Suetonius in Octauio cap. 43. & 44. refert. Et libertini quidem generis legatos orchestra merito excludendos Augustus censuit, theatralem Othonis legem sequutus: quae lex libertinos (vt pote plebeios) itemque illos, qui censum equestrem non haberent, non orchestra vel cauea, sed etiam quatuordecim primis ordinibus prohibuerat: Verum, vt omitam quod certum, adeoque alium à xiiij. ordinibus locum deoctoribus lege Ro-  
scia constitutum ex Cicerone Philip. 2. alij docuere: quod eiusdem legis poena teneri Augustus eos noluit, quibus ipsis paratibusve equester census vnquam fuisset, vt est apud Suetonium: Octauio cap. 40. quod senatus consulto ipsius temporibus facto (cum antea Laberius eques Rom. ad mimum suum agendum à Iulio Caesare quingentis sestertiis inuitatus, ijs & anulo aureo donatus in fine ludorum è vestigio equestri  
ordini

ordini redditus in equestria, vt Seneca Contro. 19. lib. 4. loquitur, id est in xiiij. gradus sessum ad spectandum transisset, violato, ait Macrobius ca. 3. lib. 2. ordine equestri scilicet: quod mimus, & ided nota non vacuus cum equitibus sederet: cum Balbus quidam quaestor, exemplo C. Caesaris ludis, quos Gadibus fecit, Herennium Gallum histrionem summo ludorum die anulo aureo donatum in quatuordecim sessum deduxisset: tot enim fecerat ordines equestris loci: qua de re ad Cicero nem A. Sinius Pollio Epist. 32. li. 10. Epistol. Ciceronis familiarium scribit) (cenae aut arenae operam exhibere, omninoque artem ludicram facere equites prohibiti fuerunt, vt Dio lib. 54. & idem Suetonius in Octauio cap. 45. & Tiberio ca. 35. referunt: & Tacitus, lib. 15. vbi de principatu Vitellij, Cautum seuerè ne equites Ro. ludo & arena polluerentur, cum priores id principes (quo verbo notatur Nero, vt ex alijs eorundem auctorum locis colligitur) pecunia & saepius vi perpulsissent: eamque ob rem arenarios, scenicos, eoque qui artem ludicram faciunt, in xiiij. primis ordinibus non sedere, Quintilianus in Institutionibus: arceri curia, rostris, (senatu, equite, Tertullianus, tradunt: qua de re libro 1. cap. 20. diximus. Illa igitur, vt praeterea, argumenta propemodum necessaria, isto Quintilianus loco nihil adferri (mea quidem opinione) illustrius, ad id quod quaerimus de libertinis explicandum, potest: quo loco, Ius certè sedendi (inquit in declamatio. b) implet ingenuitas & census, & c. & b Declam: gladiator igitur est, qui in arena populo spectante pugnavit, & c. Illum ergo maiores prohibuerunt theatro, qui vilitate, qui gula se auctoras-  
set. Et nihilominus tamen in eo nimium fuisse Augustum sentio: quod ne libertinos honestissimo loco inter ingenuos & senatores admitteret contra legem, ipse quoque legatos exeluserat: quamobrem hoc ei exemplum caeteri principes postea sequuti non fuere. Claudius quidem Imperator (vt apud ipsum Suetonium in Claudio ca. 25. legimus) Germanorum legatis in orchestra sedere permisit, simplicitate eorum & fiducia motus: quod in popularia deducti, cum animaduertisset Parthos & Armenios (legatos scilicet) sedentes in senatu, ad eadem loca sponte transferant, nihilo deteriore virtutem aut conditionem suam predicantes. Quam historiam enarrans Tacitus li. 13. Ann. rectius (vt puto) Neronis quam ille Claudij temporibus tribuit: & pro senatu, sedes senatorum ponit. Illud constat iam tum vsque ab Augusto separatim spectasse ludos à senatoribus equites ab equitibus etiam vt antea populares. Nam popularia, vt illo Suetonij loco, & alibi in Domitiano ca. 4. apud eundem auctore vocari arbitror, loca circi vel theatri, ex quibus spectaret populus, id est alios omnes gradus exceptis quatuordecim primis ordinibus, aut locis potius illis quae deinde iussu Neronis in circo anteposita sedilibus plebis fuere: exceptis, inquam, illis quae similiter à Suetonio, Caligula ca. 26. à Seneca, Contro. 19. li. 4. & Petronio Arbitro Satyrico Equestria ελλειπιδας vt (loca) suppleas: itidemque ipso equitis nomine designari ab Suetonio. ca. 8. in Domitia. crediderim, vbi de Domitiano, Suscepta (inquit) morum correctione licentiam theatralem promiscue in equite (Sic enim omnino legendum est, non, inquietè, quod  
F

a d. lib. 15.  
apud Tacitum & Sueton. ca. 12.  
in Nerone.

b Declam:  
302.

Sabellius facit) spectandi inhibuit: eademque ratione accipi equitis, itemque senatus vocabula apud Tertullianum, in li. de spectaculis, ubi eos, qui spectaculum sui populo præbeant aceri curia, rostris, senatu, & equite scribit: Nam quod senatum nominat qui ante curiam dixit, ne in tautologiam incidat, quin orchestram & caueam Tertullianus; aut aliam denique circi theatrive aut amphitheatri regionem senatoribus ad spectandos ludos attributam significet, neminem inficias iturum arbitrer, præsertim quod Suetonius quoque in supra dicto loco, senatus vocabulo, primum subfelliorum ordinem (qui senatoribus eum ipsa orchestra vel cauea, id est loco ad theatri radices scenæ proximo, vacaret) intelligit: & alibi in Nerone ca. 12. utrumque orchestræ ac senatus nomen, idem auctor coniunctim posuit, senatorum in theatro locum significans: qui sic senatus dicebatur, ut quidam Romæ locus, Senaculum, in quo senatus assiduam stationem peragebat, ut est apud Valerium. lib. 2. cap. 1.

Igitur nec ex lege Roscia, nec ex lege Iulia theatri ab Augusto lata (cuius meminere Suetonius Octavio ca. 40. & Plinius ca. 2. li. 33.) nec è senatusconsulto eiusdem Augusti temporibus facto (de quo apud ipsū Suetonium Octavio ca. 44.) primus sedilium gradus tribunis: sed vel ex vtraque lege equitibus & senatoribus promiscuè, vel ex hoc solis senatoribus: reliqui verò xij. ordines equitibus non libertinis cessere: & in eo Mena in Othonis legem, aut certe in sententiam legis committebat: quod et si census equestrem haberet, libertinus tamen se in equitum senatorumve ordinem, populo coram, insereret: cum in fraudem legis eius, quæ ingenuos equites à plebeis ingenuis distinguere voluerat, à principe Augusto in ingenuitatem (ut Suetonius Octavio c. 74. loquitur) assertus esset: impetratis, quos fortè etiam non esset commeritus, aulis aureis: quo genere magna toti equestri ordini nota iniusta est, cuius tamen decorandi rationem Otho Roscius inierat. Nam quod apud Iuvenalem ita scriptum legimus Satyra. 3. li. 1.

*Si pudor est, & de puluino surgat equestri,  
Cuius res legi non sufficit: & sedeant heic  
Lenonum pueri quocumque in fornice nati:  
Heic plaudat nitidi praconis filius, inter  
Pinnirapi cultos iuuenes iuuenesque lanistæ:  
Sic libitum vano qui nos distinxit Othoni.*

Satyricum nasum habet: ut Domitiani temporibus non tam in usum fuisse reuocatam Rosciam legem, quam interpretatione deprauatam atque peruersam demonstrat: quippe Roscius Otho in xiiij. sedere noluerat illos equites, qui census equestrem non haberent, sed decoxissent: eos verò qui non essent equites, et si quadringenta in bonis haberent, nihilo magis in equestribus recipi voluerat: ut puta libertinos, præconū, lenonum, gladiatorii filios, atque adeo plebeios. Sub Domitiano soli diuites census equestri præditi, licet non equites sed humiles plebeij ac infames forent, in xiiij. sedebant. Meritò igitur ob eam rem indignabantur po. Ro. Mænam intuens: & quia (libertinus cum esset) tribunatu militum fun-

fungeretur: adeoque imperium in milites ciues Romanos haberet ipse, qui miles (ex more quidè Romano) esse non poterat: cum nisi extraordinem & in subito quodam ac improviso tumultu, neque publica in magnam aliquod discrimen adducta, Romani (tùm quidem) libertino milite non vterentur: id quod Liviò, Appiano, & Macrobio lib. 1. Saturn. cap. 11. citatis, Carolus Sigonius lib. 2. de antiquo iure ciuitem Rom. ca. 14. de libertinis. a euidenter alicubi docet. Sanè post Cannensem pugnam, qua Romani ab Hannibale superati sunt, tantam militum inopiam secutam esse Beatus Augustinus lib. 3. de ciuit. Dei cap. 19. b memorat: ut Romani reos facinorum proposita impunitate colligerent, seruituti libertate donarent, atque ex illis pudendus non tam suppleretur, quam instrueretur exercitus: nonnunquam etiam naues Romanas sociis ciuibus Ro. qui seruitutem seruissent completas fuisse: sed ita, ut ingenui tantum iis præessent, Liviò lib. 10. tradit. Augustus ipse libertino milite, præterquam Romæ incendiorum causa, & si tumultus in grauiore annona metueretur, bis usus est: sed ita ut manumissi sub priore vexillo haberentur, neque aut commisti cum ingenuis, aut eodem modo armati, ut Suetonius in Octavio capite 25. auctor est: ex quo intelligendum (nisi fallor) quod cohortes etiam in vrbe conscriptas ex libertinorum corpore Tacitus libro 13. refert: Nam vigiles initio ex libertinis fuisse ab Augusto lectos & Strabo libr. 5. geograph. & Dio libro 55. memorant. Agrè etiam id ferebat populus: quod aduersus socios mitteretur Mæna: id est ad seruos & piratas expugnandos, qui adhuc partes Sexti Pompeij sequebantur (Nam, ut est apud Dionem, libro 48. τότε ἐκείνου ναυτικόν, καὶ τὸ τῶν δούλων τῶν ἐκ τῆς Ἰταλίας ἀφικνουμένων πλῆθος προς λαβὼν πάμπολυ ἠυξήθη, [ Deinde eius classem ac multitudinem seruorum qui ex Italia aduenerant, ad sercipiens magnopere creuit. ] ubi προς λαβὼν malim legere, ut referatur ad ναυτικόν) quòdque in Sextum ipsum Augusti auspiciis, militem Romanum duceret ille, qui classi eiusdem Sexti Pompeij patroni sui cum Menecrate præfectus, paulo antè Tyrreniam infestasset (ut tradit Dio libro 48. c in illo loco, Μηνᾶ δὲ ἐξέλευθέρῳ ᾧ πατρὸς αὐτοῦ προσέκειτο, ἐκέλευσε μέρει τοῦ ναυτικοῦ ἀειπλέοντι κακοῦργεῖν τὰ τῶν ἐναντίων, καὶ ὅς τῆς τε τυρρηνιας πολλὰ ἐπάκουσε, &c.) [ Mena libertino suo quem plurimi faciebat imperauit & cum classis parte circumuectus, hostium diuisionem infestaret. Mena in Etruria haud leuiter infestata ] atque adeo pirata (quomodo Plutarchus in Antonio loquitur) fuisset: imò etiam seruus olim ipsius Pompeij: & verò talis seruus, ut non frugi bonæ, sed extremæ notæ nebulòque insignis existimari posset: quippe qui, non ob leue quodpiam delictum coactus esset à domino ignominia magis quam supplicij causa circa vicinos furcam ferre (vnde olim furciferi dicebantur, ut Donatus in Adrian. post Dionysium Halicarnasseum libro septimo & Plutarchum, in Romæ & Coriolano, ac veteres Glossæ d itidem notant) verum etiam à triumphis in carcerem compactus, inde è promptuaria cella (ut Plautus in Amphitryone. act. 1. scena 1. & Aſinaria actu. 3. loquitur)

a vide & Hirtii li. de bello Afric. ubi de M. Catone Vticensi. b ubi Vives ex Orofij lib. 4. & Livi. lib. 25. meminit Capitolinus in Marco philoſo pho.

c Mena autem & Menecratis libertorum Sex. Pompeij meminit & Plinius li. 35. ca. 18. d his verbis Furcifer σαυρὸς καλλιστος κτανόφορος οὐκ αἰσίωντες ἀπὸ τῆς τιμωρίας ἡ ταραχῆς ἐν τοῖς στρατοῖς ἔχοντες πέντε κλιμαξὸν δὲ τῆς πόλεως ἀεικλιμαξοῦν

de promptus ad flagrum, & ab octo validis virgatoribus caesus vlnæ-  
que lentis virgis affectus, hoc est flagris lorisque publicè à licitoribus  
triumvirorum & præconis interuentu, ex aliqua grauiore causa, ruptus  
& vltus efflet. Quamobrem iure meritoque suspectam ipsius fidem aut  
habuit populus, aut isto carmine reddere tentauit Horatius: vaticinatus  
quodammodo futurum esse, (id quod euenit) vt qui à Pompeio ad Au-  
gustum transfugisset, huius partibus relicto, proditor ad illum (si res ita  
ferrent) se denuò reciperet. Enimuerò Mænam istum, qui sublesta fi-  
dei esset à natura, semperque partes superioris sequeretur ac foueret:  
propterea indignatum, quòd non vti sub Pompeio Sexto ita sub Augu-  
sto præfecturam classis accepisset: sed ea Sabino demandata cura ipse  
imperio Sabini præfæcti subditus & tribunatus tantum honore affectus  
esset: ad Sextum denuò transfugisse Dio ad finem li. 48. memorat: sic e-  
nim hæc eius auctoris verba interpretor, ὃ δὲ δὴ Μηνᾶς ἀπιστός τε φύ-  
σει ᾧν, καὶ τῷ τοῦ κρείττονος ἀεὶ θεραπέυων, καὶ προσέτι ἐ ἀνανακτιῶς ὅτι  
μηδὲ μίαν ἀρχὴν εἶχεν, ἀλλὰ τῷ Σαβίνῳ ὑπέτελλε καὶ τῷ πορὸς τὸν Σεξτόν αὐθις  
ἠὲ ἑσπέρην. [Menas homo natura fidei ambiguus, ac semper felicioris par-  
tes potiores habens, quem prætere a indignè ferret, nullum sibi proprium esse  
imperium, sed Sabino se esse subiectum, iterum ad Sextum Pompeium se transfugit.

Cæterum ad flagella triumuiralia quod attinet, hoc animaduertio-  
nis genus haud leue fuit: præsertim id temporis, quo nondum obso-  
leuissent leges Porcia & Valeria, M. Porcio Catone tribun. pleb. Va-  
lerio & Apuleio Coss. lata, anno urbis 453. quæ libertatem ciuium  
licitori eripuerant, hoc est virgas & secures à ciuium Romanorum  
tergo corporèque remouerant (vt Cicero in orat. pro C. Rabirio, &  
Liuus libro decimo imprimis docent) ac in seruos aut peregrinos  
tantum ex communibus delictis exeri sinebant: vsque eo vt apud  
Plutarchum consul Marcellus, indicium hoc esse hominis peregrini  
nec Romani ciuis esse voluerit, quòd eum ipse virgis caecidisset: καὶ  
Μάρκελλος ὑπατεύων (inquit in Cæsare) ἐνα τῷ ἐμὲ βουλευτῶν εἰς  
Ρώμην ἀφικόμενον ἦμισο βαβδούς, ἐπιέγραν ὡς ταῦτα τοῦ μὴ Ῥωμαίου εἶναι  
πρόσημα, προσέθησαν αὐτῷ, καὶ δεινύειν ἀπιόντα καὶ ἄλλοι ἐπέλευν.  
Verri profectò inter cætera crimina obiecit Cicero, libro quinto  
in Verrem, quòd prætor in Sicilia ciues Romanos verberibus affici  
iussisset. Nam vbi de quodam Gauio, Repentè (inquit) hominem  
proripi atque in foro medio nudari, ac deligari, & virgas expediri  
iubet: Clamabat ille miser, se ciuem esse Romanum, municipem Con-  
fanum, & postea, Cædebatur virgis in medio foro Messanæ ciuis Rom.  
iudices, cum interea nullus gemitus, nulla vox alia istius miseri inter  
dolorem crepitumque plagarum audiebatur, nisi hæc, Ciuis Rom.  
sum. & statim, Huccine tandem omnia reciderunt, vt ciuis Roman.  
in prouincia pop. Roman. in oppido fœderatorum, ab eo, qui benefi-  
cio pop. Rom. fasces & secures haberet, deligatus in foro virgis cae-  
deretur? Ex militaribus profectò delictis, etiam post leges illas, in  
ciues Romanos magistratibus animaduertendi & verberibus & ca-  
pitalibus etiam poenis fuisse potestatem, historia Liuiana ostendit: ex  
qua

qua militarium animaduersionum exempla in superiorem librum cõ-  
gestimus: & verò Paulus noster, \* cum lege Iulia de vi publica tribu-  
nos militum & præfectos classium alarumve excipi docet: vt sine ali-  
quo impedimento legis Iuliæ, per eos militare delictum coërceri pos-  
sit. Nam ex communibus delictis, ne à tribunis quidem, in eos præfer-  
tim qui non militarent ciues Romanos, nisi aduersus leges Porciam, &  
Valeriam: aut, si prouocatum foret, nisi aduersus legem Iuliam anim-  
aduerti potuit. Quapropter Beatus etiam Paulus (vt est in Actis Apo-  
stolorum cap. 16.) querebatur ex postulabatque tanquam accepta gra-  
uissima iniuria, quòd Romanus ciuis (indemnatus præsertim) iussu ma-  
gistratum ac tribunum caesus publicè flagellis foret: Igitur ad lictores  
δέραντες (inquit) ἡμᾶς δημοσίᾳ ἀκατακρίτους ἀνδρώπους Ῥωμαίους ὑπάρ-  
χοντες ἐβαλον εἰς φυλακὴν, καὶ νυκτὶ λάθρα ἡμᾶς ἐκβάλλουσιν ἐ γῆ. [id est,  
Cæsus nos publicè indicta causa quum sitimus Romani, coniecerunt in car-  
cerem, & nunc clam nos eiciunt, non profecto.] &c. Et alibi cap. 22. ad  
centurionem, ὡς δὲ πορὸς τενεν αὐτὸν τῶς ἡμᾶσιν, εἶπε πορὸς τὸν ἐστῶτα ἐκα-  
τὸν τῶρον ὁ Παῦλος, εἰ ἀνδρῶπον Ῥωμαῖον καὶ ἀκατακρίτον ἔξεστιν ὑμῖν μα-  
στιξεν. [id est, Quum autem adstrinxissent eum loris, dixit astanti centurio-  
ni Paulo Num hominem Romanum & indemnatum licet vobis flagellare.]  
Et statim subiicit B. Lucas tribunum, quod alligari Paulum iussisset,  
quem nunc ciuem Romanum esse audiebat, metu affectum & con-  
sternatum esse: intelligebat ille videlicet, rem se fecisse illicitam: καὶ ὁ  
χιλιάρχος δὲ ἐφορέηθη (ait) ὄππην ὅτι Ῥωμαῖός ἐστι, καὶ ὅτι ἦν αὐτὸν δέδε-  
κώς, quippe tribuno nisi in milites & ex admissi militaris causa lege a-  
gendi, atque aded in D. Paulum animaduertendi ius non erat: liqui-  
dem vigeant adhuc aliquantum (in prouinciis præsertim) leges il-  
læ, quas sæpe iam nominauimus: quæ tamen (vt arbitror) ad histriones  
non pertinebant: nam lege Iulia de vi publica, (qua damnatur qui cum  
imperium potestatemve haberet, ciuem Romanum aduersus prouoca-  
tionem, antea ad populum stante repub. nunc post legem Regiam  
ad imperatorem, nec arit, nec arive iusserit, torferit, verberauerit, con-  
demnauerit, inue vincula publica duci iusserit: vt Vlpianus l. lege Iulia.  
7. D. ad legem. Iul. de vi publica. & Paulus lib. 5. recept. sent. tit. 26.  
in princ. referunt) eos qui artem ludicram faciunt excipi, Iurisconsultus  
idem Paulus tit. 26. lib. 5. §. j. auctor est: excipi verò, non quidem  
nominatim ipsa lege Iulia, sed prudentum interpretatione: vel certè sic  
ipsa lege Iulia excipi, vt in ludis tantum & scena, dissensionis vulgi pro-  
hibendæ, immodestiarque histrionum coërcendæ, ac seditionis euitan-  
dæ causa, & in carcerem deduci possint aduersus prouocationem, & ius  
virgarum magistratus in histriones habeant: quod ante Augustum atq;  
aded ante legem Iuliam magistratibus omni tempore ac loco permis-  
sum fuit: sic enim Suetonius, cap. 45. in Octauio. Coërcitionem in hi-  
striones magistratibus in omni tempore, & loco lege vetere permis-  
sam, ademit: præterquam ludos & scenam: nec tamen eo minus aut  
xypticorum certationes, aut gladiatorum pugnas seuerissimè semper  
exegit, & Tacitus, l. 1. Annal. Actum de ea seditione apud patres, dice-

banturque sententiæ, vt prætoribus ius virgarum in histriones esset. Intercessit Haterius Agrippa tribunus plebis, &c. Valuit tamen intercessio: quia Diuus Augustus immunes verberum histriones quondam responderat: neque fas Tiberio infringere dicta eius. De iure virgarum & apud Plinium lib. 7. cap. 43. aliquando quidpiam legere memini: id ius in milites vtique semper in castris fuit magistratibus Romanis: itémque aduersus histriones, & in vrbe etiam, post leges Valeriam & Porciam: nisi forsitan per aliquot annos, sub Augusto ac Tiberio Imperatoribus: quorum tempore, nisi ob crimen admissum in scena & theatro, in histriones animaduersum non fuit: Ex lege tamen Iulia de vi & aduersus prouocationem, vt iudicati & confessi, aut qui ius dicenti non obtemperassent, quidve contra disciplinam publicam fecissent (ipso Paulo teste) in carcerem duci potuere: non tamen ciues cæteri: nisi quod ipsis aliquanto post iniusta principum Romanorum tyranni de oppressis, tandem leges illæ antiquatæ sunt: reducto ac restituto veteri suppliciorum more: de quo latius pleniúsque sermone proximo statim differetur.

*De prisco Romanorum in noxios animaduertendi more ante leges Porciam & Valerias: emendatus obiter Diodori locus. Morem maiorum de legibus illis interdum intelligi. De intercessione tribunitia, vel imperatoria iure potestatis tribunitia: duobus apud Tacitum castigatis & expositis locis. De decollatione: Athenæi loco explicato. De culleo, quo confessi duntaxat parricide insueretur. De laqueo: quo fauces noxijs in carcere frangerentur. Carceris descriptio eiusque appellationes variae. De vini crematione. De damnatione ad bestias eiusque supplicij prima origine. De confessoribus ferarum in spectaculis Romanis. Emendatur locus apud Suetonium: apud Popiscum alij deprauatissimi duo castigantur. Postremo cremationis pœnam cruce ac bestijs grauiorem habitam: exposita l. mul. ti. 6. C. de malefic. & mathemat.*

## C A P V T V I I.

**A**PUD florentissimos Romanarum rerum auctores, hæc verba non infrequenter legentibus incidunt: More prisco in aliquem animaduersum, More maiorum de quopiam sumptum esse supplicium quæ proponere idem, & interpretari volumus: non quod esse neminem: putemus qui ea intelligat (quanquam neminis, ipsa qui satis expederit, ad nos adhuc monumenta peruenerint) sed vt alia quam plurima, quæ plerisque antiquitatum indagatoribus incognita, separatim tradi non possunt, simul exponamus.

Catonis, cum de Catilina, coniuratisque ipsius sociis in senatu sententiam dixit, hæc fuere verba (vt Sallustius in Coniuratione Catilinæ retulit) nouissima, De confessis, sicuti de manifestis rerum capitalium more maiorum supplicium sumendum. Senatum Rutilio & Lemnati Coss. mandasse, vt in eos, qui cum Graccho consenserant, more maiorum animaduertent, Valerius Maximus lib. 4. cap. 7. vbi de Graccho

tra-

tradit. Tacitus lib. 2. Ann. Tiberij temporibus in Martium quendam consules more prisco animaduertisse scribit: eo loco, quæ superiori capite aliam in rem adduximus: apud eundem auctorem li. 14. vbi de Antistio prætoris maiestatis accusato, quod aduersus principem probro facta carmina faceret: Censuit Iunius Marullus cõsul designatus (inquit) adimendam reo præturam, necandumque more maiorum. Et alio loco lib. 20. Curtius Montanus, Elanguimus (ait) patres concripti: nec iam ille senatus sumus, qui occiso Nerone delatores & ministros more maiorum puniendos flagitabat. Suetonius cap. 11. denique de Domitiano, Quosdam (inquit) maiestatis reos in curiam induxerat: & cum prædixisset, experturum se illa die quàm charus senatui esset: facillè perfecerat, vt etiam more maiorum puniendi condemnarentur, &c. Moris antiqui supplicium, equidem (vt & Alciatus ea. 21. li. 4. Parer. interpretatur) intelligo: id quod in ciues quoque Romæ animaduerti solebat, ante ius nouum lege Porcia (quæ damnatis non animam eripi, sed exilium per mittere iusserat, eorumque corpora potestati carnificis exemerat) constitutum atque sancitum: Quod fuit eiusmodi, vt palam verberati ad necem noxijs, postea laqueo vel securi vel alio quouis inferendæ mortis generæ, per seruum publicum (hoc est funesta carnificis manu) necarentur. Nam ita Pætus Thrasea in senatu cum de Antistio illo ageretur, sententiæ loco apud Tacitum li. 14. Annal. differuisse dicitur, carnificem & laqueum pridem abolita: & esse pœnas legibus constitutas, quibus sine iudicium sæuitia & temporum infamia, supplicia decernerentur. Quin insula publicatis bonis, quod longius fontem vitam traxisset, eod priuatim miserior, & publicæ clementiæ maximum exemplum futurum. Tum verò ita Cicero alicubi, li. 5. in Verrem. Etiam illud præcidas licet, te quod supplicium more maiorum sumperis, securi quoque percussis: iccirco à me in crimen & inuidiam vocari. Quod enim ait de more maiorum, eod nimirum pertinet, vt intelligamus prius aliquem ad necem vique verberatum, deinde securi percussum fuisse, non tamè verberibus necatum: Nec enim ea pœna damnari quem oportere, vt verberibus necetur, vel virgis interimatur: ipse quoque iurisconsultus alicubi<sup>a</sup> declarat. Polybius li. 1. quidem certè, vbi de militibus qui Rhegiu iniusto bello occupauerat, & victi deinde à Romanis obsequio Rhegio captique Romam transmissi fuerant, loquitur, Omnibus (hi trecenti erant) in medio foro verberatis ex Romanorum more ceruices securi præcitas fuisse narrat, sic ferè, ζωρεία δὲ ἐκκελευσαν πλείονων ἢ τετρακοσίων, ἃν ἀναπεμφθέντων εἰς πλὴν Ρώμην οἱ στρατηγοὶ προαλαβόντες εἰς πλὴν Ἰσταν, καὶ μαστίωσαντες ἀπαντας καὶ τὸ παρ' αὐτοῖς ἔθος ἐπέλευσαν. [ *Plurimam trecenti viuicapti, Romanique missi atque in forum à Consulibus producti, virgisque casti, omnes de more securi percussis fuerunt.* ] Valerius cap. 2. lib. 2. addit senatum, quod minore cum inuidia id perageretur: quinquagenos per singulos dies virgis castos securi percussis. Sed in Polybio animaduertendum illud verbum est, καὶ τὸ παρ' αὐτοῖς ἔθος. [ *secundum consuetudinem quæ apud ipsos.* ] quo verbo Diodorus etiam vitur, vbi de Soranis ducentis viginti quinque,

<sup>a</sup> l. aut dānum, s. hostes, D. de pœnis.

qui infandæ colonorum cædis & defectionis auctores vinciti, Romam deducti, virgisque in foro cæsi ac securi percussi ( teste Livio lib. 9.) fuerant: ita scribit, *Ἰουλιὸς* ( intelligit autem *Ἰούλιος Ἰουλιανὸς* ) sic enim malo apud Diodorum ex Livio legere, quàm *ῥωμαίων* : quod nullius auctoris testimonio fuleiri potest) *τὸν ἀειθρόν ὄντα πλείους ἢ δ' ἑκατόσιον, ἀπὴν ἄρην εἰς Ρώμην & ἀποαγαγὼν εἰς πλὴν ἀγορᾶν ῥαβδίστας ἐπέλεμισε καὶ τὸ πάτριον ἔθος.* [ *Cum plures essent quàm ducenti, quos Romam abduxit, ac in forum productos virgisque casos, securi, de more patrio, percussit.* ] Eo quippe mos veterum Romanorum significatur, damnatos in manum & potestatem carnificis tradendi, vt ad palum deligatos inserto furcæ capite,

<sup>a</sup> Sic vocat Suetonius in Domitiano ca. 8.

virgisque in foro & comitio <sup>a</sup> ad necem cæsos, vltimo supplicio dein plederet, vitamque eriperet: id quod mutuatis & petitis è Cicero, Sallustio, ac Suetonio argumentis: vel potius disertis ( vt Liutiana interim exempla mittam ) & perspicuis testimoniis comprobabitur. Cicero lib. 5. in Verrem. Hos ad supplicium iam more maiorum traditos, & ad palum alligatos, ex media morte eripere ac liberare ausus es. Suetonius cap. 34. in Claudio, Cùm spectare antiqui moris supplicium Tiburi concupisset, & deligatis ad palum noxiis carnifex deesset: accitum ab vrbe vesperam vsque opperiri perseveravit. Idem Nerone capite 40. <sup>b</sup> Inter moras perlatos à cursore Phaontis codicillos præripuit, legitque se hostem à senatu iudicatum, & quæri vt puniatur more maiorum: interrogauitque quale esset id genus pœnæ: Et cùm comperisset, nudi hominis ceruicem inferi furcæ, corpus virgis ad necem cædi: conterritus duos pugiones, quos secum tulerat, arripuit. Ergo Dominum ac seruatorem nostrum Iesum Christum Pilatus ad regendam & administrandam Syriam à Tiberio missus, cum poscentibus Iudæis ad cruce[m] concessurus esset, prius tamen, ex illo Romanorum more, flagellis hoc est atrocioribus verberibus cædidit: *τὸν Ἰησοῦν* ( ait D. Matthæus cap. 27. Euangelij ) *ὀργαζελώ- τις ἀπὸ δούλων, ἢ καὶ σωρωθῆναι.* [ *Iesum autem flagellatum tradidit vt crucifigeretur.* ] Quem Romani morem, cum legibus xij. tab. aut etiam ante leges ipsas, à Græcis accepere. Atque hoc est, quod apud Sallustium in Coniurat. Catilinæ, Cæsar, Maiores nostri (ait) Græciæ morem imitari, verberibus animaduertebant in ciues: de condemnatis summum supplicium sumebant: Postquam respub. adoleuit, & multitudine ciuium factiones voluere: circumueniri innocentes, alia huiusmodi fieri ceperet: tunc lex Porcia, aliæque leges paratæ sunt: quibus legibus exsiliium damnatis permiffum est. Sanè vt eodem anno iam tertium, sic longè ante legem quoque Porciam, Valeria lex lata bis fuerat: qua ( &

<sup>b</sup> vide Aurelium vi-ctorem in Nerone.

postea lege Iulia de vi publica prohibitum fuit <sup>c</sup> ) vetabatur ne cuius Romanus aduersus prouocationem ad populum aut verberibus, aut capitali vilo supplicio afficeretur.

<sup>c</sup> 17. D. ad legem Iul. de vi pub.

Ex ea lege Valeria tribuni à damnatis ad euitandam aut differendam pœnam appellati, plerunque intercedebant: vt in Scipionis Asiatici causa: qui à Coss. in vincula publica duci iussus, collegium tribunorū appel-

appellauerat: Tiberius Grachus trib. pleb. à collegis nolentibus intercedere, ipse secessit: decretoque composito ipsis ( Valerio teste c. 1. li. 4. nominatim restitit. Nonnunquam intercessionem suam interponere nolebant: vt in causa, C. Cornelij primipilari, à C. Fescennino triumuiro in carcerem coniecti: de quo apud eundem Valerium lib. 6. ca. 1. vide de Fescennino. Itaque cùm illa lex obseruaretur, si quid aduersus eam legem fieret, hoc ipsum etiam aduersus morem maiorum fieri existimabatur: vt puta. Si spreta prouocatione rei atque intercessione tribunitia, populique aded ipsius maiestate insuper habita: Senatus, magistratus, triumuir, seruus publicus in reum animaduerteter. Ita nimirum illud Valerij Maximi cap. 2. lib. 2. verbum accipio: vbi de Senatu, Milites (inquit) qui Rhegium iniusto bello occupauerant, mortuòq; duce Babelio M. Cæsum scribam eius sua sponte imperatore[m] delegerant, carcerem inclusit: ac M. Furio Flacco trib. pleb. denunciante, ne in ciues Romanos, aduersus morem maiorum animaduerteter, nihilominus propositum executus est. Cæterum eum, qui non prouocasset, ex more maiorum capite plekti potuisse, non modò verberibus affici, ante legem Porciam: ex illo Sallustij, quem iudicauimus, loco manifestum est: & ex his Porcij Latronis in declama. in Catilinam, verbis, Deinde lege Gabinia promulgatum: qui coitiones vllas clandestinas in vrbe conflauisset, more maiorum capitali supplicio multaretur. Interdum etiam sponte nec prouocati tribuni sua intercessione vetabant, ne sumeretur supplicium more maiorum: donec populus ea de re statuisset. Vnde Tacitus, lib. 16. vbi de Thrasea Neronis iussu damnato & occiso: Aderat concilio ( Thraseæ ) Rusticus Arulenus flagrans iuuenis & cupide laudis, offerebat se intercessurum senatusconsulto: nam plebis tribunus erat: cohibuit spiritus eius Thrasea: ne vana & reo non profutura, intercessori exitiosa inciperet. Quo iure deinde, cùm populi potestas omnis, atque aded tribunitia principibus & in eos translata fuerit lege Regia. ( Quamobrem si non tribuni, quippe quòd ex participiis haberentur: tribunitiæ quidem certè potestatis dicebantur: vt ex antiquis numismatibus, & ex Dione libro 53. liquidò constat ) eaque potestas tribunitia, vt pote pars maxima regalis imperij ( quemadmodum Flavius Vopiscus in Tacito, sub init. loquitur ) ius ipsis impediendi quæ ab aliis tentabantur, daret ( id quod his verbis idem Dio eod. lib. <sup>a</sup> significat, *ἢ τε ἐξουσία ἢ δημοκρατικὴ καλοῦμεθα, ἡ δὲ οἱ πάντες ἀνδρῶντες ἔχουσιν, εἰδωσὶ σφοδρῶς τὰ τε ἑτέρου τινὲς ἀντὶ συνεπαρνεύσασθαι.* [ *At tribunitia potestas quam præclarissimus quisque Imperator habuit, efficit vt intercedere vs quæ ab alijs contra ipsorum placitum mouentur, possint.* ] Effectum est, iam inde ab eo tempore, quo id summi fastigij vocabulum Augustus reperit: ne regis aut dictatoris nomen assumeret: ac tamen appellatione aliqua cætera imperia præmineret, ( teste Tacito lib. 3. ) vt senatusconsultis intercedendi facultatem ( præsertim si durius & crudelius quidpiam in ipsorum gratiam decretum esset ) principes ad molliendam & leniendam inuidiam tyrannidis assumerent. Atque ita, ne ex senatorum adulatorum aut potius manci-

<sup>a</sup> vide & li. 57. & Cæsa sem li. 1. de bello ciuili Tacitum li. 1. & Plutar. in Catone Vitiensi.



piorum togatorum sententia, supplicium more maiorum de damnatis sumeretur, impedirent, ipsi deinde iure dictatorio & consulari, vel exilium indulgerent: vel mortis certè arbitrium permetterent: damnatos denique, licetorum virgis manui carnificis & manifesto supplicio (quod more maiorum sumi de noxiis solebat) interdum ad laudem & gratiam ex clementia & humanitate captandam, eximerent. Quibus omnibus rectè perpenſis, facile intelligetur quid sibi Tacitus quodam loco, lib. 4. ab interpunctionibus, & ab adiectione vnus literæ mendoso voluerit: in quo, Censere, non Censeret legendum, Intercedendi & Aspernandi verba non ad Asinium sed ad Cæsarem referenda esse: atque ad eò post illud intercessit, distinctionis notam adhibendam iudico: Nam vbi de Sereni (quem vt maiestatis à filio accusaretur Tiberius ab exilio retraxerat) damnatione agitur, hæc omnino Taciti verba sunt, quæ vt à nobis castigata sunt proponam: Dictis dein sententiis, vt Serenus more maiorum puniretur, quo molliret inuidiam intercessit: Gallus Asinius Gyarò aut Domisa claudendum censere (Sic enim, aut censuerat, quàm censeret potius legerim) id quoque aspernatus est, egenam aquæ vtramque insulam referens: dandòsq; vitæ vsus, cui vita concederetur. Ita Serenus Amorgum reportatur. Atque hoc etiam exemplo Domitianum Suetonius in Domitiano ca. 11. ad leniendam inuidiam intercessisse euidam senatu (consulto: quo in curiam inducì maiestatis rei, more maiorum puniendi condemnarentur memorat: ipsèq; Tacitus, vt mittam quod de Suillio legato loquutus, hoc addit alicubi, li. 13. Annal. Filium eius Nerulinum aggressis accusatoribus per inuidiam patris & crimina repetundarum, intercessit princeps tanquam satis expleta vltione (quod de Antistio maiestatis ob carmina probrosa facta in principem Neronem & vulgata delato) Tū primùm reuocata, inquit idem Tacitus li. 14. ea lex credebatur: quæ haud perinde exitium Antistio, quàm Imperatori gloriam quæsiuit: vt condemnatus à senatu, intercessione tribunitia morti eximeretur: hoc potius in memoriam reuocabo: quod idè auctor alibi li. 16. scribit, Neronem (cùm essent accusati quidam post sepulturam decretumq; vt more maiorum punirentur) intercessisse, mortemq; sine arbitrio permisisse: quæ verba li. 1. ca. 4. exposuimus, & mendam quæ in vocabulo, sine, residet, ita sustulimus, vt eius vice (si quid addèdum foret) Libero, substitueremus: idq; etiam nū placet: nisi quòd immutatio leuior fiet, si pro sine, reponatur, suo: vt ipsorum proprio significet: quemadmodum apud Plautum, in Menæchmi prologo. Ita simili forma pueri, vt mater sua Nò internosse posset quæ mammã dedit. & apud Cic. li. 6. de Rep. Graues enim domine cogitationū libidines ad omne facinus impellūt illos, qui illecebris suis incenduntur: & apud ipsum Tacitū, li. 3. Annal. Si quos propinquus sanguis aut fides sua patronos dedit, quātū quisq; eloquentia & cura valet iuuare periclitantem: & apud Liuium deniq; li. 21. Illis timidis & ignauis licet esse, quī receptum habent quos suus ager, sua terra per tuta ac pacata itinera fugientes accipient. Mater sua, pro, Mater ipsorum: Illecebris suis, pro illecebris ipsarum: fides sua, pro fides ipsorum;

rum: Suus ager, Sua terra, pro Ager & terra ipsorum scriptum legimus: Quamquam (sive hoc, sive illo modo deprauatam scripturam castigaue- ris) haud refert: Siquidem vna & eadem vtrinque sententia elicitur: ex qua principes Romanos tribunitiæ potestatis iure intercessisse, ne damnati vltimas pœnas more maiorum expenderent, perspicuè ostendimus.

Verùm enim uerò pœnæ illæ vltimæ variæ fuerunt: Summum, inquam, sive capitale supplicium, olim apud Romanos non vnus erat generis, nec vno modo irrogabatur: Nam securi plerunque feriebantur noxij, vel etiam de saxo Tarpeio deiciebantur, nonnunquam laqueum, aut crucem, aut ignem perpeffi, aliquando etiam (sed rarò) bestis obiecti & examinati, capite pœnas luebant: quales ciuibus Romanis irrogari lex Porcia veterat: Quamobrem Cicero lib. 3. in Verrem, Agunt eum (inquit) præcipitem pœnæ ciuium Romanorum: quos partim securi percussit, partim in vinculis necauit, partim implorantes iura libertatis & ciuitatis, in crucem iustulit. Suetonius de Galba, ca. 9. Tutorem (inquit) quòd pupillum cui substitutus hæres erat, veneno necassit: cruce affect: implorantique leges, & ciuem Romanum se testificant, quasi solatio & honore aliquo pœnam leuaturus, mutari, multoque præter cæteras altiore & dealbatam statui crucem iussit. Vbi leges, intellige Porciam, Valerias, atque Sempronias, vt & apud Laëtantium lib. 4. cap. 8. cùm ait, Non enim Grauiam crucem describimus, quam M. Tullius vniuersis eloquentiæ suæ neruis ac viribus, velut effusus totius ingenij fontibus prosequutus est: facinus indignum esse proclamans, ciuem Romanum cõtra omnes leges in crucem esse sublaturum. Hæc etiam pertinet quod ad Ciceronem Asinius Pollio, epist. 32. lib. 10. epistol. Ciceronis familiar. de Fadio Pompeiano milite, quem Balbus quæstor Gadibus defodit in ludo, & viuum combussit: cùm quidem pransus nudis pedibus, tunica soluta, manibus ad tergum reiectis inambularet: & illi misero quiritanti. Ciuis Romanus sum, responderet, Abi nunc, populi fidem implora, quod alibi lib. 7. in Verrem. Cicero ipse, Cervices (ait) in carcere frangebantur indignissimè ciuium Romanorum: vt etiam illa vox, & illa imploratio, Ciuis Romanus sum (quæ sæpè multis, in vltimis terris opem inter barbaros & salutem tulit) ea mortem illis acerbiorem, & supplicium maturius ferret: & statim: Nulla vox audiebatur, nisi hæc, Ciuis Romanus sum. Ac de his quidem pœnis (non enim omnes enumerare constitui:

*Non mihi si lingua centum sint, oraque centum,*

*Omnia pœnarum percurrere nomina possem,*

vt ait poëta) & tantum, de his quas antè memorauit, & quàm breuissimè potero, adferam, congeramque in hunc locum: quæ minimè vulgaria, & scitu dignissima esse omnes iudicent, Primùm igitur apud veteres Romanos, quia

*— nondum artis erat caput ense rotare*

(vt Lucanus lib. 8. canit) non gladio, sed securi plerunque noxij ad

palum (id quod Valerius lib. 5. cap. 8. ubi de Bruto. tradit, Cicero etiam subindicat lib. 5. in Verrem ubi, Producentur è carcere, & deligantur ad palum, feriuntur securi, &c.) religati extenta ( vt Aurelius Victor in Didio Iuliano ait) ceruice decollabantur: quemadmodum primo libro cap. 4. docuimus, & innumeris ( vel vnus Liiij) testimoniiis comprobari potest. Apud Massilienses contra gladio non securi: Valerius lib. 2. ca. 1. quidem certè à condita vrbe gladium ibi fuisse, quo noxij iugularentur, scribit: rubigine quidem exesum, & vix sufficientem ministerio: sed indicem in minimis quoque rebus omnia antiquæ cōsuetudinis momenta seruanda. Cùm autem Romæ noxij non modò non infrequenter securi plecterentur, sed etiam hoc pœnæ genus propè quotidianum esset: valdè semper suspectum habui, minimèque verum adhuc arbitror, aut certè non intelligo: quod ex Euphorione quodam Athenæus li. 4. *δεννοβορισῶν*, refert, apud Romanos quinque minas promitti solitas iis, qui securi præcidenda colla præbere vellent: quas deinde veluti præmium quoddam hæredes auferrent, & non præstitum iudicio persequerentur: *Ευφορίων δ' ὁ χαλκιδεύς* (ait) *ἐν ἰσορροπίᾳ ὑπομνήμασιν ἔτω γράφει, ὡς τὸ Ἰσὶς Ῥωμαίοις πορτοίεσθαι πέντε μνᾶς τῆς ὑπομνήμασιν βυλομύθους πῶ κεφαλῶ ἀποκοπήναι πελέκει, ὡς τῶς κληρονόμους κομίσασθαι τὸ ἄθλον, ἔ πολλὰς δὲ πορτοίεσθαι πλείους διημερολογεῖσθαι καὶ ὁ διημερολόγος ἔστιν ἕκαστος αὐτὸς ἀποτυμπανισθῆναι.* [ *Euphorion Chalcidensis in historicis commentarijs scribit, apud Romanos ijs qui securi percuti se pati velint, vt ad hæredes merces ea perueniat, minas quinque promitti, ac sapiusculè complures per scriptis nominibus apud iudices litigare, vnoquoque disceptante aq̄uissimum esse, si se cruciari & ad supplicium trahi.* ] Nam de damnatis rerum capitalium, ne locus ille Athenæi exponatur, iuris ciuiliis ratio prohibet: quæ pœnam sententia comprehensam (nisi fortè rescisso ex appellatione iudicio) immutari non patitur. \*Rursum de indemnatis supplicium sumente (priuati præsertim) non poterant: nec erat cur id facere vellent, aut magistratus aut priuati, etiam si maximè populus ille tum oculos humani cruoris effusione delectaret ac pasceret: cùm alioqui noxiorum satis haberent, quos (si quando spectandi talia libido ipsorum animis incessisset) securi possent, aut etiam alio seueriore quopiam supplicio plectere: vtputa crucis, vt deiectionis è saxo siue præcipitationis pœna: de qua quoniam libro primo, cap. 18. cùm de militaribus communibusque suppliciis ageretur, abundè scripsimus: ne verbum quidem hæc adituri sumus. De culleo veteri, & ab Constantino <sup>b</sup> renouata parricidarum pœna, nihil aliud, nisi (quod non satis forstan ab hominibus nostris obseruatum est) hodie ex illius Imperatoris constitutione parricidis, sine distinctione vtrum confessi an conuicti fuerint, illam infligi pœnam, qua olim soli confessi plecterentur: id quod innuit satis (vt arbitror) Capitolinus, in Antonino Pio. vbi sic scribit, Vtque adeò sub eo nullus percussus est senator, vt etiam parricida confessus in insula deserta poneretur: quia viuere illi naturæ legibus non licebat. Nec enim otiosum est quod Parricidæ nomini, hoc Confessi

a1. aut dā-  
num. s. j. D  
de pœnis.

b l. vnica C  
Th. parric.  
l. j. C. Iust.  
de his qui  
parent. vel  
lib. o. acid.  
Paulus lib.  
5. sent. tit.  
24.

epithetum adscribit historicus: Verumtamen (vt nullus cuiquam, hac de re dubitandi, relinquatur locus) disertum atque præclarum Suetonij Tranquilli testimonium libet adscribere, qui ita de Octauio loquitur, ca. 33. Dixit autem ius non diligentia modò summa, sed & lenitate: siquidem manifesti parricidij reum, ne culleo insueretur (quod non, nisi confessi, afficiebantur hac pœna) ita fertur interrogasse: Certè patrem tuum non occidisti. Porò de vetusto Vestalium virginum incesta coercedi more, vt viuas cum lumine, pane, aqua, & lacte, Pontificum tamen iudicio & interuentu in subterraneum cubiculum demitterent atque defoderent: quid amplius dicam? nisi de hoc ipso, apud Liiium lib. 8. Suetonium, Domitiano ca. 8. Plutarchum in quæstion. Romaic. Plinium Secundum, ad Cornelium Minutianum lib. 4. Epistol. & Iuuenalem <sup>a</sup>, aliòsque <sup>b</sup> auctores agi: quorum scripta, cùm literatorum omnium manibus terantur, & ad ipsa vel castiganda vel exponenda quod iuuet, insigne ac eximium aliquid in præsentia memoria non suggerat: ad alia pœnarum vetustarum genera (quod nemo dum fecit) illustranda progredior.

a Satyra. 4.  
li. 1. Nemo  
malus felix  
minimè  
corruptor  
& idem In-  
cestus cum  
quo nuper  
vittata face-  
bat Sanguis  
ne adhue vi-  
uo terram  
subitura sa-  
cerdos.  
b Augusti,  
lib. 3 de ci-  
uit. Dei ca.  
5.

Statim igitur, ad laqueum quod attinet: fuit hoc supplicij genus apud Romanos & vetustissimum & frequentissimum: Eo genere collum non præcedebat: sed frangebatur tamen & gulam & ceruicem noxiis in carcere, atque adeò Romæ in Tullianum impactis, & ita miseris necabat carnifex: nec alibi quàm in carcere noxios olim strangulatos, nec alia ratione in carcere, sed laquei solius in collum iniectione sumptum de damnatis supplicium vltimum dici: Quod haud scio an quisquam obseruauerit: sed tamen verum esse arbitror. Carcer in media primùm vrbe, foro imminens ædificatus est, vt Liu. lib. 1. tradit his fere verbis, Ingenti incremento rebus auctis cùm in tanta multitudine hominum discrimine rectè an perperam facti confusio, facinora clandestina fierent: carcer ad terrorem incrementis audaciæ media vrbe imminens foro ædificatur. De quo sic Iuuenalis cecinit ad finem Satyræ. 3. lib. 1.

*Felices proanorum atavos, felicia dicas  
Sacula, quæ quondam sub Regibus atque Tribunis  
Viderunt vno contentam carcere Romam.*

In eo carcere barathrum fuit, quò ad vltimum supplicium fontes damnati detrudebantur, Tullianum nomine: vt ex Virgilij bono & vetusto interprete Seruio antè <sup>c</sup> retulimus: Memint etiam Apuleius lib. 9. de Asino aureo, vbi, Statimque vinctos (ait) in Tullianum, compingunt: & apud Dionem lib. 46. Calenus, in oratione aduersus M. Tullium, cui Lentulum sociòsque inauditos in carcerem coniectos & in Tulliano, vt impuros & fugitiosos homines indicta causa necatos, his verbis exprobrai, *ποία ὄπλα ἠδρόκῃ, ποίως συμμαχούς παρεσκευάσθη, ἢ ἔτος οὐκ ἔως ἔανοςίας ἀνήρ ὑπατευκῶς στρατηγῶν μήτε τι εἰσῶν, μήτ' ἀκούσῃ, ἔς τε τὸ ὄπισμα ἐμπέση, ἔ ἐκείῳ ὡς περ οἱ κακούργοι τῆ φθαρῆ. τῶ τῶ γὰρ ἔστιν ὁ μάλιστα ὁ καλός, ἔστ' Τούλλιος ἐπεθύμησεν, ἢ ἐν τῶ ἀμωνμῶ ἀπὲ χωρίῳ τῶ Τυλίου τ' ἐγγόνον τ' Λεντέλου ἐκένῃ τ' πορκεῖ τῶ*

c Capite  
proximo  
suppetiore



Pandectarum scripturam esse, vt Lautumiis legatur & Lautumias, ne sciolus fortè quispiam esse mendosam existimet: hoc quidem ex Senecæ declamationum, & controuersiarum duobus locis, à Cuiacio nostro primùm, cap. 7. lib. 6. obseruat. ac deinde à Turnebo cap. 16. li. 22. Aduersar. adnotatum memini. Eleganter verò, vt alia, Prudentius barathrum siue Lautumias istas, quosdam superioris carceris velut inferos esse ait: & Cassiodorus quoque in suprâ d. loco. his verbis. Non est vnum clausis exitium (sic enim lego pro exitum) multifaria morte perimitur, qui carceris squalore torquetur: Nunc ergo reos de Aucerno tuo viaturos emitte. Redeant ad superos qui ex magna parte inferos pertulerunt. Quo inferorum nomine abditiorem defossumque ac tenebris æternis horribilem Tolosanorum etiam capitulorum (quorû arx à Sidonio Aruernorum episcopo celebratur in Epistolis.) carcerem, hodiè que cenferi palam est: cuiusmodi custodiæ regii constitutionibus crebrò veritatè fuerunt. Lignum etiam quoddam in barathro siue Tulliano fuisse, quo pedes reorum constringerentur, ex illis Prudentij versibus colligi potest. Qua de re itémque de vetusta carceris & vinculorum publicorum pœna, ex aliis quoque auctoribus (cùm de quæstionum vario genere differetur) dicturi sumus: in præsentia autem omittimus, ne longiùs quàm par sit, à proposito abierimus. Romæ igitur antiquitus in Tulliano atque aded in inferiore carcere, damnatis laqueo gula frangebatur: vt Gracchi & Fuluij socii, Opimij consulis iussu, quemadmodum Appianus lib. 1. bellor. ciuil. cap. 4. in fine. memorat: Paconianum aded sub Tiberio Tacitus lib. 5. Annal. in carcere ob carmina illic in principem factitata strangulatum fuisse: Vibulenum deinde Agrippam equitem Romanum, cùm perorassent accusatores, in ipsa curia depromptum sinu venenum haurisse, prolapsùmque ac moribundum festinatis licitorum manibus in carcerem raptum faucibusque iam exanimis laqueo vexatas refert. Et cùm de captis hostium ducibus atque triumphatis vindictam ita sumere solitos Romanos antea capite 2. demonstratum sit, vt in carcerem abreptos necarent: sic accipiendum omnino est, vt in ipso carcere strangularent: itaque Trebellius Pollio in Æmiliano. Siquidem strangulatus (ait) in carcere captiuorum veterum more perhibetur. Nam quod ait Iosephus lib. 7. de bello Iudaico cap. 18. Simonem Gioræ filium indito ceruicibus laqueo, per urbem in triumpho ductum, verberibus caesum ad forum vsque, locumve ipsi vicinum: in quo de sceleratis & facinorosis quibusque capitale supplicium sumi solebat (eius enim illa sunt, βρόχῳ δὲ περιελθὼν εἰς τὸν ὄπισθ' αἰχμῶν αὐτὸν ἀμα τῆς ἀγόντων νόμος ἦν ἕστ' ῥωμαίοις ἐκεῖ κτείνεν τοὺς ἐν κακουργίᾳ θάνατον κατεγνωσμένους.) [Cui cū iniectus esset laqueus, & per forum tractus, atque multis contumelias affectus fuit. Lex autem Romanis est, ibi capite ob maleficium damnatos, interficere.] Locum foro imminuentem ipse carcerem expono: motus præsertim aliorum auctorum testimonio: qui de captiuorum supplicio loquuntur: & verò auctoritate Liuij: qui media vrbe carcerem foro imminuentem (vt antè retu-

li) ædificatum tradit. Ex quibus omnibus nunc demum intelligitur quid Salustius in Bello Iugurthino sibi voluerit, quo loco, At C. Memmius aduocata concione, quanquam Regi (de Iugurtha loquitur) infesta plebes erat, & pars in vincula duci iubebat, pars (nisi socios sceleris sui aperiret) more maiorum de hoste supplicium sumi: dignitati magis quàm iræ consulens, sedare motus, & animos eorum mollire, &c. Deniq; non in medio foro (vt antè dixi) nec verò ad furcam, vt hodie fieri videmus, sed in carcere strangulabantur noxij: Nec in carcere securi aut alio teli genere feriebantur: sed laqueo tantùm præfocari, atque ita obliquis faucibus exanimari solitos verum est. Ideò, quod Suetonius Tiberio. ca. 61. more tradito nefas fuisse virgines strangulari, propterea que immaturas puellas vitiatas priùs à carnifice, temporibus Tiberij, dein strangulatas refert, de puella quadam Seiani filia sentiens: de qua Tacitus li. 5. Ann. quoque in eandem sententiam, Tradunt temporis eius auctores quia triumuirali supplicio affici virginem inauditum habebatur, à carnifice laqueum iuxta compressam, ex in obliquis faucibus ætatis corpus in Gemonias abiectum: Dio<sup>a</sup> hanc ipsam historiam enarrans ait, nefas fuisse virgines in carcere perimere: Nam vbi de Seiano, τὰτε παρθέναι ἀπέκτετο δόγμα ἀπὲρ θανάτου τῆς κόρης τοῦ Κλαυδίου καὶ ἐγγενημένης προσφύγου θάρσεως ὑπὸ τῷ θυμῷ, ἃς οὐχ ὄσιον ὄν παρθενομύλων τινὰ ἐν τῇ δεσμοτηρίᾳ ἀπολέσθαι. [Liberi eius decreto Senatûs interfecti: filia verò qua Claudij filio desponsata fuerat, prius fuit à plebe interfecta: quod nefas esset virginem in carcere necari.] Inde apud veteres rerum auctores vt puto, laqueum plerunque carceri adiunctum legimus. Tacitus lib. 3. quodam loco, Neque carcer (inquit) neque laqueus, ne seruiles quidem eruciatus in eum suffecerint. Et alibi lib. 4. Quem enim diem vacuum pœna, vbi inter sacra & vota (quo tempore verbis etiam profanis abstinere mos esset) vincula & laqueus inducantur? Quin etiam Carceris appellatione, laquei pœnam à Cicero- ne, in extrema 2. in Catilinam oratione, quòd ea in carcere Romæ noxij necarentur, designatam reor illo in loco, Sentiet in hac vrbe esse consules vigilantes: esse egregios magistratus, esse fortem senatum, esse arma, esse carcerem, quem vindicem nefariorum ac manifestorum scelerum maiores nostri esse voluerunt. Cùm igitur (exempli gratia) C. Cornelium primipilarem & emeritum (quod cum ingenuo adolescentulo stupri commercium habuisset) publicis vinculis à C. Fescenino triumuiro quondam oneratum, & tribunis ab ipso appellatis, suamque intercessionem interponere nolentibus, in carcere mori eorundem Valerius Maximus li. 6. ca. 1. & 3. itémque M. Clodium Corfisi (quia turpem eum his pacem fecerat) deditum, ab hostibus non acceptum, in publica custodia necari à senatu iustum idem auctor tradit: Postremò, cùm Tiberij temporibus damnatum à senatu ductumque in carcerem Priscum ac statim exanimatum Tacitus eo. li. 3. scribit: Cornelium, Clodium, & Priscum laqueo strangulatos vt interpretemur, e- quidem suadeo: nec auctoritatem posthac defugiam. Nam quòd necatos in carcere vinculisque captis reos in veterum libris legimus

a vide Xi-  
philinū in  
Tiberio.

a Valerius Maximus ca. 3. lib. 6. vbi de Claudio. b l. 2. D. ad leg. Iul. de vi. pu. Paulus lib. 5. fen. tit. 26. e. l. aut dam num. §. ho- stes autem. D. de pœ- nis. l. j. §. oc- cisorū. D. ad Syllania

Cic. lib. 3. in Verrem <sup>a</sup>, ne quenquam moueat, tanquam ad veneni hau- stum referatur: non enim Romanis legibus aut moribus talis pœna cō- probata est, vt alibi cap. 4. li. 1. ostendimus: præterea necandi vt occi- dendi verbum generale est, & ad omnis mortis inferendæ modos per- tinet: <sup>b</sup> vt ferro necare, Salustius in bello Iugurthino fuste necare, Tacitus, lib. 3. Annal. fame necare, Suetonius, Tiberio cap. 54: ver- beribus & telo necare, Vlpianus <sup>c</sup> dixerit: postremò eos quoque qui strangulantur, necatos rectè ac Latinè dici, vel ille Valerij ca. 4. li. 5. locus probat, quem superiore sermone indicamus, Triumuiro (in- quit) in carcere necandam tradidit, quam receptamis, qui custo- diæ præerat, misericordiâ motus non protinus strangulauit.

Laquei profectò pœnam iuriconsultorum temporibus, non ita, vt veginde Rep. frequentatam apud Rom. inde conuicio: quòd illius vno tantum iuris ciuili loco <sup>d</sup> mentionem, & quidem leuiter, factam repe- ri: nam furcæ nomen, quod in Pandectis passim legitur, iuriconsul- torum non esse: sed, post pœnam crucis, à Constantino Imperatore sublatam, huius loco illud substitutum à Triboniano, Cuiacius no- ster ex Nicephori vetusta historia iam dudum docuit, ad Paulum lib. 5. sentent. tit. 17. Contrà verò sæpè crematos, & bestiis obiectos grauio- ris alicuius facinoris (vt puta parricidij) conuictos, humiliores homi- nes, sub Imperatoribus (quorum quidam tempore iuriconsulti no- stri floruerunt) id arguemento est: quod harum pœnarum illi plerisque

e l. capita- lum. D. de pœnis. Pau- lus li. 5. fen- ten. tit. 17. & tit. 24. in princ. & §. qui homi- nem im- molauerit. & tit. 29. l. 7. §. vl. D. ad l. Iul. ma- iest.

locis <sup>e</sup> meminere: quas de fontibus olim stante Rep. non quidem ere- brò, sed interdum tamen exactas didici. Ac de viuui quidem crematio- ne (vt omittam quod Seneca De cl. 4. libr. 8. Eos qui viuui vruntur pœ- nam funerare ait) apud Valerium ca. 3. lib. 6. reperio eam à P. Mutio trib. pleb. inflictam primùm fuisse: qui omnes collegas suos, qui duce Spurio Cassio id egerant, vt magistratibus non subrogatis communis libertas in dubium vocaretur, viuos cremauit: & adiecit Valerius, Ni- hil profectò hac seueritate fidentius: vnus enim tribunus eam pœnam nouam collegis inferre ausus est: quam nouem tribuni ab vno colle- ga exigere exhorruissent. & sanè fuit hæc pœna tum forsitan in ciuibus noua: non item in seruis, apud Hirtium sanè, seruū pro grauissimo sup- plicio viuui igni traditum legimus: his ferè verbis: l. 1. de bello Hisp. Hoc præterito tempore in oppido quod fuit captum, seruus est prehē- sus in cuniculo, quem supra demonstrauius, dominum iugulasse, is vi- uus est combustus. Illud autem supplicij genus, quo canibus, leonibus, elephantis, aliisque bestiis consumendi obiciebantur, ad stipitem (vt Flavius Vopiscus in Aurel. loquitur, surrecti homines: & cuius in libris nostris crebra fit mentio: non existimo in vsu fuisse apud Roman. vi- gente Rep. nisi quòd Balbus quæstor cum esset Gadibus & Fadium quendam Pompeianum militem defodisse in ludo, viuuumque combus- sisse: bestiis verò etiam ciues Romanos, in his circulatorum quendam auctionum notissimum hominem hispalii (quia deformis erat) obiectis- se: ab Asinio Pollione, in Epistola 32. lib. 10. Famil. Ciceronis epist. dicitur. Exterarum profectò gentium transfugas in edendis populo

ipe-

spectaculis à posteriore Africano euerfo Punico imperio feris bestiis obiectos, & L. Paulum Perse rege superato eiusdem generis & culpe homines elephantis proterendos substrauisse, indicauimus libro pri- mo ca. 18. Atque hoc quidem exemplo, Maricus quidam è plebe Bo- iorum, Vitellij principis temporibus, cum iamque affertor Galliarum & Deus (nomen id sibi indiderat) concitis octo milibus hominum, proximos Heduorum pagos traheret: grauissimæque ciuitas electa iuue- tute adiectis à Vitellio cohortibus fanaticam multitudinem discicisset: captus in eo prælio Maricus, ac mox feris obiectus: & quia non lania- batur, stolidum vulgus inuiolabilem credebat, donec spectante Vitel- lio interfectus est: idque Cornelius Tacitus in Annalibus lib. 18. me- morat. Sed neque tenuiores ciues Romanos, neque Latinos etiam li- bertinos, imò verò ne seruos quidem (quæ hominum extrema condi- tio est) florente Rep. tali supplicio damnatos aut affectos crediderim: Quod ab Afris primùm (opinione quidem mea, vt sacrosanctam de Daniele diuino vate, vt Græcam de Lyfimacho Alexandri satellite hi- storiam silentio præteream) vrsurpari cœpit: & Amilcar quidè dux Car- thagenensium captiuos ad se adductos bestiis subiicere solebat: vt Poly- bios lib. 1. auctor est, ἄλλ' δ' ἐ πολέμων (ait) οὐς ποτε κρατήσσει τοὺς ἐν χερσὶν νόμῳ διέφθειρε, τοὺς δ' ἐ ζωρῆια πρὸς αὐτὸν εἰλαναχθέντας ὑπέβαλε τοῖς θηείοις: μίαν ὄραν λύσιν ταύτην, εἰ δ' αὖθις τοὺς ἐχθρούς ἀρδὴν ἀφα- νίσαι. [Quos haberet captiuos, & eos qui in ipsius potestatem venissent, oc- cidere: & viuos ad se adductos bestiis obijcere: hanc vnam belli dissoluen- di rationem existimans, si posset hostes exterminare.] Sanè ex Africa Ro- mam bestia deducebantur, ad exhibendum pop. Ro. venationis specta- culum: vt vel conficerentur ab hominibus in eam rem operas locanti- bus, aut gratis & virtutum ergò depugnantibus: vel inter se ipsæ cōmit- terentur: Africanas quidem ab Imp. Claudio exhibitas conficiente tur- ma equitū prætorianorū, ducibus tribunis, ipsòq; præfecto, Suetonius in Claudio cap. 21. tradit: & verò antea Caium Caligulā <sup>a</sup> edidisse Cir- censes plurimos à mane vsque ad vesperam, interiecta modò Africana rum venatione (sic enim lego, vt bestis, quas Capitolinus in Gordianis, Libycas feras, Dio lib. 58. λιβυκά θηρία, Plinius ad Maximum epist. vlt. lib. 6. quoque simpliciter Africanas nominat, intelligantur: vbi vulgò Africanorum perperam legitur) modò Troiæ decursione, L. Syllam in circo leones solutos dedisse, cum alioqui alligati darentur: ad confi- ciendos eos missis à rege Boccho iaculatoribus, auctor est Seneca, de breuitate vitæ cap. 13. quale spectaculum pop. Ro. representatum fuisse multis postea sæculis, cum de Germanis & Blæmyis Probus Imp. triumphasset, à Flauio Vopisco in vita Probi. memoriæ traditum le- gimus: nam eius auctoris hæc verba sunt: quæ, vt simul emendentur, placet subiicere: Addidit alia die in amphitheatro vna missione cen- tum iubatos leones, qui rugitibus suis tonitrua excitabant: qui omnes contificiis interempti sunt, non magnum præbentes spectaculum, cum occidebantur. Neque enim erat bestiarum impetus ille, qui esse ab eis egredientibus solet. vbi & pro Addidit, malim Edidit: quo verbo pau-

a De quò Suetonius in C. Caligula. ca. 18. sic in edi- tio. Rob. Steph. & Colin.



lo pōst vitur: quamquam hoc leue est: & pro, Qui esse ab eis, quod nihili esse nemo non videt: repono, Qui esse e caueis egredientibus solet: nam leonum ceterarūque bestiarum (cū e caueis in arenam solutæ dimittuntur) acrior & incitator est impetus: præsertim si antè contrectatæ non fuerint: vnde Marcellinus, lib. 31. Barbari tamen (inquit) velut diffractis caueis bestiarum, per spatiorum amplitudines fufius iactati: & Seneca Epist. 41. ad Lucilium, Non faciunt meliorem equum aurei fræni. Aliter leo aurata iuba nitet, dum contrectatur: & ad patientiam recipiendi ornamenta cogitur fatigatus: aliter incultus, integri spiritus. Hic scilicet impetu acer, qualem illum esse natura voluit, speciosus ex horrido (cuius hic decor est non sine timore aspici) præfertur illi læguitudo & bracteato. Nemo gloriari nisi suo debet. vbi (nam hoc quoq; obiter admonere scriptionis istius, leges non modò non vetant, verum etiam suadent: certè quas ipsi nobis diximus) & pro, Languitudo, Languidulo legendum esse constat: & pro, Nitet (quod Erasmi est, non Senecæ) Dimittitur repono: quoniam hoc verbum in veteribus nonnullis, in aliis autem innititur (quod ab eo parum recedit: etsi corruptum est) legi, eiusdem Erasmi notæ fidem faciunt. Sed proba & recta est antiqua lectio: quam in integrum restituo: cū e caueis propriè dimissa & emissa dicantur animalia: Virgilius lib. 4. Georgic. quidem de apibus, Hinc vbi iam emissum caueis ad sidera cœli. Leonum igitur illum impetum non fuisse Vopiscus ait, qui esse bestiis egredientibus ac dimissis e cauea solet: fortasse quoddam non soluti & emissi: sed, vt antè Syllam, in arenam alligati producti fuerint, vt à iaculatoribus conficio perimerentur: qui ad ostentandam artem & ἰσχυρίαν aut virium robur, sine periculo forsitan & e superiore non ex æquo loco, certè indemnati bestias olim conficerent: sanè postea cœperunt ad depugnandum cum bestiis fontes & ex graui aliquo facinore damnati homines dari: consumendi denique ipsis obici poenæ causa: sed frequentata huiusmodi supplicia, tū demum Romæ aut in orbe Romano fuisse reperio, posteaquàm imperium summæque reipub. arbitrium penes Romanos principes fuit: atque adeò iam inde à Caligula, qui sæuitiam ingenij per hæc maximè ostendit, quod cū ad saginam ferarum muneri præparatarum cariùs pecudes compararentur, ex noxiis laniandos adnotauit, multosque honesti ordinis ad bestias condemnauit (teste Suetonio Calig. cap. 27.) Noxiisque deficientibus (qui vt bestiis obicerentur damnati fuerant) ex populo tabulis ad spectandum insidente plurimos rapi, vt bestiis & ipsi subiicerentur, iusserit: vt est apud Dionem, libr. 59. vbi, τῆς αὐτῆς ἀμότητος ὑπηρεπόντων ποτὲ καὶ τῆς θείας θηλείας ἐκκαταδίνης διδομῶν, ἐκέλευσεν ἐκ τῆς ἄλλου τοῦ τοῦ ἐκείνης ποροσηκῶτος συναρπαδῶναι τὴν τινας, καὶ καθὰ βληθῶν σφίσι καὶ ὁπωσδήποτε ὑπὸ βολῆσαι, μήτε ἀφ' ἑαυτῶν τι δυνάσασθαι, τὰς γλώσσας αὐτῶν προαπέτεμε. [Ab eadē crudelitate profectū est, quod aliquando deficientibus ijs qui ad bestias cōdenabatur, iussit ex turba qua tabulis adstabat, quosdā abripi & ipsos feris projici, ac vt neq; acclamarēt neq; accusarēt ipsorū linguas abscindere.]

Qua

Qua de re agens Suetonius, Caligula cap. 27. Equitem (inquit) Romanum obiectum feris, cū se innocentem proclamasset, reduxit, abscissaque lingua rursus induxit. Idem scribit Claudio cap. 14. Claudiū quoque Imper. cū ius diceret, legitimam poenam supergressum, in maiore fraude conuictos ad bestias condemnasse. Pompeium verò primū in circo elephantorum duodeviginti pugnam edidisse, commissis more prælij noxiis hominibus: & tot miserorum hominum ceteruas sub alio cælo natis belluis obiecisse scribit Seneca, de breuitate vitæ cap. 13. & 14. Sed iam riuī claudendi sunt, opinor itaq; id tantum pro istius capitis coronide placet adicere, quod ad ea quæ de ignis ac bestiarum suppliciis diximus, valde pertinet: grauius olim existimatum ignis quàm aut bestiarum, aut crucis supplicium: id quod ex ea Pauli li. 5. sentent. tit. 23. sententia colligo: qua Magicæ artis conficiis summo supplicio affici placuisse, id est bestiis obici aut cruci suffigi: ipsos autem Magos viuos exuri tradit. quod supplicij genus intellexisse Constantinum Imp. arbitror: cū de his ipsis loquutus, qui Magicis artibus vsi elementa turbare vitamque insontium labefactare manibus accitis non dubitant. adicit statim, Hos quoniam naturæ peregrini sunt, feralis pestis absumat. Aruspices quidem concremari antea præceperat, verum de cruce mox viderimus.

a l. Multi. 6  
C. de male  
fic. & ma-  
themat.b l. 3. eod.  
tit.

*seruilibus poena Crux: Titulus criminis consumendo appositus. Extra urbem ad portam vltimum fere quoduis in vrbe ac prouincijs supplicium exatum. Esquilinæ alites ac puticula. Sceleratus campus. Timinabulorum vsus apud Romanos varius. In castris extra vallum sumpta supplicia. Latrones olim cruci dati, exposita l. capitalium. §. pe. D. de poen. In cruciarijs adhibiti clauis suffracta crura. Sublatum crucis supplicium. Triboniani manus indicatur in l. quicumque 8. D. ad legem Cornel. de fals. Fustuaria poena, & plumbatarum verbera.*

## CAP. VIII.

VT olim fuere quædam verbera seruilia (teste Callistrato<sup>e</sup>) quæ atrociora flagella, & habenæ scilicet: sic & seruilibus poenæ crux, & omnium poenarum aliquando grauissima est habita: Idque significans Horatius Satyra 3. lib. 1. ita cecinit,

*Si quis eum seruum, patinam qui tollere iussus,  
Semesos pisces tepidumque ligurierit ius,  
In cruce suffigat: Labeone insanior inter  
Sanos dicatur.*

Et Paulus noster li. 5. sentent. tit. 21. §. vlt. quo loco, Si ferui de salute minorum (ait) cōsuluerint, summo supplicio, id est cruce afficiuntur. & Iuuenalis li. 2. Satyrar. vbi de imperiosa vxore loquitur, *Pone crucem seruo, meruit quo crimine seruus Supplicium?* quis testis adest? quis detulit? Et Apuleius libr. 10. de Asino aureo, alicubi de seruo anulum ferreum

c l. in me-  
tallum in  
princ. D.  
de iure fi-  
sci. vide &  
Valerium  
Maximum  
lib. 6. ca. 1.  
vbi de Ve-  
turio.

G 3

gerente loquens, Nec mirum desperatissimum istum latronem certum extremæ poenæ, quæ more maiorum in eum competit, cruciatus istos vt leuiore facile tolerare, &c. & statim, Nouercæ quidem perpetuum indicitur exsilium, seruus verò patibulo suffigitur. & Seneca denique li. 1. de clementia ca. 26. sub initium: vbi, crudelitatem (inquit) priuatorum feruiles quoque manus sub certo crucis periculo vltæ sunt: Tyrannorum (addo postea sicilicum, & crudelitatis vocabulum ex membro superiori repeto) gentes, populique & quorum erat malum & hi quibus imminebat, excindere aggressi sunt. Quo fit, vt & crucem seruilium cruciatum nomine à Tacito designari arbitretur: & hinc explicem quod ipse Tacitus (vbi Pseudo-Scruboniani cuiusdam, conditione fugitiui, nomine Getæ, commemorat) sumptum de eo supplicium memorat lib. 18. Annal. in seruilem modum. Quod idem auctor alibi li. 20. Annal. Asiaticum Vitelli libertum, licet aureis anulis antea donatum, malam potentiam seruili supplicio expiasset refert. Itemque quod apud Petronium Arbitrum, in Satyrico. obscœnum quidem, sed argutissimum scriptorem,

*Ego adhuc seruo (inquit illa) nunquam succubui, nec hoc,*

*Dij sinant vt amplexus meos in crucem mittam:*

*Viderint matronæ quæ flagellorum vestigia osculantur:*

*Ego etiam si ancilla sum nunquam nisi in equestribus sedeo.*

Vbi iumpta scilicet ab equestribus, hoc est à locis in spectaculo equitatis (vt superiore capite demonstrauimus) metaphora, ita de se magnificè loquitur, vt licet ingenuæ ac nobiliores etiam matronæ non paucæ reperiantur, quæ ad explendam libidinem cum seruis crebro flagella passis & cruci statim suffigendis plerumque consueuant ipsa se, quæ tamen ancilla sit, cum equitibus tantummodò rem habere gloriatur. Infelicitas itaque ligni vel arboris (cruis etenim ita vocatur à Seneca Epistol. 102. & Cicerone in Orat. pro C. Rabirio perduellionis reo) supplicium seruile fuisse vel solus indicat Petronius. Ex quo perspicimus, iure meritoque Cæsarem ex differentia personarum olim diuerso poenarum genere in speculatores aduertisse: quod ab Oppio siue Hirtio li. de bello Hispan. ad Cæsarem. commentum factum ita enarratur, Ea nocte speculatores prehensi serui tres, & vnus ex legione vernacula: serui sunt in crucem sublatis, militi ceruices abscissæ. Occiso Vitellio quendam Virginij Capitoni seruum patibulo affixum in iisdem anulis, quos acceptos Vitellio gestabat, ex Tacito lib. 20. Annal. didicimus, Auidij Cassij crudelitatem & sæuitiam in milites Vulcatius Gallicanus in Auidio Cassio notat, quod rapi centuriones quosdam iusserit, & in crucem tolli seruilique supplicio affici: quod exemplum non extabat. Iulius etiam Capitolinus in Opilio Macrino (vbi Macrinum vt superbum & sanguinarium reprehendit) his verbis vitur, Nam & in crucem milites tulit, & seruilibus suppliciis semper affecit. Sanè non apud Iudæos tantum diuinæ legis quosdam quasi depositarios atque custodes (qua lege nominatim ei, qui penderet in ligno, spiritus domini maledixerat Deuteronomio ca. 21. ad finem) sed apud ipsos

ipsum etiam Romanos patibulum abominandum & infame habitum fuit: vt homine libero quamuis nocente (quemadmodum Lactantius Firmianus lib. 4. Institut. cap. 26. tradit) indignum videretur. Quamobrem à Cicerone *μολα ἐμφορμῶς* (vt solet) illa quæ superius adscripsi, prolata sunt, lib. 3. in Verrem: Implorantes iura libertatis & civitatis in crucem sustulit. & alibi lib. 5. in Verrem, Vt quam seruis damnatis crucem fixeras, hanc indemnatis ciuibus Romanis reseruares. Verrem scilicet in crimen & inuidiam vocabat, quod non modò necasset ciues aduersus legem Porciam, sed etiam sæuo, infami, & seruili genere supplicij liberos homines peremisset. Plautus etiam ipse in Milite glorioso Act. 2. Seneca 2. (vt alios eiusdem auctoris locos\* omittam) cruce plebs solitos seruos demonstrat: cum ita Palæstrionem loquentem inducit,

*Nisi quidem illa nos volt, qui serui sumus,*

*Propter suum amorem omnes cruribus contubernales dari.*

Valerius Maximus lib. 8. cap. 4. Fannij seruum Alexandrum, cum in suspicionem C. Fl. equitis Romani occisi venisset, septies tortum, sed per negantem, perinde atque confessum & à iudicibus damnatum & à L. Calpurnio triumuiro in crucem actum fuisse memorat. Idem auctor lib. 2. ca. 2. de Africano superiore (qui deuicta Carthagine transfugas Romanos Latinisque in suam potestatem redegerat) eum Romanos tanquam patriæ fugitiuos crucibus affixisse tradit: hoc scilicet inueniens, in eos non tanquam in liberos, sed potius velut in seruos fugitiuos seruili crucis supplicio animaduersum esse: id quod ea quæ optimus auctor subiicit satis indicant, Non prosequar (inquit) hoc factum vltius, & quia Scipionis est, & quia Romano sanguini, quamuis merito perpeffo, seruile supplicium insultare non attinet. Idem Valerius paulo antè eod. ca. 2. vbi de Calpurnio: de fugitiuis ita loquitur, eos vt cruce dignissimos vocet: Merito: Seruorum enim nequissimus habetur, qui dominum suum fuga deserit, isque verberibus, & vinculis, & ergastulo, & cruce, & omni malo dignissimus iudicatur, idque Lactantius ca. 19. li. 5. diuinar. Inst. tradit. Denique sub Augusto (vt est apud Dionem li. 54.) seruus qui herum Cæpionem conquirentibus ad necem prodiderat, per medium forum à Cæpionis patre traductus eum titulo literisque supplicij causam indicantibus cruci tandem suffixus fuit: hæc autem historici clarissimi verba sunt, quibus id, quod modò diximus continetur, *τὸ γούμ πατρὸς τῆ Καπίωνος τὸν μὲν ἕτερον τῆ δούλων τῆ συμφορῶντων τῆ ἡεὶ ἐλευθερώσαντες, ὅτι ἀμύμω οἱ θνήσκοντι ἐθέλησε, τινὰ δὲ ἕτερον τὸν προδοῦντα αὐτὸν εἶπε τε τῆς ἀγορᾶς μέσης μὲν γραμμῶντων πλὴν αἰτίαν τῆς θανάτωσεως αὐτῆ δηλοῦντων εἰσαγαλόντες, & μὲν αὐτῶ ἀνασπαράσαντες ἐν ἡγορᾶντων.* [Quum enim pater Cæpionis alterum seruorum, qui cum filio eius fugerant, manumitteret, quod ei ad mortem quum raperetur opitulari voluisset: alterum, qui herum prodidisset, per medium forum traductum cum tabula causam supplicij indicante in crucem tolleret Augustus id factum indignè non tulit.] Quæ verba, vt à diligentioribus & acutioribus ad cognoscendum

a Bacchidibus act. 2. scena vi. & Petra. act. 5. scena vi. in fin. & in Milite act. 2. scen. 4.

(quod potest) veterem Romanorum in pœnis infligendis morem expenderentur, & non nihil etiam, instituti nostri tenendi gratia, omnium seculis subieciimus.

Nam quod seruum cū titulo criminis per forum Cæpionis iussu traductum scribit, hoc fuisse tum temporis in vsu cenfeo, cum olim classico aduocatus ad supplicium populus crimen & pœnæ causam ex præcone ipso superdicente addiscere soleret, vt in Horatij sententia exponenda locupletissimis Senecæ testimoniis allatis manifestum fecimus. Itaque scriptura non quidem semper, sed tamen interdum pro præconis voce adhiberi: & elogium, si non pronuciari, sed scribi tamen & portari & applicari damnatis cœpit. Sic igitur imperitante Tiberio cū esset Iudeis acriter instantibus per procuratorē (sic enim Tacitus li. 15. Ann. nominat) Pontium Pilatum supplicio affectus Dominus & seruator noster Iesus Christus, ipse, qui tum legatus Syriam regebat (vt Lactantius li. 4. diuin. Inst. c. 18. loquitur) Pilati manu scriptus, cruciq; supra domini caput adpositus titulus fuit, damnationis & inflicti supplicij causam continens: quem D. Ioannes cap. 19. Euangelij. *τίτλον* Latina voce nominat: cæteri Euangelistæ *αἰτίαν* & *ἑπίγραφον* τῆς αἰτίας ἐπιγεγραμμένον, [ *Erat titulus causæ inscriptus,* ] optime, sed *ἐλλειπτικῶς* interpretantur: Dio non absimiliter, sed paulò clariùs in superiori loco *ἡ ἀπολογία τῆς θανάτωσός αὐτοῦ δηλοῦν* [ *litera qua supplicij causam declarabant* ] reddit. Hoc Tituli verbo id ipsum significans duobus (quod sciam) locis vsus est Suetonius, in Caligula. c. 32. in Domitiano. cap. 10. ex quibus etiam vti sub Tiberio, sic sub aliis quoque principibus apponi solitum damnatis, vel cruce, vel alio quouis supplicio consumendistitulum apparebit. Victimæ quoque prælatotitulo duci solitas idem auctor Aug. c. 59. tradit: Verum tamen cum in quempiam animaduertetur Imperatorum quoque recentiorum temporibus, quibus Iuriconsulti nostri floruerè, crimen & pœnæ causam viua præconis voce publicatam & manifestatam negare nolim: quod compluribus illorum aliorumque auctorum testimoniis ante nos viri eruditissimi comprobarunt: ad quæ hoc tantùm addi velim quod Lampridius de Alexandro Seuero in eius vita, retulit sic ferè, Clamabaturque sæpius quod à quibusdam siue Iudeis siue Christianis audierat & tenebat, idque per præconem cum aliquem emendaret dici iubebat, Quod tibi non vis, alteri ne feceris.

Porro quod seruum circumductum Dio cruce postea suffixum fuisse scribit, nō ita debet accipi tanquam in ipso foro in cruce sublatus sit: sed vt furcifer seruus per medium forum aut comitium traductus, ibiq; sub furca diuerberatus, virgisque laceratus (quemadmodum post Ciceronem li. 1. de diuinatione, Arnobius li. 7. aduersus gentes, atque Lactantius li. 2. diuin. Inst. ca. 8. de quodā Antonij Maximi seruo memorat) ad supplicium postea, vt ex more, patibuli pœna multaretur, extra urbem actus ac deductus fuerit. Etenim in quos vltimo supplicio in populi cōspectu animaduertendum erat, extra portam vrbis Romæ aliarumque ciuitatū imperio Romano subditarū deducebantur noxij: sed & in castris

stris quoq; Romanis extra vallum: nisi quod è saxo Tarpeio non paucos præcipites olim datos, aut postea bestiis in ipsa vrbe obiectos verum est. Sed ad cruce & alias pœnas quod attinet, vetustissimos & probatissimos auctores illius nostræ obseruationis astipulatores atque laudatores habeo: Plautum in primis, act. 2. scena. 4. in Milite glor. apud quem Palæstrio,

*P. Credo ego istuc ex templo tibi*

*Esse eundem actutum extra portam dissestis manibus*

*Patibulum quom habebis*

Vbi portam Esquilinam intelligendam, ideò non improbabiler quispiam censeat, quoniam in P. Martium à consulis dominatē Tiberio extra portam Esquilinam Tacitus li. 2. Anna. more prisco animaduertsum, & à Claudio principe ciuitatem Romanam vsurpantes in campo Esquilino securi percussos Tranquillus in Claudio cap. 25. referat: Et verò quòd in Esquilis, aut vltra Esquilias (Varrone li. 4. de ling. Lat. teste) locus publicus fuit, qui quòd pute secebant ibi cadauera proiecta, dicti puticuli: Nam cum ad Esquilias insepulta noxiorum (vt puto) seruorum quidem certè ac inopum plebeciorum corpora temerario terræ aggestu ita operirentur, vt nihilominus ab auibus, canibusq; ac lupis differri & laniari possent, eumque,

*Huc prius angustis eiecta cadauera cellis*

*Conseruus vili portanda locaret in arca,*

*Hoc misera plebi staret commune sepulchrum*

*Pantolabo scurræ Nomentanòque nepoti,*

vt Horatius Satyra 8. lib. 1. Sermo. Ode 5. Epodòn & Ode 17. Epodòn in responso Canidiæ, cecinit: ideò ab Horatio ipso Esquilinas alites nominatas existimo, quæ cadaueribus eiusmodi pascerentur, & Esquilinum veneficium, quod Aggere in aprico Esquilini campi quòd tristes Albis informem spectarent ossibus, agrum (vt idem poeta in Satyra 8. lib. 1. Sermo. testatur) leætis illis humanorum corporum reliquiis, adhibitis etiam carminibus, deuotionibus, herbis nocentibus, aliisq; maleficiis eiusmodi, Manes elicerent animas responsa daturas: de quibus apud Constantinum<sup>a</sup> nostrum agitur: Cæterum non modò ad Esquilinam portam, sed extra alias quoque portas: prout incidebat aut magistratibus erat collibitum, supplicia capitalia Romæ olim exacta esse (siquid conicere licet) verius putem: vt puta extra portam Collinam: Liuius lib. 8. quidem certè vbi de Minutia Vestali suspecta primò propter mundiorem iusto cultum, in simulata deinde apud Pontifices ab iudice seruo cum decreto eorum iussa esset sacris abstinere, familiamque in potestate habere: Facto (inquit) iudicio viua sub terram ad portam Collinam dextra via stratam defossa scelerato campo. Credo ab incesto id ei loco nomen factum. Itémq; vbi de duabus Vestalibus O-pimia atque Floronia stupri compertis loquitur lib. 22. Et altera (inquit) sub terram (vt mos est) ad portam Collinem necata fuerat: Altera sibimet ipsa mortem conciuerat. Sed & extra portam Metiam capitales olim pœnas inflatas, ex eo licet conicere, quòd eius portæ dyo-

<sup>a</sup> l. Multi. 6. C. de malefic. & matemat.

bus in locis ipse quoque Plautus mentionem facit: Nam apud ipsum Caïna act. 1. scena. 6. sic loquitur Chalinus.

*Ille ad eum videre te ardentem extra portam Metiam*

*Credo a castor vellet. & Pseudolo, act. 1. scena. 3.*

*Pseud. Jam hic ero: verum extra portam Metiam currendum est prius.*

*C1. Quid eo? Pseud. Lanios inde accersam duo cum tintinabulis*

*Eadem duo greges virgarum inde vimearum adegero.*

Sanè tintinabulorum vsus (vt hoc quoque, quod non est à quæstione, quam de prisco Romanorum suppliciorum more tractandam suscepimus, alienum, obiter aperiam) Romæ fuit non infrequens: & quod ea ferè ianuis dependebant (vt Suetonius in Augusto cap. 91. narrat) & quòd vigiles, qui noctu vicorum excubias agebant, nolarum siue tintinabulorum sonitu, quemadmodum apud Græcos qui obseruandis ciuitatum muris curabant (vt est apud Thucydidem lib. 4. ad finem.) sic etiam Romæ vicinis signum (siquid opus esset) edere solent: id quod Dionem libro 54. his verbis (etsi aliter interpretes accipiunt) significasse arbitror, οἱ γὰρ τὰς σωμοκίας νύκτωρ φυλάσσοντες, ὅπως σημαίνουσιν, ὅπου τὴν βεληθῶσι, δὴ ὡνται, κἀδὼνι χεῶνται. [ *Hic enim tintinabulis ianitores nocturni vtuntur, vt si quid ipsis opus esset significare possent.* ] Sed creberrimus tintinabulorum vsus (Romæ quidem) in damnatis ad supplicium deducendis fuit, vt eorum tinnitu ac sono admoniti populares, à fortuito, sed tamen ominofo vel carnificis ipsius: vel etiam damnati hominis & iam inferis manibus deuoti faerique ac propemodum funesti corporis contactu abstinerent, ne vel incauti alioqui polluerentur: quam obrem curru triumphantium Romæ præter fascinum appendi cum flagro tintinabulum solebat, ad quæ vt respiceret triumphans seruus publicus siue carnifex coronam tenens admoneret. illud nimirum significans, eo triumphantem infortunio percelli posse, vt ex delicti causa vel caderetur, vel etiam capite pœnas expenderet: quæ omnia partim ex historia Plinij ca. 4. li. 28. & Isidori Etymologiarum libris, lib. 18. vbi de Triumphantibus partim ex Iuuenalis Satyris, Satyra 10. & ex Zonaræ annalibus Tomo 2. desumpta sunt. Etenim iste, sed ex vetusto aliquo auctore bono mutuatus, vbi de Triumpho M. Furij Dictatoris, καὶ κἀδὼν (ait) ἀπὸ τῆς καὶ μάστιγι τοῦ ἄρματός, ἐνδεικτικὰ τῆς δυσυχίας αὐτὸν δὴ ὡσαύτως, ὡς καὶ ἀμειδίκα, ἢ καὶ διχνοφύλου θανεῖν τοῖς γὰρ ὅτι τῆς ἀπὸ τῆς ματι κατὰ δικαδέντος θανεῖν, νερόμισο κἀδωνοφορεῖν. ἵνα μηδὲς βαδίζουσιν αὐτοῖς ἐν χερσὶ πόμῳ μίσματος ἀναπίμπληται. Cùm igitur vt apud Zonaræ, sic apud Plautum flagris tintinabula copulentur, & portam Metiam nominatim is appellet: non de nihilo est (vt arbitror) quod ad eam quoque sumpta olim supplicia conuicimus. Itémque ad Suburræ ex eo quod Martialis lib. 2. epigr. 17. poëta festiuus

*Tonitrix Suburbæ faucibus sedet primis,*

*Cruenta pendent quæ flagella tortorum.*

Omniq; autem pœnæ de fontibus extra urbem exigebantur: Et certis quidem ac publicis ad eam rem destinatis locis: quorum Aggenus Vir-

bicus

bicus lib. 2. de limitibus agror. commemorat, vbi, Sunt in suburbanis (ait) loca publica in opum destinata funeribus, quæ loca culinas appellant. Sunt & loca noxiorum pœnis destinata: ex his locis, cum sint suburbana, sine vlla religionis reuerentia, solent priuati aliquid vsurpare atque hortis suis applicare. Ideoque obseruatum etiam fuisse censeo id quod Suetonius in Octauio ca. 57. refert: ne quoties Augustus introiret urbem, supplicium de quoquam sumeretur: vt videlicet cui redeunti omnes extra urbem obuiam acclamationibus, omnibusque faustis & modulatis carminibus ipsum prosequuntur occurrerent, ei portam urbis ingressuro, ne tam triste atque infaustum (quod ad portam ipsam, post urbem, exigi consueuerat) spectaculum obiceretur: sed principis potius oculis parcerent. Porro seruilibus suppliciis (siue crucem tantummodò, siue vltimum quodlibet supplicium eo nomine comprehendendi quispiam existimet) locum certum aliquem destinatum atque constitutum qui esset ab vrbe aliquantum distans, inde conuicio quod de nece Plautij Laterani designati sub Nerone consulis loquens Tacitus lib. 15. Annal. in hæc verba scribit, Raptus in locum seruilibus pœnis repositum manu Statij tribuni trucidatur plenus constantis silentij.

Vt autem in vrbe, sic in prouinciis vltimo supplicio damnati extra portam deducebantur. Quam obrem in Sicilia Mamertini quoque (vt apud Ciceronem lib. 5. in Verrem legimus) more atq; instituto suo crucem in via Pompeia post urbem fixerant, quam deinde Verres in ea parte, quæ ad fretum spectaret, iussit figere. Dominus quoque ac Seruator noster cùm pro peccatis & sceleribus humani generis in crucis patibulo nouissimas easdemque grauissimas pœnas luiturus esset, ipse innocens pro noxio habitus, in Golgothæ siue Caluarie locum post urbem extra portam, vt ibi crucifigeretur, abductus est: hoc significant Euangelistæ his fere verbis, καὶ ἀπήγαγον αὐτὸν εἰς τὸν σταυρὸν ἐξερχόμενοι εὐρον ἀνθρώπων, [ id est, abduxerunt eum vt crucifigerent, exeuntes autem inuenerunt quendam. ] &c. Item καὶ ἐξήγαγον αὐτὸν ἵνα σταυρωσων αὐτὸν, &c. Et, παρέλαβον δὲ τὸν Ἰησοῦν καὶ ἀπήγαγον, καὶ βασάλτων τὸν σταυρὸν αὐτοῦ ἐξήλαθον εἰς τὸν λεγόμενον ἑβραίου τόπον. [ id est, Acceperunt autem Iesum & abduxerunt & ipse portans crucem suam venit in eum locum qui dicitur Caluarie. ] Itémque, ὅτι ἐγγύς τῆς πόλεως ὁ τόπος, ὅπου ἐσταυρώθη ὁ Ἰησοῦς. [ id est, Quia prope ciuitatem erat locus vbi crucifixus erat Iesus. ] Alexander Seuerus Imp. enuchum quendam palatinum qui de eo fumum vendiderat, & à quodam militari centum aureos acceperat, in crucem tolli iussit per eam viam qua esset seruus suis ad suburbana Imperatoria iter frequentissimum: idque Lampridius narrat. Præterea B. Hieronymus ad innocentium, in libro de muliere septiesiâ, Pari igitur prolata in vtrunq; sententia damnatos carnifex trahit, totus ad spectaculum populus effunditur, vt prorsus quasi migrare ciuitas putaretur, stipatis proruens portis turba densatur. Ex quo perspicuum (opinor) efficitur quod de Theodosio iuniore Paulus Diaconus alicubi lib. 14. scribit in hæc verba, Sic enim fuit clemens,

a Matt. ca. 27. Marc. ca. 12. Luc. cap. 23. & Ioan. cap. 19.

b in Alexandro Seuer.

vt si quando quispiam dignum aliquid morte committeret, nec visque ad ciuitatis portas moriturus perueniret. Sanè quendam fuisse supplicii exigendis destinatum post urbem locum Theodoritus optimus auctor Ecclesiasticæ historiæ lib. 3. cap. 17. manifestè docet, vbi militum quorundam factum enarrat, qui cum ad stipendium ab Imperatore Iuliano accipiendum foculo thus iniecissent, posteaq; pœnitentia ducti, quodd aduersus Christianam religionem, quam profitebantur, id commissum esse intellexissent, ad regium palatium vociferabantur: Ipsos igitur vt eam ob re ex præcepto Imperatoris decollarentur, extra urbem eo loci, quo soleret in sceleratos animaduerti, comitate, fiduciaq; illorum animi, & pro pietate loquendi libertatem admirante populo deductos, iamque instructam gladio carnificis manum ad feriendum paratam & pene sublatam genu flexo expectantes, opportunè allato de venia & remissione à principe concessa nuntio liberatos in hæc verba tradit, καὶ πρῶτον μὲν τὰς κεφαλὰς αὐτῶν ἀπὸ μὲν θύρας προσέταξεν. ἀπαγορεύων ὅ αὐτῶν ἕξω τῆς πόλεως, ἠκολούθει τὸ τῆς πόλεως πάλῃος ἀγαμέδον αὐτοῦ τῆς εὐφυχίας, καὶ πῶς ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας παρρησίαν θαυμάζον. εἰσεὶ δὲ τὸ χωρίον ἐκείνο κατέλαβον ἐνθα τοῦ κακούργου κολάζειν εἰσέθεν, ἐλιπάρυσεν τὸν δῆμιον ὃ ἦν ἄλλων προσεύτερος, τοῦ πάντων αὐτῶν νεωτάτου πῶς κεφαλῶν ἐκτεμῆν. ἵνα μὴ ἦν ἄλλων θεασάμενος πῶς σφαγῶν, πῶς δειλίαν εἰσεδέχεται. ἐπειδὴ δὲ ὁ μὲν ἐπέθνε τὸ δαπέδον τὰ γόνατα, ὃ δὲ τὸ ξήφος ἐγύμνωσεν, ἠὲ τις μνηστὴν πῶς ἀφείσιν, καὶ βοῆ κωλύων πρόφραθεν πῶς ἀνάγεισιν. [*ac primum quidem iusserat ipsos decollari. Cum autem extra urbem deducerentur, sequebatur eos hominum multitudo admirantium animi fiduciam illorum & pro pietate loquendi libertatem. Posteaquam in eo loco constituti fuerunt, vbi de maleficio supplicium sumebatur, inter illos nati grandior rogabat carnificem, vt minimus nati primus decollaretur: ne aliorum viso supplicio, timidior redderetur. Sed cum genua humi iam flexisset, & carnifex gladium denudasset, venit is qui veniam afferebat, qui procul voce prohibuit, ne plecterentur.*]

In castris quoque Romanis cum crimen aliquod capitale aut militare flagitium esset admissum, damnati ad principia milites per portam, quemadmodum Vegetius lib. 1. cap. 23. tradit, Decumanam deducebantur olim extra vallum, vt capite plecterentur: id quod tribus veterum locis possum ostendere. Hirtij primum siue Oppij, lib. de bello Africano cuius hæc verba sunt, Reliquosque veteranos à tyronibus iubet fecerni. Abducite (inquit) istos nefario scelere contaminatos & cæde ciuium faginosos: sic extra vallum deducti sunt & cruciabiliter interfecti: & alibi lib. de bello Hispan. de Mundenfibus, qui deditiorem fecerant, deindeque in legionem distributi coniuauerant: Hac re cognita insequentis nocte (ait) vigilia tertia, tessera data, extra vallum omnes sunt concisi Mundenfes duces. Deinde Annæi Senecæ, li. 1. de ira cap. 16. qui sic scribit, Is cum iratus duci iussisset eum, qui ex commentu sine commilitone redierat, quasi interfecisset quem non exhibebat: roganti tempus aliquod ad conquiendum non dedit: damnatus extra vallum deductus est, & iam ceruicem porrigebat: cum subito apparuit

paruit ille commilito, qui occisus videbatur. Ex quo perspicimus, cur Suetonius, in Othonis vita in principi. vbi Lucium Othonis principis patrem ait ausum fuisse in Illyrico milites quosdam capite punire: tum velut de re noua & insolita loquens verba hæc, Et quidem ante principia se coram, addiderit. Narrat etiam Polybius lib. 1. histor. à Spendio quodam Gesconem Carthagenensium ducem bello deuictum, & quingentos ipsius milites captiuos extra vallum, ante castra duci iussos, vt capite plecterentur, τὸς δὲ πρὸ τῶν Γέσκωνος (inquit) λαβόντες ὄντας εἰς ἐπιτοκίους, ἦγον ἐν τῷ χάρακος, οἱ πρὸ τῶν Σπένδιον. καὶ προαναγόντες βραχὺ πρὸ τῆς στρατοπέδου, πρῶτον μὲν ἀπέκοψον τὰς χεῖρας, ποιούμενοι πῶς ἀρχὴν ἀπὸ τῆς Γέσκωνος. [*Gisconem & reliquos captiuos ad septingentos, extra vallum abducunt Spendiani: illis non longè à castris productis manus primum abscindunt: ab ipso Giscone initium facientes.*]

Apud Romanos igitur extra vallum castrorum, & extra muros ac portas vrbis Romæ, aliarumque ciuitatum olim de plerisque noxiis capitale supplicium sumebatur. Dixi plerisque: vt seruos & peregrinos, vt ex ciuibus etiam libertos, vt ex ingenuis ciuibus turpes & inhonestos infimique gradus homines comprehenderem: in quos palam animaduerti potuit, honestiores ciues excluderem, qui ex militari quidem delicto semper in conspectu omnium, ex aliis admissis (si quando alibi quam in castris capite pœnas luituri essent) in carcere utique plectebantur. Quod respexisse Tacitum lib. 17. Annal. siue lib. 1. histor. equidem arbitror, vbi in Martianum Icellum vt in libertum palam animaduersum fuisse scribit: hoc significans, vt quamuis libertus Icellus, qui anulis aureis & Martiani cognomine ornatus antea fuerat, magnaq; apud Galbam auctoritate præfiterat (quemadmodum Suetonius in Galba cap. 14. refert) honestiorum & equitum more in carcere plecti debuisset, palam tamen quasi libertus & naturali feruili originis ac sanguinis macula notatus (quæ nulla ciuili ratione sic elui potuerit vt litura non extaret) nulla priorum honorum habita ratione peremptus fuerit. Enimuerdè de his, qui sic damnati forent, vt in crucem tollerentur, atque adeò de seruis (quorum id pene proprium supplicium fuisse docuimus) aut de vilibus aliis personis (quibus id ipsum infame fuisse Arnobius lib. 1. aduersus gent. tradit) pœnæ palam exigi consueuerant. Itaq; in facinorosos quosque homines, vt puta latrones, & grassatores famosos quemadmodum hodie rota in hoc orbe Gallico, sic olim cruce vindicabatur in Romano: quos ipse Iurisconsultus I. capitalium. §. pen. D. de pœnis admonet in iis locis plectendos esse, in quibus homicidia fecerint, quæ ad ciuitates plerunque perpetrari constat: quamobrem ille, Famosos (inquit) latrones in his locis vbi grassati sunt furca figendos eò pluribus placuit, vt ex conspectu deterreantur alij ab iisdem facinoribus: & solatio sint cognatis & affinibus interemptorum, eodem loco pœna reddita quæ latrones homicidia fecissent: Nonnulli etiam ad bestias hos damnauerunt. Nam quod furca eò loco nominatur, in eo Triboniani manum politiores & acutiores homines (quorum sententiæ nos quoq; subscribimus) agnoscent: de que



supplicio crucis loquutum Iurifconsultum optima ratione asseuerant; vt ante monui. Cruci quidem certè latrones affigi solitos indicat Petronius Arbitrator, in Satyrico, vbi, Cùm interim (ait) Imperator prouinciae latrones iussit crucibus affigi, secundùm illam casulam, in qua reens cadauer matrona deflebat: Et Seneca, Epist. 7. li. 1. Sed latrocinium fecit aliquis, quid ergo meruit? vt suspendatur. Igitur seruos delatores dominorum, quasi latrones: quippe quorum calumniosis insidiis domini aut perempti, aut in discrimen capitis adducti essent, imperator Pertinax in crucem tolli iussit: qua de re Capitolini in Pertinae hæc verba sunt: Eos qui calumniis appetiti per seruos fuerant, damnatis seruis delatoribus liberavit: in crucem sublatis talibus seruis, aliquos etiam mortuos vindicauit. Sic duos latrones cum domino nostro Iesu Christo extra portas ciuitatis crucifixos legimus in Sacrosancto Euangelio: in quo B. Matthæus quidem & B. Marcus ipsos ληστές. B. verò Lucas κακούργους nominant. Diuus insuper Iohannes ad supplicij locum utpote ciuitati vicinum, quamplurimos populares concurrisse spectandi gratia: titulumque Domini legisse tradit, cap. 19. ὅτι τὸν οὐδὲ τὸν τίτλον πολλοὶ ἀνέγνωσαν ἧς ἰσθῆος, ὅτι ἐγγὺς αὐτῆς πόλεως ὁ τόπος, ὅπου ἐσταυρώθη ὁ Ἰησοῦς. [Hunc ergo titulum multi Iudeorum legunt, quia prope ciuitatem erat locus vbi crucifixus erat Iesus.] Vt ex Romano etiam more, latrones extra portam & ad locum celeberrimum deductos, ibique Pilato imminente cum prætoriam cohortem crucifixos intelligamus: quem morem ipse quoque Quintilianus his verbis Declamat. 274. designat, Quoties (inquit) noxios crucifigimus, celeberrimæ eliguntur viæ: vbi plurimi intueri, plurimi commoueri hoc metu possint: Omnis enim poena non tam ad delictum pertinet, quam ad exemplum. Viui autem obnupto & velato capite infelici arbori suspendebantur (vt erat in illo cruciatus carmine, quod Cicero pro C. Rabirio perduel. reo. retulit) id est ferali (si enim vocat Minutius in dialogo qui Octavius dicitur) crucis ligno suffigebantur: clauis scilicet ad pedes, manûsque adhibitis: vt hoc supplicio afflicti tortique dolorem inter exitum vitamque detinente, pendentes brachiis patibulo explicitis, inedia tandem perimerentur: dilato eo, quod in malis optimum est (vt ait Seneca Epist. 102.) supplicij sine: qui si longius protraheretur, pendentes etiam suffringere ossa carniæ consueuerant. Et clauorum quidem Seneca ipse meminit alicubi cap. 19. de vita beata. Cùm refingere (inquit) se crucibus conentur, in quas vnusquisque vestitum clauos suos ipse adiecit: ad supplicium tamen acti stipitibus singulis pendent. Et Diuus quoque Iohannes in Euangelio cap. 20. vbi de B. Thoma. ὁ εἶπεν αὐτῷ, εἰ μὴ εἶδω ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῆς τὸν τύπον ἧς ἦλον, καὶ βάλω τὸν δάκτυλόν μου εἰς τὸν τόπον ἧς ἦλον, καὶ βάλω τὴν χεῖρά μου εἰς τὴν πλευρὰν αὐτῆς, εἰ μὴ πιστεύσω. [Ille verò dixit eis, nisi videro in manibus eius vestigium clauorum: & immisero digitum meum vestigio clauorum, & immisero manum meam lateri eius nequaquam credam.] &c. De suffractis viuorum cruribus idem Euangelista paulo antè cap. 19. verba fecerat, rogatum à Iudæis Pilatum memorans, ne sabbato crucifixorum

rum corpora pendèrent, vt in ipsa paretur illa cruribus suffractis tollerentur, ἠρώτησεν τὸν Πιλάτον ἵνα κατεργάσῃ αὐτῶν τὰ σκέλη καὶ ἀρθώσιν. ἢ ἴθου οὐκ οἱ στρατιῶται ἐβόησαν ὅτι κατέβησαν τὰ σκέλη καὶ τὰ ἄλλα συσταυρωθέντος αὐτοῦ. [rogarunt Pilatum vt confringerentur eorum crura ac tollerentur. Venerunt ergo milites & prioris quidem latronis confringerunt crura & alterius qui crucifixus fuerat cum eo.] & addit de Domino nostro Iesu Christo, non itidem ei suffracta crura fuisse: quem vita functum offendiissent, ἔτι δὲ ἰησοῦς ἐλθόντες ὡς εἶδον αὐτὸν ἠδὴ τεθνήσκοντα, εἰ κατέβησαν αὐτῶν τὰ σκέλη. [id est, ad Iesum autem cum venissent vt viderunt eum iam mortuum non confringerunt eius crura.] qua de re Lactantius de vera sapientia libro 4. diuin. Instit. cap. 26. in hæc verba, Suffixus itaque cùm spiritum sponte deposuisset, necessarium carnifices non putauerunt ossa eius suffringere (sicut mos eorum ferebat) sed tantummodò latus eius perforauerunt. Vnus occisos Cæsar sine exemplo postea cruci suffixisse traditur: nam qui esset in vlciscendo natura lenissimus, piratas, à quibus captus est, cùm in deditionem redegisset, (quoniam se suffixurum cruci antè iurauerat) iugulari prius iussit, deinde suffigi, teste Suetonio Iulio cap. 74. Quod supplicij genus (sublatum à Constantino (vt Nicephoro cap. 46. lib. 7. Ecclesiast. histor. auctore, antè ad monui) nemo Christianorum principum in sua ditione noxiis infligi passus est: nec hodie vsurpatur: id est scilicet quoniam pro signo venerandæ Christianæ religionis habetur, vt ab Theod. & Valentin. Imp. rescriptum est: Quamobrem ex Vlpiani quodam responso, in quo eos quicumque nummos aureos partim raserint, partim tinxerint, vel finxerint, si quidem liberi sunt, ad bestias dari: si serui, supremo supplicio affici debere scribit: sublatum crucis nomen à Triboniano, cateraque verba inconcinne ac inepte partim diuisa, partim coagmentata censeo: perinde quasi qui damnantur ad bestias, vltimo supplicio non plectantur, quod est falsissimum: & ab optimo iurifconsulto tale quidpiam relatum existimo, ratione iuris aliorumque locorum similitudine adductus, Si quidem liberi sunt, capite puniri: si serui, supremo supplicio affici, id est cruci suffigi, vel ad bestias dari. Sed & in Leonis & Maioriani quadam Nouella quod traditur famulum qui filiam curialis sibi iunxerit, seruilibus poenis periturum: compulsorem & exactorem tributorum, si quid mutaturæ nomine postulauerit, fustuariæ subditum poenæ seruilibus supplicij periturum: noli de supplicio crucis interpretari: quod iam sublatum erat, & in vsu esse desierat: sed vel de damnatione ad bestias: quandoquidem hanc quoque Constantinus seruis plagiaris infligi iubet: vel etiam de plumbatarum verberibus: quibus contra ius (quo nemo quaestionis habendæ causa damnari poterat, nec ea poena, vt verberibus necaretur, vel virgis interimeretur atque tormentis) imperatorum recentiorum constitutionibus tandiu damnari plerumque contundebantur, quandiu spiritum exhalassent (vt est apud Ambrosiam) præsertim quod in eadem Nouella, paulo antè, iidem Imp. seruum, qui neiciente domino curialem suscepisset, fustuario supplicio

a. Iust. C. The. de pagan. sacrif. & templ. b. I. quicum que 8. D. ad le. Cor. de fals. c. I. respiciendū in fine & l. qui vltimo D. de poenis. d. Pauli li. 5. sent. tit. 21. de vaticinator. §. vlt. & ti. 23. ad le. Cor. de Sicar. §. qui sacra §. qui hominem & §. Magica. e. de curialibus. f. l. i. C. leg. Fab. de plagiar. g. l. pen D. de quest. h. l. aut dānū. §. hostes autem D. de poenis. i. vide Brissonij not. in verbo Plumbatarum verbera.

<sup>a</sup> Nouellarum Maioriani tit. 6. de edi. pu. vide & in li. Papiiani sine Papiiani testimonio tit. 14. de inq. animal. & reb. & tit. 21. de corr. mulier. b l. 2. tit. 35. de quaest. li. 9. C. Th. c. l. omnes. 85. C. The. de decuri. lib. 2. iuncta l. omnes. 33. C. iust. eo. tit. d. l. Quilibet 117. C. Th. l. quilibet 40. C. Iustin. de decurion.

(cuius in aliis etiam Nouellis <sup>a</sup> mentionem faciunt) interfici voluerint. Plumbatarum ictus profecto Valentinianus Valens & Gratianus Imp. in ingenuis corporibus non probarunt: nec tamen ab omni ordine submouere: sed decem primos tantum ordines curiales ab immunitate huiusmodi verberum ita segregarunt, ut in ceteris animaduersionis istius moderationem habendam esse commonerent. Postea Gratianus Valentin. & Theodosius <sup>c</sup> neminem omnino principium ac decurionum sub qualibet ( ut ipsorum verbo utar ) culpa aut erroris offensa plumbatarum cruciatibus subdiuolere: Ad extremum tamen Valentinianus, Theodosius, & Arcadius <sup>d</sup> quoslibet principium vel decurionum decoctores pecuniae publicae iniquos descriptionum arbitros, super exactores denique vel concussores, plumbatarum ictibus subiici praeeperunt. Sed haec omnia quodam modo a prisco Romanorum in noxios animaduertendi more aliena sunt: Mittamus igitur: Ac de illo quoniam pleraque sunt a nobis perspicue satis exposita: sic tamen, ut pauca quaedam ommissa esse videantur, quae sacris profanisque literis diligenter atque attentè considerandis obseruauimus: Et haec quoque, interiectis aliquot alia de re sermonibus ( quoniam ipsa rerum varietate animus recreari solet, qui superiora enarrando defessus est ) forsitan proferemus.

*De ciuibus sumpta per centuriones tribunos militisque supplicia etiam in vrbe sub Imperatoribus. Sestertium supplicij locus. Cadauera punitorum vinctis in scalas Gemonias ac Tyberim peracta: honore sepulturae prohibito. Qui olim non lugerentur. Suspendiosi qui: ad l. 11. §. Non solent. de ijs qui not. in sa. Crucifixis adhibiti e militibus custodes. Quorum cadauera punitorum ad sepulturam concederentur. Non exacta nocte de fontibus olim nisi extraordinem supplicia. Crypta: emendato Seneca loco Valde mendoso. Fests diebus olim in noxios exceptis paucis non animaduersum. Exposita l. custodias de public. iudis.*

## CAPVT IX.

**S**ED quando huc vsque processimus, & aliquantulum respirauimus: praestat, ut quo quaque ordine ab vltima memoria repetere poterimus, reliqua de genere hoc, ea quae cepimus fide ac diligentia persequamur. Stante Romana repub. per triumuiros exacta Romae in carcere supplicia, quae ideò triumuiros dicerentur, ostendimus: cum in castris interea nonnunquam per milites ac centuriones necarentur alicuius facinoris rei: vnde apud Hirtium, li. 1. de bello Africa. Postquam haec centurio praesenti animo aduersus eius opinionem est locutus, ira percitus Scipio, atque animi dolore incensus, annuit centurionibus quid fieri vellet, atque ante pedes centurionem interfecit, &c. Verum posteaquam reipub. summa cessit vnus imperio atque libidini, qui princeps & imperator diceretur, omniumque magistratum munia vsurparet,

paret, non iam triumuiorum, sed vel centurionum, vel tribunorum interuentu extrema supplicia Romae non modò per carnificem lictores, sed plerumque per milites etiam ex principis aut senatus auctoritate inferri solita legimus, ut Romae qui essent in carcere necati, eorum corpora vinctis ad gradus & scalas Gemonias ut plurimum, indeque in Tyberim pertraherentur: nonnunquam humanitatis intuitu sepulture honore afficerentur: eo tamen a principe Romae aut a magistratibus in prouineis impetrato: quae omnia sigillatim exemplis vndique conquisitis illustrare certum est.

Ac primum quod a militibus siue spiculatoribus tribunisque ac centurionibus alibi quam in castris, imò & in ipsa vrbe de damnatis exacta supplicia diximus: ut omittam quod a Pilati militibus Seruatorem nostrum cruci suffixum fuisse omnes Euangelistae significant: illud his aliorum quoque auctorum locis perspicue demonstratur. Tacitus li. 3. Annal. vbi de Pisone ob necatum Germanicum, iteque ambitiosè, auaresque habitam Hispaniam Tiberij temporibus apud Senatum accusato loquitur: Igitur (ait) inditus lecticae, & a tribuno praetoriae cohortis deductus est: vario rumore custos salutis an mortis exactor sequeretur. Et vbi de Messalinae vxoris Claudij caede, lib. 11. Annal. ad finem. Prorupit Narcissus (inquit) denunciatusque centurionibus & tribuno, qui aderant, exequi caedem, ita imperatorem iubere: custos exactor e libertis Euodus datus: & statim ictu tribuni transfigitur, corpus matri concessum. Et vbi de Lolliis, cui Agrippina insensata accusatores subiecerat, in senatu accusata, Claudioque instante damnata: lib. 12. Ann. In Lolliam (ait) mittitur tribunus, a quo ad mortem adigeretur. Idem auctor Subrij Flauij tribuni sub Nerone poenam Veiano Nigro tribuno mandatam refert li. 15. Annal. Suetonius cap. 27. Octauio vbi de Q. Gallo praetore, quem (ait) per centuriones militum raptum e tribunali, ferulem in modum torfit: ac fatentem nihil, iussit occidi: prius oculis eius sua manu effossis. Item Caligula, c. 23. Fratrem Tiberium inopinantem, repente immisso tribuno militum interemit, Et, ca. 32. Miles decollandi (ait) artifex quibuscumque e custodia capita amputabat. Seneca etiam vbi de ipso Caligula, lib. 3. de ira cap. 20. Adiciere his longum est quot patres quoque occisorum eadem nocte dimissis per domos centurionibus confecit: homo misericors luctu liberavit. Lampridius de Heliogabalo, in eius vita: Sabinum (inquit) consularem virum, ad quem libros Vlpianus scripsit, quod in vrbe remansisset, vocato centurione mollioribus verbis iussit occidi, sed centurio aure surdior, imperari sibi credidit, ut vrbe pelleretur, itaque fecit: sic vitium centurionis, Sabino saluti fuit. Iulius Firmicus, li. 8. c. 26. Speculatores (inquit) faciet, qui nudato gladio hominum amputant ceruices. Ac de spiculatoribus quidem istis, aut speculatoribus, in sacrosancto Euangelio, & apud iuris ciuilibus, baliarumque literarum auctores mentione fieri doctor meus iam pridem obseruauit: qui bus & Tacitum <sup>d</sup> & ipsum Senecam <sup>e</sup> adiungendum arbitror: Nam vbi de Cn. Pisone, cuius iussu miles quasi commilitonem (sine quo ex eo-

<sup>a</sup> Matt. 27.  
Marcus ca.  
15. Luca. ca.  
23. & Ioan-  
nes cap. 19.

<sup>b</sup> I. diuus.  
D. de bon.  
danat. l. 7.  
C. de coh.  
ptinc.  
<sup>c</sup> Iaco. Cui-  
iacius. cap.  
31. li. 6. ob-  
serua. & e-  
mendat.  
<sup>d</sup> li. 18. An.  
e li. 1. de i-  
ra cap. 16.  
memini &  
li. 3. de be-  
nef. ca. 25.

meatu redierat) interfecisset, damnatus extra vallum ad supplicium deductus fuerat: Tunc (ait) centurio supplicio prapostus condere gladium spiculatorem iubet: damnatum ad Pisonem reducit: redditurus Pisoni innocentiam: nam militi fortuna reddiderat, &c. Quo etiam ex loco, illud quod antè diximus apparet: per centuriones olim exigi solita sub imperatoribus supplicii: qui dum speciem iudicij inducere non poterant, ad vim dominationis conuerterentur, vt de Nerone Tacitus<sup>a</sup> scribit: Et ex illo itidem eiusdem Senecæ<sup>b</sup>, vbi de Cauio Iulio iussu Caij Caligulæ interfecto, Ludebat laterunculis eum centurio agmen periturorum trahens, illum quoq; excitari iuberet: vocatus numerauit calculos, & sodali suo, vide (inquit) ne post mortem meam mentiaris te vicisse: Tum annuens centurioni, Testis (inquit) eris, vno me antecedere. Sed de his fatiis: ad alia quæ maioris momenti sunt, transeamus.

In quibus illud valde notandum est, quod ex Plutarcho in Galba ca. 20. ad finem. didicimus, locum quendam Romæ fuisse nomine Sesterium: in quo Imperatorum iussu damnati capite pœnas soluerent: Nā vbi de Galbæ corpore in eum locum deiecto, quod Priscus Heluidius, deinde Othonis permissu sublato Argio liberto sepeliendum tradiderit (cuius rei Suetonius in Galba ca. 20. ad finem. quoq; commemorat) λαβόντες δὲ ἐκείνοι τὸ πᾶν τὸ σῶμα (inquit) αἰμισάμενοι καὶ καθυβέλλοντες ἔρριψαν ἢ τοὺς ἀπὸ τῆς κεφαλῆς κολαζομένους θανατοῦσιν. ὁ δ' ἵππος Σεσέρτιον καλεῖται. Eorum sanè qui sub principibus Romanis laqueo in carcere strangularentur, vncis trahi, & ad gradus scalarumque Gemonias Romæ proici: & inde in profluentem vncis pertrahi solita corpora, vel extra urbem necatorum translata & proposita in illis gradibus capita, Dio libro quinquagesimo octauo veteris historię optimus auctor his verbis addocet, vbi de Imp. Claudio, ἀνδρες τε οὐδ' ἐν τούτῳ πολλοὶ καὶ γυναῖκες, καὶ ἐν αὐτῷ γὰρ εἰσιν αἱ. τῶν δεσποτηρίῳ ἐκαλεῖσθαι μέλλουσι τε δεσποθνήσκον ὅτι βήμια καὶ αὐτὰ ἀνήγοντο δεδεμένα ὡς περ ἀγμάλατοι, καὶ τὰ σώματα καὶ ἐκείνων ἐς τοὺς ἀναβασμούς ἔρριπτοῦντο. τῶν γὰρ ἕξω πρὸ θανατοῦσιν αἱ κεφαλὰ μόναι ἐνταῦθα ποροῦσι θέντο. [ Viri igitur multi hoc modo morte affecti, multæ mulieres, aliæ in carcere, aliæ ad tribunal protractæ captiuarum instar, & earum quoque in Gemonias proiecta corpora, quum eorum qui extra urbem necarentur corpora tandem eò mitterentur. ] Et aliquanto post, vbi de ioculari Senecæ libello in Claudium, εἰπεὶ δὲ τοὺς ἐν τῷ δεσποτηρίῳ θανατοῦσιν αἰμίστοις τισὶ μεγάλοις οἱ δῆμοι ἐς τε πρὸ ἀγορᾶν ἀνείλκον, καὶ αὐτὰ ἐς τὸν ποταμὸν ἔσυρον, ἔφη τὸν Κλαύδιον ἀγνέσθω ἐς τὸν οὐρανὸν ἀνεχθῆναι. [ Quum enim eos qui in carcere necantur, magnis vncis in forum carnifices, ac inde in profluentem protraherent, vncō Claudium in cælum raptum dixit. ] Ergo sub Tiberio eum citatorum ad causam dicendam complures in media curia venenum hausissent, & tamen colligatis vulneribus ac semianimes palpitantesque in carcerem rapti essent: nemo punitorum

a lib. 15. ad finem.  
b lib. 1. de tranq. vitæ cap. 14.

torum non & in Gemonias abiectus, vncōque tractus, viginti vno die abiecti tractique, inter eos pueri & fœminæ, idque Suetonius in Tiberio capite sexagesimo primo scribit: vbi tractos vncis in Tyberim intelligendum est: Nam eum Tiberius supplicii irritatus cunctos, qui carcere attinebantur accusati societatis cum Seiano, necari iussisset: iacuissetque immensa strages omnis sexus omnis ætas, inlustres, ignobiles, dispersi aut aggerati, neque propinquus aut amicus adfistere, inlachrymare, ne visere quidem diuitius daretur, circumiecti custodes, & in mœrorem cuiusque intenti corpora putrefacta (teste Tacito libro quinto Annal.) adfectabantur, dum in Tyberim traherentur: quod ipsum his verbis à Dionel libro quinquagesimo septimo memoratur, vbi de Seiani amicis in discrimen capitis adductis agit, πάντες γὰρ οἱ τινὰ τοιαύτην αἰτίαν λαβόντες ἐκ ὄψεως ἰππέεις, ἀλλὰ καὶ βουλευταί, ἐδ' ὄπως ἄνδρες, ἀλλὰ καὶ γυναῖκες ἐς τὸ δεσποτήριον συνεωθούτο· καὶ κατὰ τῆσδε θέντες, οἱ μὲν ἐκεῖ ἐκαλεζοντο (hi sunt quibus in carcere gula frangebatur.) οἱ δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ Κασιτωλίου ὑπὸ τῆς δημοχρονῆ καὶ τῆσδε πᾶτων κατεκρημνίζοντο, καὶ ἐς τε πρὸ ἀγορᾶν τὰ σώματα αὐτῶν ἀπάντων ἔρριπτο, καὶ μὲν τοῦτο ἐς τὸν ποταμὸν ἐνεβάλλετο. [ Omnes enim qui huiusmodi criminis indicabantur, non equites modò, sed senatores etiam, non viri tantum, sed & mulieres, in carcerem vna trudebantur, damnatique aut ibi plecebantur, aut à rupe Tarpeia eos tribuni plebis, vel ipsi etiam consules precipitabant, omnium corpora in forum projiciebantur, inde in profluentem mittebantur. ] Itaque Seianum olim præfectum prætorio in carcerem coniectum capite damnatum & punitum, idem Dio libro quinquagesimo septimo, siue quinquagesimo octauo, fuisse refert sub Tiberio: vt in scelas primùm Gemonias, indeque in Tyberim pertraheretur. καὶ οὕτω δικαιοῦς κατὰ τε τῆς ἀναβασμῶν ἔρριπθῆναι, καὶ αὐτὸν ὁ ὄμιλος αἰσὶν ὅλας ἡμέρας ἐλυμήνατο· καὶ μὲν τοῦτο ἐς τὸν ποταμὸν ἐνεβάλε. [ Itaque capite multatus in Gemonias proiectus est, eumque totum triduum in Tyberim habitum in Tyberim misit. ] vncō autem pertractum Seiani eadauer, & in ripa Tyberis, hoc est in scalis Gemoniis, expositum fuisse: Iuuenalis etiam auctor est, in Satyra 10. siue libro 4. quo loco,

—Seianus ducitur vncō

Spectandus: gaudent omnes: qualabra? quis illi vultus erat?  
& statim

—curramus precipites, &

Dum iacet in ripa calcemus Cesaris hostem.

Sed videant serui ne quis neget, & pavidum in ius

Cervice astricta dominum trahat. hi sermones

Tunc de Seiano, secreta hæc murmura vulgi.

Ac de Seiani quoque liberis in carcere strangulatis abiectisque in Ge-

monias præter Dionem lib. 57. Tacitus eod. libro 5. Annal. scribit. Idem Tacitus auctor est cum eodem die defuncta esset Agrippina, quo biennio antè Seianus pœnas luisset: memoriam id prodendum, addidisse Cæsarem, iactauit seque quod non Laqueo strangulata, neq; in Gemonias proiecta foret, quod ipsum Suetonius in Tiberio cap. 53. his verbis exprimit, Imputauit etiam quod non laqueo strangulatam in Gemonias abiecerit, proq; tali clementia interponi decretum passus est. Idem auctor laqueos & vncos, vncum & Gemonias strangulatos & abiectos in Gemonias alibi copulauit, in Tiberio cap. 54. & 75. alibi Vitellium relegatis post terga manibus, iniectio ceruicibus laqueo, veste discissa, seminudum tractum in forum per totum viam sacræ spatium, reducta coma à capite, ceu noxij solent, tandem apud Gemonias minutissimis ictibus excarnificatum atque confectum, & inde vncō tractum in Tiberim fuisse tradidit. in Vitellio cap. pen. Plinius quoq; Titi Sabini equitis Rom. meminit: ca. 40. li. 8. nat. hist. in quem ita fuerit animaduertum in carcere, vt corpus eius deinde in gradibus Gemoniis abiecitur: quod Tiberij temporibus accidisse, vt tandem in profluentem traheretur, auctor est Dio, li. 57. vel vt quidam voluit. 58. a qui sic scribit, ἐτε ἡδὲ τὸ δειμνυμένον ὁ Σαβίνος αὐθιμυρόν κατετίθη, καὶ μετὰ τὸ ἀπειλῆς ἐφάρη, τότε σώμα αὐτοῦ καὶ τῶν ἀναβασμῶν ἐρίθη, καὶ ἐς τὸν ποταμὸν ἐκλήθη. [ Nam ea ipsa die in carcerem coniectus est Sabinus deinde indicta causa necatus, corpus eius in Gemonias proiectum, ac post in flumen missum. ] denique Valerius Maximus lib. 6. cap. 3. vbi de M. Clodio, quem senatus Coris, quia turpem cum his pacem fecerat, deditum, & ab hostibus non acceptum in publica custodia necari iussit: Corpus contumelia carceris (inquit) & detestanda Gemoniarum scalarum nota foedauit. & alibi li. 6. cap. 11. de Q. Cæpione, qui senatus patronus dictus fuerat, In publicis vinculis (ait) spiritum deposuit, corpusque eius funesti carnificis manibus laceratum in scalis Gemoniis iacens magno cum horrore totius fori Romani conspectum est. Græchorum, itemq; Fuluij & sociorum ad tria milia cælorum in tumultu Romano corpora bonis etiam publicatis lugeri vetita, & in fluuium pertracta fuisse Plutarchus in Græchis, memorat, τὰ δὲ σώματα καὶ τῶν (ait) καὶ τῶν ἄλλων εἰς τὸν ποταμὸν ἐρίθη, τριχίλιων ἀναρριθύντων, καὶ τὰς ἑσίας αὐτῶν ἀπέδοντο πρὸς τὸ δημόσιον, ἀπέπεισαν δὲ πένθει ταῖς γυναῖξιν.

a vide & Tacitum lib. 4.

Ex more itaq; Romanorum id fuit, vt hostes publicos, aut qui hostium loco essent (vt puta proscriptos, itemque parricidas, aliosq; facinorosos homines, quorum pœnæ ad exemplum aliorum pertinebant) supplicio ultimo affectos, honore sepulturæ plerunq; prohiberent: Idemque in Gemoniis gradibus abiectos vncō in Tiberim pertraherent: id quod ex ijs Plutarchi & Valerij (modò quæ attulimus) exemplis, perspicuum esse cuius arbitror: Et ex eo quod occiso Domitiano senatum adeò lætatum esse Suetonius in Domitiano ca. vi. refert, vt repleta certatim curia, non tēperaret quin mortuū contumeliosissimo atq; acerbissimo acclamationū genere laceraret, scalas etiam inferri, elypeōsq; & i;

& imagines eius coram detrahi, & ibidem solo affligi iuberet ( Nam quod ait scalas inferri, sic accipio mortuum ad scalas Gemonias abieci) Ac illud etiam pertinet, quod in senatus acclamationibus ( quas post mortem Commodi factas Lampridius in Commodō, memorat ) ita scriptum legitur: Carnifex vncō trahatur. Carnifex (senarus, more maiorem vncō trahatur: sæuior Domitiano, impuriō Nerone: sic fecit, sic patiat, &c. Rogamus parricidæ cadauer vncō trahatur: gladiatoris cadauer vncō trahatur: gladiatoris cadauer in spoliario ponatur. Præroga præroga, omnes censemus vncō trahendum, & reliqua, Sic quoque sub Antonino Caracalla, Papiniani & Petronij iussu principis cælorum cadauera per plateam, sine aliqua humanitatis reuerentia, tracta fuisse Spartianus in Antonino Caracalla tradit. Sub Tiberio sanè (vt est apud Tacitum lib. 5. Ann.) damnati publicatis bonis sepultura prohibebantur: eorum qui de se stituebant, humabantur corpora, manebant testamenta: pretium festinandi: & (vt ait Suetonius in Tiberio cap. 61.) interdictum ne capite damnatos propinqui lugerent: itaq; sine distinctione vlla vel scelerum & criminum, vel pœnarum etiam capitalium: eas qui subiissent, & Tiberij, & Claudij, & Neronis, aliorumq; tyrannorum temporibus, nec sepulturæ mandabantur, neq; à propinquis lugerentur: cum alioqui iure ciuili hoc tantum modò vel sepeliri vel etiam lugeri non solitos Vlpianus a nominatim tradat: hostes scilicet, vel perduellionis damnatos, itemq; suspensiosos, & qui manus sibi non tædio vitæ, sed mala conscientia intulissent: vbi suspensiosos, non qui se ipsos laqueo sponte præfocassent, interpretor (vt plerique faciunt) sed in patibulo suspensios & cruci suffixos: quibus circumiciebantur custodes iussu magistratuum milites, donec putrefacta & propè consumpta essent cadauera, ne quis ea forsitam ad sepulturam detraheret: id adeò ex Petronio in Satyrico didici, cuius hæc verba sunt, Proxima ergo nocte cum miles, qui cruces asseruabat, nequis ad sepulturam corpora detraheret: notasset sibi & lumen, &c. Itaque cruciarij vnus parentes, vt viderunt laxatam custodiam, detraxere nocte pendente supremoquæ mandauerunt officio. At miles circumscriptus dum residet, vt postero die vidit vnā sine cadauere crucem, veritus supplicium, mulieri quod accidisset exponit, nec se expectaturum iudicis sententiam: sed gladio ius dicturum ignauitæ suæ. Atq; ex hoc quidem vetusto more illud est, quod ad crucem Domini nostri Iesu Christi ( donec diuinum spiritum Deo patri commendatum exhalasset ) centurionem cum cohorte, ipsius obseruandi gratia permansisse, in historia sacrosancta D. Marthæus cap. 27. b retulit, ὁ δὲ Ἰησοῦς πάλιν κραζῆς φωνῇ μεγάλη ἀφῆκε τὸ πνεῦμα. [ Iesus autem quum rursus clamasset voce magna, emisit spiritum. ] & statim, ὁ δὲ ἐκατόνταρχος καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ τιροῦντες τὸν Ἰησοῦν ἰδόντες τὸν σεισμὸν καὶ τὸ ἥντομα ἐφοβήθησαν σφόδρα, λέγοντες, ἀληθεὶς θεὸς ἦν ὁ Ἰησους. [ Centurio vero & qui cum eo erant seruantes Iesum viso terra motu & his quæ facta fuerant timuerunt vehementer, dicentes, Vere filius Dei erat iste. ] Igitur ex indulgentia potius & clementia quadam præsidis ipsius, quam ex veteri more Romano-

a. liberto- rō 11 s. nō solēt. D. de his qui no. inta. iun. ca. l. minime maiores. 35 D. de Reli gio. & sup. tun.

b vide & B. Marcū cap. 15. Lucam ca. 23. & Iohannem ca. 19.

rum fuit: quod Iosepho Arimathæensi decurioni, Domini nostri corpus in cruce suspensum ad sepulturam à Pilato concessum apud eundem aliósque beatos Evangelistas legimus. Cæterum si qui ex alio quàm perduellionij aut parricidij crimine, aut aliud quàm crucis supplicium perpessi forent: eorum cadauera punitorum, ad sepulturam propinqui à magistratibus non iniquis plerumque impetrabant: eumque morem ex isto, quem subiiciam, Ciceronis loco licet colligere, quo redemptam prætio à parentibus sepeliendi filios, prætor in Sicilia Verre potestatem, ipsi exprobat, lib. 5. in Verrem. Nam illorum (ait) liberi cum erunt securi percussi ac necati, corpora feris obiciuntur: hoc si luctuosum est parentibus, redimant pretio sepeliendi potestatem. Onasum Segestinum hominem nobilem dicere audistis, se ob sepulturam Heraclij Nauarchi pecuniam Timarchidi numerasse: Iuriconsultorum etiam ac posteriorum quoque Imperatorum temporibus durasse morem illum, ut animaduersorum cadauera non modò cognatis, sed quibuslibet petentibus darentur: ex illo Pandectarum titulo, qui de cadaueribus punitorum est, aperte constat, & ex eo Diocletiani ac Maximiani rescripto: l. ii. C. de relig. & sumpt. fun. cuius hæc omnino verba sunt, Obnoxios criminum digno supplicio subiectos sepulturæ tradi non vetamus: quæ verba ipsam (meo iudicio) humanitatem, veramque pietatem præ se ferunt: in honorem pietatis quidem certè Quintilianus in declam. 6. corporis proiecti. etiam damnatos sepeliri scribit, & neminem non mortalium fauere hominis sepulturæ debere: quia hæc vna res est, cuius exemplum ad omnes pertineat: Ideòque non nisi ab ultimo parricida exigi poenam, trans hominem, hoc scilicet innuens, honore sepulturæ prohiberi, atque adeò poena quadam post mortem affici, grauissimo parricidij crimine damnatos. Adde cum Iurisc. l. i. §. 1. D. de cadauer. punit. maiestatis quoque ac perduellionis crimen: quod tanto atrocius existimatur, quanto patriæ, quàm parentibus arctiore vinculo adstringimur: & tamen ipso parricidij vocabulo latius protenso satis designatum intelligitur. Militum adeò Romanorum (qui Rhegium iniusto bello quondam occuparant, vltroque Imperatorem quempiam delegerant (virgis caesorum securique percussorum corpora sepulturæ mandari, mortemque lugeri senatus (Valerio ca. 2. lib. 2. teste) vetuit: Tiberium quoque Gracchum hostem iudicatum, vltimo supplicio affectum sepulturæ honore spoliatum fuisse, idem Valerius lib. 4. ca. 7. auctor est. Ex quo iure fuit illud, quod Vespasianum prætorum infensum senatus neque non genere demereretur Caium principem: & ludos extraordinarios pro Germanica eius victoria depoposcisse, poenæque coniuratorum addendum censuisse, vt insepulti proiicerentur, apud Suetonium in Vespasiano cap. 2. ad finem legimus.

Olim sanè qui perduellionis (vt puta coniurationis in rempubl. ac proditionis) tenerentur post poenas capite persolutas, eorum corpora nihilominus ad sepulturam petentibus dabantur apud veteres & Lacedæmonios & Romanos: Cuius rei exempla præferam duo: Primum

num erit, quod de Lacedæmoniorum Nauarcho Pausania, Diodorus Siculus lib. ii. \* narrat: eum, qui clanculum initæ cum Persis amicitia, atque adeò Peloponnesium proditionis manifestus ad Palladis sanctum supplex tanquam ad asylum euitandæ poenæ causa confugisset, eoque inclusus, & exitu prohibitus inedia fameque periiisset, cognatis vt sepelirent concessum esse: τὸ μὲν οὐδὲ σώμα τοῦ τελευτήσαντος (inquit ille) σωεχωρήθη τοῖς προσήκουσι κατὰ χῶρον. Alterum Plutarchus in Antonio suppeditat: qui Lentulum & alios Catilinae coniurationis conscios sociòsque auctore Cicerone consule in carcere necato, sepultura non esse prohibitos asseuerat, εἰδὲς (inquit) εἴρηθη τῶν περὶ τὸτε κολαθέντων ὑπὸ Κικέρωνος. Sed hoc quidem ideò fortasse, quoniam de indemnatis, deque inauditis licet fontibus extra ordinem sumptum supplicium fuisset: quod ipsi Ciceroni postea quoque, crimini datum fuit, vt in exsilium pelleretur auctore Clodio: Enimuerò quantum ad maiestatis; id est perduellionis crimen attinet, Romani exemplum Atheniensium magis probarunt: apud quos proditionis damnatorum corpora in Attica sepeliri nefas erat, sepulcorum ossa eruere licebat: quemadmodum Xenophon, Lycurgus, & Dio Chrysostomus docent: apud Xenophontem ad finem lib. i. ἑλλητικῶν: etenim Euryptolemus ita de Pericle loquitur. τούτῳ δὲ εἰ βούλεσθε, καὶ τούτων τὸν νόμον κείνατε, ὅς ἐστιν ἐπὶ τοῖς ἱεροσύλοις καὶ προδοταῖς, εἰάν τις ἢ πλεῖον πόλιν προδοῖ ἢ τὴν ἱερὰ κλέψῃ, κείνη ἐν τῷ ἐν δημοσίων, ἀν κατὰ γυνωδιῆ, μὴ τῶ φωνῆ ἐν τῇ ἀπὸ τῆς, τὰ δὲ χεῖματῶ αὐτῶ δημόσια εἶδ. [ Hunc vero si vultis ea iudicatio lege qua contra sacrilegos ac proditores lata est, & qua illi qui civitatem prodere conantur, seu qui sacra furati sunt, in foro iudicari consueverunt, qui si conuincantur funibus atticis sepeliri prohibentur, bona vero eorum publicantur. ] Lycurgus etiam vetustus orator in Oratione κατὰ Λεωκράτους. [ contra Leocratem. ] de Phrynichi proditionis post mortem atque sepulturam damnati ossibus erutis, & extra Atticam translatis atque amandatis, in hæc verba scribit: καὶ ἀπορίζεται ὁ δῆμος Κεατίου ἐπρόντος, τὸν μὲν νεκρὸν κείναι προδοσίας, καὶ δόξῃ προδοσίας ἐν τῇ χώρᾳ μὴ τετάφθαι, τὰτε ὅσα αὐτῶ ἀνορύξαι καὶ ἐξοείσαι ἔξω τῆς ἀπὸ τῆς ὅπως ἀν μὴ κείνηται ἐν τῇ χώρᾳ, μὴ δὲ τὰ ὅσα τοῦ πλεῖον πόλιν καὶ πλεῖον πόλιν προδοθέντος. [ Populus, auctore Critia decernit, de mortuo proditore iudicium instituire: quod si proditorem eum fuisse iudicassent, ne in agro Attico sepeliretur, atque vt extra regionem ossa ipsius eruta egerentur, ne ossa in urbe aut in regione cõburerentur illius qui urbe & regione prodere voluisset. ] Dio denique Chrysostomus in oratione quæ πρός γαυδὸς inscribitur, apud Athenienses ideò proditoris corpori humum iniicere nõ solitum tradit, vt ne quod scelerati ac nefarij hominis indicij posteritati relinqueretur, καθάπερ οἴμας τὸ μὴ θάπτειν τὴν προδοσίαν, ὅπως μὴ δὲ ἐν ἡ σημεῖον εἰς αὐτῶν ἀνδρῶν πονηρῶν. At ex alia quæ perduellionis causa punitorum cadauera petentibus amicis aut propinquis permitti solita verum est, imò verò & si ea nemò posceret, tamè ex more fuisse apud Romanos vt sepulture certo in loco mādarentur, ideò forsitan aliquis existimauerit: quod ad Virgil. li. ii. Æneid. Seruius Sceleratum campum fuisse Romæ nominatum, in quo fontes sepelirentur, asserit, sed mihi non fit verisimile, ideò



loci Seruim voluisse: cuius verba nō de quibuslibet noxiis, sed de Vestalibus incesti damnatis (quæ Scelerato campo antiquitus ad urbem extra portam Collinam viarū defoderentur, vt superiore sermone alatis Liuij locis ostendi) accipienda esse autumo. Sed ad reliqua vetusti suppliciorum moris solemnia indaganda regredior: Et quoniam de loco iam antè disseruimus: sequitur vt de tempore dispiciamus.

Igitur interdū, non etiam noctu sumptum (Romæ quidem supplicium de fontibus reperio.) Quid tam inauditum (ait Seneca li. 3. de ira ca. 19.) quàm nocturnum supplicium? Cūm latrocinium tenebris abscondi soleat: animaduersiones quo notiores sunt, plus ad exemplum emendationemq; proficiunt. Quamobrem notatur alicubi ab eodem auctore ca. 18. lib. 3. de ira. Caij Caligulæ Imperatoris Romani sæuitia, qui complures equites Romanos & senatores vno die flagellis cæcidit, torsit non quæstionis sed animi causa: deinde aded impatiens fuit differendæ voluptatis, quam ingens crudelitas eius sine dilatione potcebat, vt in crypta (sic enim lego non cirrha: nam & cryptæ apud Suetonium in Caligula cap. 58. apud Vitruuium, lib. 7. cap. 8. alijsque auctores classici, & cypto porticus apud Plinium in Epist. ad Gallum li. 2. & ad Apollinarem lib. 5. & ad Cornutum li. 6. epistol. fieri mentionem scio: quid autem cirrha, hoc loco valeat, equidem non video) quæ porticum à ripa separat inambulans, quosdam ex illis cum matronis atque alijs senatoribus ad lucernam decollaret: hac historia narrata, subiicit deinde auctor optimus, Quid instabat? quod periculum aut priuatum aut publicum vna nox minabatur? quantulum fuit, lucem expectare denique (sic enim distinguendus interpunctionibus is locus) ne senatores populi Romani soleatus occideret? Notatum est & à Catone censore factum T. Flaminij, qui cū esset consul in Gallia, exoratus in conuiuiō à scorto est, vt securi feriret aliquem eorum, qui in vinculis essent damnati rei capitalis, vt Cicero in li. de senectute docet: in ipsius facti æstimatione Montanus Votienus apud Senecam controu. 26. li. 5. dixit, hæc obiici quod meretricem habuit, quod aliquem occidit, quod noctu, quod in conuiuiō, quod rogante meretrice. Argentarius verò apud eūdem, Age lege, scis (inquit) quid dicat, interdū age, in foro age, & Ruffus Vibius, Prætor ad occidendum hominem soleas poposcit: & At nunc à prætore lege actum est ad lucernam. & Seuianus denique, Nocte non debere sumi supplicium. quod tamen sui generis insaniam habere, nescio quamobrem Seneca dixerit. huic autem Flaminij factō, affimile illoç Herodis est: qui D. Ioannem Baptistam in gratiam & ad nutum filia Herodiadis (quæ in conuiuiō saltauerat) decollari iussit:

a. D. Matheus c. 14. & D. Marcus cap. 6.

b. vide Xiphilinu in Adriano.

quemadmodum a Euangelistæ tradunt. Rarè igitur & extra ordinem capitales pœnæ noctu infligebantur, plerunque interdū: nec tamen sine dierum distinctione: Nam cū sint sacri & item negotiosi dies (vt Tacitus libr. 13 loquitur) qui forsitan publici dicuntur à b Dione, vbi de Adriano ἐν τῷ τὰς μὴτε ἑραῖς, μὴτε δημοσίοις ἡμέραις, ἴσοι ἔμεινε. Sacris siue festis diebus non sumebatur olim supplicium, nisi extra ordinem: ac ne feriatas quidem, qui tamen omnes festi non erant: Custodiæ sanè

sanè feriatas diebus audiri poterant, sed ita vt innocios proconsul aut præses dimitteret, nocetes autem qui duriore animaduersione indigēt, differret: quemadmodum Modestinus a noster tradit. Ideò autem differri nocentes (vt puto) Iuriconsul. dixit (quod tamen interpretibus in mentem non venit) quoniam feriatas vtique diebus & festis, in capitis reos lege agere non licebat: sed differri supplicium oportebat in profestum & negotiosum diem: Diebus festis (ait alicubi Seneca Decl. 4. li. 5.) intercedentibus pœna ex lege dilata est. Hanc legem apud Athenienses viguisse Xenophon lib. 4. addocet, vbi quanta cum animi fortitudine atque constantia Socrates mortem oppetierit, cū post damnationē per dies admodum triginta in carcere certus de pœna sua permanfit, & (vt ait Seneca Epist. 71. lib. 10. de Socrate ipso) triginta dies in carcere & in expectatione mortis exegit, propterea quòd illo mente Delia festa peragerentur: lex verò non sineret palàm in quemquam animaduerti, antequàm oraculi consultores Delo reuenterentur: in hæc fere verba memorat, ἀμολογείται εἰδέναι πῶς ἔσθ' ἀνημονευομένων ἀνθρώπων καλλίστα θάνατον ἐνεργεῖν. ἀνάγκη μὲν γὰρ ἐγγίει τὸ ἀπὸ μὲν πλὴν κείσθαι τρεῖς ἡμέρας βιώσαι, εἰς τὸ Δῆλον μὲν ἐκείνου τῆς μινδὸς εἶναι, τὸν δὲ νόμον μινδέναι ἐάν δημοσίᾳ δόξω θνήσκεν, ἕως ἀν ἡ θεοείλα ἐκ Δήλου ἐπανέλθῃ. [ Vt fateantur omnes neminem inuentum qui mortem animo equiore pertulerit. Post enim latum de seipso sententiam necessitas fecit, vt ipsi essent dies triginta vita. Nam eo mense erant Delia, quibus lege erat vetitum ne quem publicè interimerent, ni prius Delo consultores oraculi redissent. ] Cū igitur hanc legem (vt alias quamplurimas) ab Atheniensibus Romanos accepisse, hæud improbabiler tueri possimus: Ex eò nimirum intelligimus, merito Tiberianorum temporum extraordinariæ (vt ita loquar) sæuitiæ imputasse Suetonium, Tiberio cap. 61. quòd nullus à pœna hominum cessauerit dies, ne religio siue quidem ac facer: quòdque animaduersum in quosdam fuerit, ineunte anno nouo, id est ipsis calendis Ianuariis: quarum consuetos dies Valentinianus quoq; Theodos. & Arcad. b otio manciparunt, & feriatos esse voluerunt. Aspexit quippe Suetonius ad Titij Sabini casum, qui Tiberij iussu in carcere, illo die stragulatus fuit teste Tacito Cornelio: lib. 4. Annal. cuius verba, quòd ad superiorum illustrationem faciunt, proponam, Sed Cæsar solemnia incipientis anni Kal. Ianuarias epistula precatus vertit in Sabinum, & c. & trahebatur damnatus, quantum obducta veste & adstrictis faucibus niti poterat, clamitans, sic inchoari annum, has Sciano victimas cadere, & c. Quem enim diem vacuum pœna, vbi inter sacra & vota (quo tempore verbis etiam prophanis abstineri mos esset) vincula & laqueus inducantur? Non imprudentem Tiberium, tantam inuidiam adisse: quæ situm, meditarumque nequid impedire credatur, quo minus noui magistratus quomodo delubra & altaria, sic carcerem recludant. Sequitur insuper literæ grates agentis, quòd hominem inensum reipub. puniuisent. Sanè quamuis sacratas quadragesimæ diebus nulla supplicia esse corporis (quibus absolutio expectatur animarum) Imp. Valentinianus, Theo. & Arcadius aliquando præcepissent c, attamen post annos

a. I. Custodias D. de public. iud.

b. I. omnes. G. de feriis

c. I. 5. tit. 25. de questio. lib. 9. C. Theod.

a 1. pen. C.  
de feriis l.  
vi. C. Theo  
do. de que  
stion. ii. 35.  
lib. 9.

admodum octodecim & quod excurrit, quæstionibus latronum & maxime Iudæorum nec venerabilem quidem Paschæ diem excipi Honorius & Theod. Imp. voluere: ne sceleratorum proditio consiliorum differretur, quæ per latronum tormenta quærenda est. Cæterum videtur & apud Iudæos id iuris olim obseruatum esse, ut festis diebus nemini supplicium ultimum infligerent: quando quidem & supplicio affeatos, appropinquante festo ex hominum conspectu tolli iubebant: ne scilicet ipso die festo perempti esse viderentur: itaque D. Ioannes latronum cum Domino nostro crucifixorum crura fracta Pilati iussu per milites, instantibus Iudæis memorat in Euangelio, cap. 19. οἱ οὖν Ἰουδαῖοι ἵνα μὴ μείνη ἔτι τὰ σώματα ἐν τῷ αἰβάτω, ἐπεὶ ἡμέρα κεινὴ ἦν ( ἡ γὰρ μεγάλη ἡ ἡμέρα κεινὴ ἦν αἰβάτω ) ἠρώτησεν τὸν Πιλάτον ἵνα καταγάσῃ αὐτῶν τὰ σκέλη, καὶ ἀρθῶσιν. [ Iudæi ergo ut non manerent in cruce corpora Sabatho quoniam erat parasceue ( erat enim magnus dies illius Sabathi ) rogarunt Pilatum ut confrangerentur eorum crura ac tollerentur. ] Ac de suffraetis quidem cruribus proximo sermone diximus. Sanè in crucem actorum cadauera ex lege Domini cap. 21. Deuteronomij ad finem, ad vesperam de ligno deponi, eodemque die sepeliri cum debuerint: hæc quoque ratio Iudæos mouit, ut de frangendis latronum cum Domino Iesu crucifixorum cruribus, cum Pilato agerent. Ac de consuetis quidem pœnarum diebus locisque apud veteres, hæc ferè sunt, quæ Marte morèque nostro legendis auctorum libris assequi ac deprehendere potuimus. Quid restat igitur? hoc scilicet, ut aliquot pœnarum solemnia, quasque ceremonias pari sagacitate ac diligentia conquiramus, & è sacrosanctis illis vetustæ historiæ archiuis atque adytis eruamus.

Ut in damnatos capitis apud Romanos lege ageretur. De ligatione ad palum. De scissione vestium, varijs ex causis. De lugentium priuatorum magistratum de habitu, De vestis mutatione ob Saturnalia, magistratus, aut militiam. Seruiliis vestis, quæ Lacerna: Cucullus: Penula: Pallium: Horatio & Martiale illustratis: hoc insuper castigato. Municipaliū, plebisq; Romanæ habitus. De luctu publico in vrbe. Atterne an albus fæminarum in eo vestitus fuerit, cōtrouersum inter historicos videri. At in eo ipso vulgarem magistratum sedem: versos fasces: militum arma versa: Seruio interim castigato. Reum capite damnaturi perversa vestis, pretexta posita. Saga militum: paludamenta Imperatorum: Togula & Sagula liætorum: τὸ σενός. Pallium quid sit apud Marcellinum: Munera gladiatoria, quibus primum postea de causis: quorum magistratum cura: quot gladiatorum paribus: quibus sumptibus, publicè, priuatim, & quo denique tempore olim edita: & in ijs quæ personæ olim depugnarint. Lanistæ qui & patres fam. apud Suetonium. Picta gladiatorum dimicatio exposito Horatii loco ad l. ut. in princip. D. de edil. edict. De gladiatorijs consulum aliorumq; magistratum muneribus ad l. 36. D. de condit. & demonstrat. Quando quibusve ecclesiasticis aut principalibus constitutionibus

nibus recisa illa vel sublata ad l. j. C. de gladiator. lib. II. & ibi, quamobrem ab Imperatoribus in militiam euntibus illa exhiberentur: Spartiano interea exposito: Dionèque apud Xiphilinum & Capitolino castigatis.

## CAP. X.

Diximus superiore capite, ultimum supplicium subituros, olim affectos verberibus fuisse inserto furcæ capite: idque nō paucis veterum auctorum testimoniis impleuimus: Deligatos etiam ad palum, scissa iussu magistratus ad liætoribus & laniata veste, ut nudi virgis cæderentur: aliquot auctorum locis indicatis, non inutiliter (ut puto) astruimus. Ac de ligatione quidem ad palum ista Gracchus apud Gellium c. 3. lib. 10. Idcirco palus (inquit) destitutus est in foro, eoque adductus scæ ciuitatis nobilissimus homo M. Marius, vestimenta detracta sunt, virgis cæsus est. Cic. in Verr. lib. 5. Cum repente (ait) hominem proripi, atque in foro medio nudari, ac deligari, & virgas expediri iubet: & statim ab eo qui beneficio pop. Romani fauces & secures haberet, deligatus in foro virgis cæderetur. Liu. lib. 26. vbi de Campanis senatoribus, à Fulvio punitis Theano & Callibus: Magistratum Sidicinum citari iussit, imperauitque ut produceret Campanos, quos in custodia haberet: producti omnes, virgisque cæsi ac securi percussi. Inde citato equo Calles percurrit: vbi cum in tribunali confedisset, productique Campani deligarentur ad palum, eques citus ab Roma venit, & c. Dio. lib. 48. denique Antigonum Iudææ regem, cui successor Herodes datus est, ab Antonio ita punitum refert: ut palo alligatus flagris cæderetur atque obtruncaretur, τὸ δὲ Ἀντίγονον (ait) ἐμασίζωσθε, σαυρὸν προσδέχεσθε (ὁ μὴ εἰς ἄλλος βασιλεὺς ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων ἐπεσθῆναι καὶ κτλ. καὶ ἀπέσφαξεν. [ Antigonum cruci alligatum (quo supplicio nullus inquam Rex à Romanis erat affectus) flagris cecidit ac deinde iugulauit. ] vbi malo σαυρὸν, palum, quam (quod interpret facit) crucem exponere: & ἀπέσφαξεν, Obtruncare potius, quam iugulare: quoniam Antigonum securi percussum fuisse Plutarchus in Antonio tradit his verbis, quæ cum illis omnino congruunt: πολλοὺς δὲ ἀφῆρεῖτο βασιλείας. ὡς Ἀντίγονον τὸ Ἰουδαῖον, καὶ προαγαγὼν ἐπελείψεν, ἐδένος πρότερον ἑτέρου βασιλείας ἔτα κολαδέντος. [ Multis regna ademittit: imò etiam Antigonum Iudæum productum securi percussit: quum nullus inquam rex ita fuisset antea multatus. ] Quod de iussu magistratus mentionem fecimus, id sic habet: Romæ quidem in triumuirorum capitalium conspectu (sicuti capite sexto demonstrandum est) in prouincijs autem, imminente stantèq; pro tribunali præside aut proconsule, idq; ita fieri solemnibus ac legitimis verbis præcipiente, verberibus primum, alio deinde quouis supplicio, in rei capitalis damnatos animaduertetur. Senec. de ira, li. ca. 16. Procedam in tribunal (ait) non furens nec infestus: sed vultu leni, & magis graui quàm rabida voce, illa solemnia verba concipiam: & lege agi iubebo: non iratus, sed seuerus. Et in controuersis lib. 5.

Deinde describit qualiter in foro decolletur: Ascendit prætor tribunal in spectante provincia: noxiæ post terga ligantur manus: stat intento ac tristi omnium vultu: fit à præcone silentium, adhibentur deinde legitima verba: canitur ex altera parte classicum, Inter legitima supplicij verba, refert hæc idem Seneca paulo post: Summoue lictor, despolia, verbera. lege age, animaduerte. huc pertinet quod in historia beati Apollinaris vicarium dixisse ad officium legimus, Exuite eum & cædentes dicite, Respice & immola diis: Quod denique Livijs, lib. 28. vbi de dictatore Papirio Furio, & Fabio Rutiliano Magistro equitum, Tunc Papirius redintegrata (inquit) ira spoliari Magistrum equitum, ac virgas ac secures expediri iussit: Fabius fidem militum implorans, lacerantibus vestem lictoribus, ad triarios sese recepit: quam historiam recitans Valerius, lib. 2. c. 2. de discipl. milit. Rutilianum scissa veste spoliatoque corpore, lictorum se verberibus lacerandum præbuisse scribit: Et rectè quidem scissa veste, vt ille à lictoribus lacerata: rectè itidem Seneca ipse, alio in loco lib. 1. de ira cap. 16. Quid si ille vidisset desilientem de tribunali proconsulem, & fasces lictori auferentem, & sua vestimenta scindentem, quia tardius scindebantur aliena? Rectè Tacitus lib. 10. Annal. de Herennio Gallo legato agens, Protracium (ait) è tentorio scissa veste, verberato corpore, quo pretio, quibus consensu prodidisset exercitum dicere iubent. Nam spolia, quibus (vt apud Iuriseonsultum legimus<sup>a</sup>) indutus quis erat, cum ad supplicium dueretur, ita detrahebant lictores, vt vi adhibita dilaniarent ac scinderent: quod Plutarcho nostro *περιχρισια καὶ περιέρρηγνυμια* plurimis in locis dicitur: ex quibus aliquot verbi causa indicabo. Igitur vbi de Bruto in Publicola (qui in filios coniurationis cum Tarquinis in itæ reos capite animaduerterit) iustos lictores lege agere, iuuenum vestimenta lacerasse, manus ligasse post terga, ipsorumque corpora virgis multum cæcidisse scribit, sic ferè, *ὡς δὲ ἐδὲν ἀπειλείαντες, ὅτις ἐρωτηθέντες ἕως ἀποσπρέφας πρὸς τοῦ ὑπηρετῆος τὸ πρόσωπον, ὑμέτερον ἦδη (εἶπεν) τὸ λοιπὸν τὸ ἔργον, οἱ δὲ εὐθύς συλλαβομένοι τῆς νεανίσκου, περιέρρηγνυον τὰ ἱμάτια, τὰς χεῖρας ἀπὴ γονόπισω ῥάβδοις ἐξαινον τὰ σώματα.* [Quum ter interrogati nihil respondissent, conuerso vultu ad lictores, Superest etiam, inquit, vestrum munus exequamini. Illi statim, comprehensis adolescentibus, dilacerarunt vestes ipsorum, manibus reuinctis, corpora eorum flagrum cadebant.] Idem auctor in Camillo, vbi de Falericorum pædago loquitur: cuius proditorem aspernatus Camillus, verberandum ius ipsum discipulis, veste à lictoribus lacerata, vinculisque pone tergum manibus tradidit, *πορεύεξε τῶς ὑπηρετῆος (inquit) τὸ μὲν ἀνδρώπου κατὰ ῥρηγνυμια τὰ ἱμάτια, καὶ τὰς χεῖρας ὀπίσω ἀειάγειν, τῶς δὲ πασι δὲ δόνα ῥάβδους καὶ μάστιγας, ὅπαις κολάζοντες τὸν ποροδόντιω ἐλαύων εἰς πλὴν πόλιν.* [Iussit lictores illius vestimenta dilacerare, manusq; à tergo ligare: puerisq; flagra & fasces dari, vt verberantes proditorem in urbem reducerent.] & in Mario, vbi de Iugurtha triumphato & necato in carcere, καὶ κατὰ τὸν θρίαμβον εἰς τὸ δεσμοτήριον ἐμπεσῶν, ὡς οἱ μὲν αὐτὸς εἰς ἀειέρρηξαν τὸν χιτῶνα, &c. [Et post triumphum compulsus in carcerem,

a l. Diuus. 5  
pannicula-  
ria. D. de  
bon. dån.

vi dilacerarunt eius tuniculam.] Ac denique vbi describit quemadmodum se olim proconsul Cicero in Cilicia provincia gesserit: faciles aded ad ipsum omnium aditus fuisse Plutarchus nunquam satis à me laudatus auctor admonet: vt neque domus à ianitore obseruata, nec ipse in lectulo, sed aut stans diluculo aut ante cubiculum deambulans benigne salutatores exceperit: virgis neminem cæciderit, nec vestem vilius sciderit: ad verberandum scilicet poenæ causa: sic enim accipio, quod ille in hæc verba differit, in vita Ciceronis: *ἢ δὲ οἰκία θυρωρὸν ἐκ ἔχεν. ἐδὲ αὐτὸς ἀφ' οὗ κατὰ μέμβρους ὑπὲρ ἐδενός· ἀλλ' ἔωθεν ἐς ὧς ἢ ἀειπασσάντων πρὸ δωματίου τοῦ ἀσπασσομένου ἐδ' ἐξιοῦτο λέγεται ἢ μήτε ῥάβδοις ἀπὸ τῶν τινῶν μήτ' ἐδ' ἢ τῶν ἀειχρίστων, μήτε κλασσημίαν ὑπὲρ ὀργῆς, ἢ ζιμίας προσκαλεῖν μετ' ὕβρειων.* Ergo & in actis Apostolorum, cap. 16. vbi de diuo Paulo & Sila Philippensium magistratuum iussu verberatis, *καὶ σωματῆς ὁ ὄχλος κατ' αὐτῶν καὶ οἱ στρατηγοὶ περιέρρηξαντες αὐτῶν τὰ ἱμάτια ἐπέλεον ῥάβδοις.* [Insuper exit vna plebs aduersus eos: & magistratus scissis eorum vestibus, iusserunt eos virgis cædi.] posterius αὐτῶν spiritu leni (cōtra quàm pleriq; faciunt) pronuntiandu autumo: vt nō ad magistratus, sed ad Paulum Silamque verberatos (quorum scissa prius vestimenta fuerint) referatur: quomodo vetus interpret exponit, his ferè verbis, Et eacurrit plebs aduersus eos: & magistratus scissis eorum tunicis iusserunt eos virgis cædi: vbi sunt qui, pro eorum, perperam reponant, suis: Erat enim (sicut antè diximus) illud ex veteri suppliciorum more apud Romanos: vt noxiarum (qui verberibus afficiendi essent) corpora scissis vestibus nudarentur, manusque post tergum conuerterentur: <sup>a</sup> Idq; tum illis omnibus comprobatur, quæ modò recitauimus, auctorum Græcorum & Latinorum testimonijs: tum etiam isto Suetonij, <sup>b</sup> qui de Vitellio, Deinde agnitus (ait) rogare non destitit quasi quædam de salute Vespasiani dicitur: vt custodiretur interim vel in carcere: donec religatus post terga manibus, iniecto ceruicibus laqueo, veste discissa, feminus in forum tractus est, inter magna rerum verborumque ludibria per totum viæ sacra spatium, reducta coma à capite, ceu noxijs solent, &c. hæc enim vltima verba nisi fallor ad superiora omnia pertinent. Ac de scissione vestium, quæ ad poenâs (de quibus tractare cepimus) pertinet: hæc solum modò apud auctores veteres annotare memini. Nunc ad poenâs reuenterer (id quod rerum series exposcere videtur) nisi nihil mihi magis quæsitum esset à principio huius operis, quàm vt varietatibus ipsum (et si ab rerum ordine interdum declinandum esset) distinguerem: animi (que legentium amœna quasi diuerticula, & meo requiem simul quærerem. Quid igitur? respirabo aliquantum, ac de alia vestium scissione prius disseram.

Fuit igitur vestium scissio in vtu alia ex causa, non apud Hebræos tantum, qui cum graui aliqua calamitate de improviso se obrui per-

a hac de re vide Prudē  
tium περὶ τῶν  
κατακλιῶν &  
Theodori-  
tum ca. 22.  
lib. 4. ccel.  
hister.  
b in Vitel-  
lio cap. 12.  
meminit  
Tacitus li.  
19. & Xiphilinus  
ac Zonaras in Vitellio.

c lib. Iudic.  
ca. 11. ad fi.  
& Ruth.  
ca. 4. & li. 1.  
Regum. 2.  
ca. & lib. 2.  
cap. 5. & li.  
1. Macab.  
ca. 2.

item apud Romanos. Nam si lugendi aliquando aut irascendi, abhorrendi atque indignandi, aut aliàs dolendi se offerret occasio, vestes laniabant. Ergo præ dolore Iulius Cæsar ad Rubicònem traiecto exercitu adhibitis tribunis plebis, qui superuenerant pro concione fidem militum flens ac veste (vt ait Suetonius in Iulio cap. 33.) à pectore discissa inuocauit. Augustus cum Varum ab hostibus superatum cæsiumque audiisset, præ dolore vestem discidit, si Dioni lib. 56. credimus: cuius hæc verba sunt, τὸ τε δὲ μάθων ὁ Αὐγούστου τὰ τῶν Οὐάρων συμβέβηκότα πλὴν τε ἐσθῆτα (ὡς τινες φασί) περιέρρηξατο, καὶ πένθος μέγα ἐπὶ τῆς ἑσθῆτος, καὶ ἐπὶ τῶν περὶ τε τῆς γερμανικῶν καὶ περὶ τῆς γαλατικῶν δέσει, ἐποικίλατο. [Augustus Variana clade audita vestem (vt quidam memorant) lacerauit, inque magno luctu fuit propter amissum exercitum metumque qui à Germanis & Gallis impendere videbatur.] Nero postquam à se Galbam & Hispanias descivisse cognouit, collapsus, animoque malè fracto, diu & sine voce, & propè intermortuus iacuit: vtque resipuit, veste discissa, capite conuerberato, actum de se pronuntiauit, teste Suetonio. in Nerone cap. 42. Maximus deniq; cum audiuit contra se Africam descivisse se: senatus auctoritate percepta, incurrere in parietes, vestem scindere, gladium arripere, quasi omnes posset occidere, prorius furere videbatur: idque Iulius Capitolinus in Gordianis, refert. Præ indignatione lacerant vestem senatores proficiscente in exsilium Cicerone, cum se obsessos à Clodij militibus fuisse intellexerunt, Κλωδίου δὲ σδηροφρομηδίου (ait Plutarchus in Cicer.) περὶ τὸ βουλευτήριον, ἐξέδραμον ἐκ ὀλίγοι τῶν βουλευτικῶν κατάρρηγνυμένοι τὸς χιτῶνας, καὶ βροῶντες, &c. sic indignabundus Piso in senatu vestem discidit: quemadmodum Dio ad fi. lib. 40. (vbi de Pisone & Curione loquitur) his verbis significat, πλὴν ἰστοῦ γινώσκων (ὃν περὶ αὐτῶν εἶχεν) ἐδημοσίωσεν ἐν τῶ βουλευτηρίῳ ὡς ἐκείνον ἀγανακτήσαντα, πλὴν ἐσθῆτα αὐτῶ περιέρρηξα. [Sententiam de Curione Appianus, nec sic quidem immutauit, sed eam publicè in Senatu edidit cuius facti indignitate Paulus commotus vestem suam profcidit.] Augustus dictaturam magna vi offerente populo, genu ni xus, deiecta ab humeris toga, nudo pectore deprecatus est, vt Suetonius tradit: in Augusto cap. 52. Toga verò deiecta ab humeris: quæ scilicet antè scissa & lacerata fuerat: id quod ex illo Dionis loco lib. 54. & Zonaræ tom. 2. intelligimus, in quo, πλὴν δὲ διέτατωλειαν ἐ πορθέηκατο, ἀλλὰ καὶ πλὴν ἐσθῆτα πορκατέρρηξατο: ἐπειδὴ ἀν μηδένα τρέπον ἄλλως σφῶς ἐπιχρῆν μήτε θλαζομένης, μήτε δέδμητος ἠδωκίθη. Sic audito Domini nostri Iesu Christi sermone Caiaphas princeps Sacerdotum scidisse vestimenta sua dicitur (cum blasphemasse illum exclamaret) idque ipsi Euangelistæ his verbis narrant, Matthæus, cap. 26. τότε ὁ ἀρχιερεὺς διέρρηξε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, λέγων ὅτι ἐβλασφήμησε. [Tunc Pontifex maximus diripuit vestimenta sua, dicens blasphemauit.] & Marcus cap. 14. ὁ δὲ ἀρχιερεὺς διαρρηξας τὸς χιτῶνας αὐτοῦ, λέγει, τί ἔτι χρείαν ἔχομεν μαρτύρων; ἠκούσατε τὰς βλασφημίας. [Id est Pontifex maximus vero dirupit vestimentis suis dixit, quid adhuc nobis opus est testibus? Audiuistis blasphemiam.]

Sed

Sed in luctu potissimum scindere vestimenta veteres solebant, non Iudæi tantum & Israelitæ (quemadmodum de Dauide ipsiusq; comitibus, Saulis cædem atque Abneri lugentibus historia Sacrosancta lib. 1. Samuel. cap. 1. & lib. 2. Samuel. cap. 3. recitat) verum etiam ethnici atque gentiles: quam obrem Virgilius decori obseruator egregius, ita cecinit, lib. 12. Æneid.

*Demittunt mentes, it scissa veste Latinus,  
Coningis attonitus fatiis, vrbisque ruina:  
Canitiem immundo perfusam puluere turpans.  
& Chorus apud Senecam in Octau. act. 1.*

--scindit vestes

*Augusta suas, laceratque comas:  
Rizat & mæstis fletibus ora.*

Post allocutionem & conuentiones inter triumuiros & Sext. Pompeiū habitas, vtrarumque partium milites in mutua salutatione (cum propinquos & amicos cecidisse intelligerent) lugentium specie discerpssisse comas, vestemque lacerasse Dio libr. 48. tradit: his ferè verbis, μάθόντες ὅ πλὴν ἀλήθειαν, τὰς τε στήχας ἐσπαράτηον, καὶ τὰς ἐσθῆτας περιέρρηγνυτο ὀνομασί τε αὐτοῦ ἀνεκάλου, ὡς καὶ ἀπακούσῃ τι δωμαρχίας καὶ πένθος ὡς καὶ τότε τελευτώντων. αὐτῶ τέπου κειμένων σφῶν ἐποικίωτο. Idem à Cleopatra, vulneratum statimque moriturum Antonium suscipiente ac lugente, admissum narrat Plutarchus, in Antonio, vbi, δεξια μὲν ὅ αὐτὸν ἔτως κατεκλίνατο, περιέρρηξατο τὸς πέλους ἐπ' αὐτῶ καὶ τὰ σέρνα τυπτομένη, καὶ σπαράτου τῶς χερσὶ καὶ τῶ προσώπῳ τῶ αἵματος ἐναματτομένη, &c. δεσποτῶ ἐκάλει. [Illum sic excepit: atq; recumbens in eum dilacerauit velum: pectus diuerberans, & se ita dilanians, vt os & manus eius cruentarentur, &c. dominum appellabat.] Statius Papius in Epicedio, in Glauciam Melioris, hunc quoque morem notauit, his versibus:

*Tu modo fusus humi, lucem auersaris iniquam:  
Nunc toruus pariter vestes & pectora rumpis,  
Dilectisque premis visus & frigida lambis  
Oscula:*

--tunc flere & scindere vestes,

*Et famulas lassare greges, & vincere planetus:  
Fataque & iniustos rabidis pulsare querelis  
Calicolas, solamen erat.*

Lucianus etiam, vbi lugentium gestus omnes exprimit in li. περὶ πένθους, αἰμωγαὶ ὅ ἐπὶ τοῦ τῶς (ait) καὶ κοκκῶδες γυμνακῶν καὶ περὶ πάντων δάκρυα & σέρνα τυπτομένη, καὶ σπαράττομένη κόμη καὶ φοινιστόμηλα παρεία καὶ που καὶ ἐσθῆς κατάρρηγνυται, καὶ κόμης ἐπὶ τῆ κεφαλῇ παύεται, καὶ οἱ ζῶντες οἰκτεροτεροι ἔ νεκροῦ: οἱ μὲν γὰρ χαμαὶ κυλινοῦνται πολλαί κίς, καὶ τὰς κεφαλὰς ἀράττουσι πρὸς τὸ ἑδάφος. ὁ δὲ εὐχρημων, καὶ καλὸς, καὶ κατ' ὑπερβολὴν ἐσφανωμένος, ὑψηλὸς πρόκειται καὶ μέλειος, ὡσπερ ἐς πομπὴν κεικοσμημένος. [De luctu. Ad hac fletus & ciuilatus mulierum. Et in omnibus lacrymæ, & pectoris planetus, capilli velluntur, genæ cruentantur. Alicubi vestis quo-

que dilaceratur, pulvis capiti inspergitur: adeoque ipsi viri miserabiliores defuncto, qui saepe humi volutantur, capita solo allidunt. At mortuus elegans & pulcher atque mirifice coronatus, sublimis & excelsus velut ad pompam adornatus, effertur.] Fadillam denique ob tumultum Romae concitatum de Clearcho apud Commodum fratrem conquestam, ita lugentis habitum praetulisse refert Herodianus, lib. 1. in vita Comm. ut comam solueret, humi aduolueretur, & vestem scinderet: *λυγαμένη τὰς τρίχας* (inquit) *ῥιψασά τε εἰς τὴν γῆν ἑαυτῷ, ἔδ' ἐν ἄλλ' ἢ πένθους ἄγῃμα δεῖξαι, σὺ μὲν, ἔφην, βασιλεῦ &c.* [ *crinibus solutis proiecta humi, ac plane in lugubrem habitum deformati, tu quidem inquit ὁ Rex.* ] *Ἰσαύτα τινὰ εἰποῦσα, ῥιψασμένη τε τὴν ἐσθῆτα, καὶ τῶν παρόντων τινὲς διαρρήγνυτες,* [ *Ipsa talia quaedam loquuta, veste etiam lacerata nonnulli etiam eorum qui aderant sumpta fiducia.* ] & reliqua. Sanè quod de pulvere iniecto capiti Lucianus, deque canitie pulvere perfusa & perspersa Virgilius, itémque quod Papinius & Herodianus, & ipse Lucianus de humi prostratione attigère: vtrumque ex vetusto lugentium more interpretor: qui, vt apud Hebræos (quemadmodum de Hufai Arachita Dauidem à filio Absalone fugatum & flentem secuto ad verticem vsque montis Oliuarum, terramque super caput & scissam tunicam habente, in Sacrosancta Samuelis historia, lib. 2. cap. 15. vt cætera Bibliorum vetusti foederis testimonia omitterentur, legimus Ionæ cap. 3.) sic & apud Græcos & Romanos quoque pulvere vel cinere iniecto erinè & faciem conspurcare, totòsque foedare se humi prostrati consueuerant: quò illud Talthybij de Hecuba loquentis apud Euripidem pertinet.

*Αὐτὴ δ' ἐδούλην χεῖρας ἀπαισθῆναι χ' ἄνοιαν  
Κεῖται, κούνην φέροντα δὲ τῶν κάρων.*

[ *Ipsa verò serua, anus orba liberis in terra  
Iacet, pulvere foedans calamitosum caput.* ]

& illud Apuleij: lib. 10. de asin. aur. Vix dum pompæ funebris (inquit) ex sepultura filij fuerant explicatae, & statim ab ipso eius rogo senex infelix ora sua recentibus adhuc rigans lachrymis, trahensque cinere sordentem canitiem, foro se festinus immittit. Cùm igitur lugentium mos sit (vt ait ad Virgilium Seruius lib. 11. Æneid.) prioris habitus immutatio: cùm inquam id sit luctus proprium & peculiare, quod alioqui non frequentatur: & (vt est apud Plutarchum in Romæicis) *πένθους μὲν οἰκῆτον, τὸ μὴ σύννεθες*: idèd in luctu Lycij muliebrem vestem induebant (vt superiore libro cap. 15. adnotare nemini) apud Romanos filia quidem capite nudo, passilque ac solutis comis: filij verò capite operto ipsi suos parentes efferebant: cùm alioqui velato mulieres, aperto viri capite in publicum prædire consueissent: vt idem Plutarchus eoloci demonstrat: idèd etiam veteres barbam & capillum summitterebant (idque Plutarchus in Catone & Suetonius in Octauio. ca. 23.) vel etiam (vt antè dixi) pulvere iniecto foedabant, ad deformitatem vsque: qui alioquin compti & nitidi forent: vestemque lacerabant: aut certè sic mutabant, vt minus splendidam id temporis per speciem

mæstis-

mæstis gerent, quàm pro ratione dignitatis aut consuetudine.

Apud Romanos itaque magistratus prætexta posita senatoriam vestem antiquitus assumebant, sedebantque non (vt antè) curuli sed vulgari sedi: lato clauo posito, equestrem induebant: Equites augusto clauo & anulis aureis abiectis, trabeat sine, an tunicati, ac forsitan etiam atrati prodibant in publicum. De senatoria quidem & equestri veste hoc ipsum ex Dione attigimus libro primo, cap. 2. id quod, & cætera etiam quorum modò commemorimus, aliorum auctorum testimoniis firmare atque illustrare placet. De lato clauo siquidem & anulis in hæc verba Lilius, lib. 9. Extemplo sine vlla publica auctoritate concessum in omnem formam luctus est: lati clauo aurei anuli positi: & alibi, lib. 43. Equites in conspectu populi aureis annulis positos vestem mutarunt. Lucanus. lib. 2. Pharsal.

*- Latuit plebeio testus amictu*

*Omnis honos: nullus comitata est purpura fasces.*

Sanè duplici ex causa vestis mutabatur à veteribus Romanis: vt aut pretiosior, pellucidior, leuiorèque, ac forsitan breuiorem forensi toga vestem (quæ synthesis nuncupabatur) ad festorum dierum quotidianarumque cenarum tempus cum aliqua hilaritate transigendum induerent (vnde vestis domestica, vt interim de balneari taceam, apud Lampridium \* ac Suetonium: in Vitel. cap. 8. & conuiuialis à fo-

a in Alexã  
dro Seuerò  
vbi de pro  
motione iu  
dicum, qui  
inter cæte  
ra, mulos  
binos, e-  
quos binos,  
vestes fo:  
ses binas,  
domesti-  
cas singu-  
las, balnea-  
reis singu-  
las, aureos  
centenos  
cocos sin-  
gulos acci-  
piebant à  
principe.

*- Hæc data pæna diu vimentibus (ait) vt renouata*

*Semper clade domus multis in luctibus, inquit*

*Perpetuo mærore & nigra veste senescant.*

Saturnalibus domini togas exuebant, serui se, libertate (vt ait Horatius in initio Satyr. 7. lib. 1. sermo.) Decembri vtentes, dominorum vestibus amiciebant: quemadmodum auctor est Dio: lib. 58. vbi, *συμβολίζοντες ἐξείφνης τῷ δὴ τὸ θρησκευτικὸν ἰσθμὸν ἑταίρια. ἐπειδὴ περὶ τῆς Κρονίου εἰ δούλοισι τὸ τῶν δεσποτῶν ἄγῃμα μεταλαμβάνοντες ἐορτάζουσιν.* [ *Conclamantes derepente hoc vulgatum, Io. Bacchanalia: Nam Saturnalibus serui dominorum veste assumpta, festum agebant.* ] Itaque Saturnalibus Albatos siue candidatos fuisse seruos existimem, qui alioquin atrati pleurumque forent: nisi qui principis, aut Cæsaris forsitan ministerio deseruirent: hoc enim omnino spectat (nec tamen ab interpretibus percipitur) quod Domitianus apud Suetonium, in Domitia. ca. 12. Generum fratris indignè ferens albatos & ipsum ministros habere, proclamauit, *καὶ ἀγαθὸν πολυνομιστὴν.* & quòd Alexandrum Seuerum Lampridius in Alexandro, seruos suos semper cum seruili veste habuisse refert, libertos (sic enim, quàm liberos, potius legerim, certè quid è liberorum nomine libertos designari *ἑμφοτικῶς*, qui ex seruis manumissione libertatè



al. vnica. C de patrici. I. plagarij. C. Theod. ad le. Fab. de plagiar.

acceperunt, vt apud Imperatores, a intellexerim) cum ingenuorum: quod item Aurelium Flauium Vopiscum, seruis suis vestes eadem imperatorem quas & priuatum dedisse, praeter duos senes (quibus quasi libertis plurimum detulit) Antistium & Gillonem: qui post eum, ex senatus sententia manumissi sunt: hoc nimirum Vopiscus, hoc Lampridius annunt, Alexandri ac Aureliani seruos albatos non fuisse, vt caeterorum principum: sed vt priuatorum omnium atratos: vnde Ammianus Marcellinus, li. 14. Huic atratum (inquit) coquinae adiungitur ministerium, deinde totum promiscue seruitium. Et apud Plautum in Casina act. 2. sce. vlt. indignabundus Chalinus de Olympione villico, At candidatus cedit hic mastigia. Quamobrem seruilem vestem apud Lampridium in supra dicto loco: & apud Tacitum in Annalibus, li. 13. & 19. seruilem vestem, seruilem habitum, atrum cum cucullione pallium, atram lacernam: itemque ancillarem vestem apud Vlpianum, b atram & sordidam interpretor: & seruum pro libero se gerentem, apud eundem Iurifconsultum, c id est candidatum, & ingenuorum hominum veste amictum, togatum denique non cucullatum non lacernatum. Nam & si togati ciues, nonnunquam lacernis quoque pinguibus & crassis arcendi frigoris aut alia de causa (prout incidebat, veluti ad muniendas atque conseruandas togas) vterentur, vnde illud Iuuenalis, Satyra. 9. siue lib. 3.

-Pinguis aliquando lacernas,  
Munimenta toga, duri crassique caloris,  
Et male percussas textoris pectine Galli  
Accipimus, &c.

attamen manumissi, vt se liberos & ciues esse ostenderent, candidam assumebant & nitidam: id est aliam a seruili: quamobrem Tertullianus in li. de resurrex. carn. Oro te si famulum tuum libertate mutaueris, quia eade caro & anima permanebunt, quae flagellis & compedibus, & stigmatibus obnoxiae retro fuerant: idcirco, illa eadem pati oportebit? non opinor. At qui & vestis albae nitore, & aurei anuli honore, & patroni nomine actibus mensaque honoratur. Sane sagis cucullatis vestitam veteres familiam habuisse (quibus ea munita diligenter a frigidibus & imbribus foret) apud Columellam lib. 1. cap. 8. & lib. 2. cap. 1. legimus: itaque seruorum olim hominum cucullus fuit: sed & atram lacernam sine toga seruorum proprium indumentum fuisse subindicat Horatius (meo quidem iudicio, non caeterorum interpretum: qui, quod eundem viderim ea de re nihil omnino mutiunt) quo loco Satyra 7. lib. 2.

Tu, cum proiectis insignibus annulo equestri,  
Romanoque habitu, prodis ex iudice, Dama.  
Turpis, odoratum caput obscurante lacerna:  
Non es quod simulas?

Pullum etiam cucullum a facetissimo Martiale epigr. 74. li. 10. pro seruili habitu positum, isto carmine, arbitror: quod (quoniam ab aliis adeo leuiter & suspensio quasi brachio tangitur, vt a mendo non liberetur) & in medium adferam: & castigatum (quod poterit) ac illustratum

b I. tit. apud Labeones. Si quis virginem. D. de iniur. c l. 5. Interdum iniur. ead. l.

tum reddam. Id sic habet,

Hoc fortuna tibi videtur equum,  
Cui non Syriae de Parthiae, ve,  
Nec de Cappadocia eques catastus:  
Sed de plebe Remi Numaeq. Verna,  
Iucundus, probus, innocens, amicus,  
Lingua doctus utraque (cuius vnum est  
Sed magnum vitium, quod est poeta)  
Pullo Mauius alget in cucullo:  
Cocco mulio fulget incitatus.

vbi de fortunae iniquitate poeta conqueritur: quod Mauius ille, qui ciuis Romanus vir bonus, & poeta literatus erat, ob paupertatem tamen, seruili veste (in qua pullus cucullus fuit) mulionico inquam (sic enim Lampridius in Antonino Heliogabalo nominat) cucullione vteretur: cum mulio, qui Caligulae Imperatoris circensem equum incitatum nomine (cuius alibi a quoque Martialis meminit) curare ac pascere solebat, coccineis, atque aded nitidis, & pretiosis vestibus amictus, vndiquaque colluceret: nec enim dubito, quin pro incitatus & maucula litera (vt proprium equi nomen designetur, quale fuit & Volueris equi Prasini sub Antoninis Marco & Vero, cuius Capitolinus in Vero, commemorat) & generandi casu poeta illo in loco incitati scripserit: quod indocti librarij superiore saeculo ita deprauarunt, vt felicior isto natos interpretes, & mendi & castigationis ratio fuerit: ipsiusque Martialis sententia non minus latuerit, quam Horatij, eo in sermorum loco: qui a me paulo ante indicatus fuit. Etenim in isto quem admodum insignium nomine, praetextam, latumque vel angustum clauum: anuli equestris, anulos aureos, quibus equites a plebe distinguebantur, Romani habitus vocabulo, togam (qua ciues a peregrinis, atque aded a seruis interosebantur) ita iudicis, senatorem vel equitem (cum ex Iulij Caesaris constitutione, qui iudicia ad duo genera iudicum, teste Suetonio in Iulio, cap. 41. b redegerat, iudicia tum penes vtrumque ordinem essent) Damae appellatione (quae seruilis est c) seruum: lacernae, seruilem habitum designari credo: vt recte subiiciat poeta, Non es quod simulas? Ac de lacernis quidem quod modò dixi, Martialis ipse Epigram. 26. lib. 12. auctoritate stabilitur, quo loco,

Nec venit ablati clamator Verna lacernis:  
Accedit gelidam seruus ad auriculam.

Nam quod apud Tacitum lib. 13. Annal. vestem seruilem, atrum cum cucullione pallii exposui, quo loco de Nerone, Q. Volusio P. Cepione Coss. otium foris, foeda domi lasciuia: qua Nero itinera urbis & lupanaria & diuerticula veste seruili in dissimulationem sui copositus, pererebat, &c. Id, eod feci, quoniam eundem Neronem his a Iuuenale Satyra 8. sine li. 3. d verbis notatum animaduerteam, sub Damasippi nomine:

-quo si nocturnus adulter  
Tempora Santonico Velas adoperta cucullo?

a Epig. 1. li. 11. vide & Dioné lib. 58. & Suetonium Caligula. ca. 55.

b Vide Dionem li. 43. c l. vxorem 39. §. Codicillis. D. de lega. 3. l. in vulgari 163. §. j. D. de verbor. sig. l. Luitius Titius. 90. §. pe. & vl. D. de legat. 4.

d vide & Capitolinum in Vero Iapri. Heliogabalo.

qua de re agens Suetonius, in Nerone cap. 26. pilei & galeri meminit.

Nec tamen cætera sic velim accipi, tamquam villo legis, senatusconsulti, constitutionis principalis præcepto, seruilis habitus à liberali distinctus omnino fuerit: sed potius quod ita moribus comparatum esset, ut plerique seruorum vilioribus & atris, ingenui ferè albis & delicatis vterentur: non tamen vtrique semper aut necessariò: togis quidem lacernas superindere ciues Augustus vetuit: & ita explicio quod apud eundem Martialem de Octauio Augusto (nisi me fallit animus) loquentem Epigr. 124. lib. 14. legitur,

*Romanos rerum dominos gentemque togatam*

*Ille facit, magno qui dedit astra patri.*

atque hæc pertinet quod de ipso Augusto Suetonius cap. 49. in Octauio in hæc verba, Etiam habitum vestitumque pristinum reducere studuit. Ac visa quondam pro concione pullatorum turba, indignabundus & clamitans, En ait,

*Romanos rerum dominos gentemque togatam:*

Negotium edilibus dedit, ne quem posthac paterentur in foro circove, nisi positis lacernis togatum consistere. veruntamen ut alio serui amictu, alio ingenui vterentur, in vrbe sancitum ac receptum à veteribus Romanis fuisse, non reperio: itaque Horatius Satyræ. 1. lib. sermon. diuitem ad eò sordidum fuisse prædicat, ut vestitu seruili vteretur:

*ni facias quod. (inquit.)*

*Vuidius quidam (non longa est fabula) dines,*

*Ut metiretur nummos, ita sordidus, ut se*

*Non vnquam seruo melius vestiret: adusque*

*Supremum tempus, ne se penuria victus*

*Opprimeret, metuebat:—*

& Seneca lib. 1. de clementia cap. 24. Indicta est (ait) aliquando à senatu sententia, ut seruos à liberis cultus distingueret: Deinde apparuit quantum periculum immineret, si serui nostri numerare nos cœpissent: idè scito metuendum esse, si nulli ignoscitur. Et Lampridius Alexandrum Seuerum in animo habuisse retulit, omnibus officiis genus vestium proprium dare, & omnibus dignitatibus ut à vestitu dignoscerentur: & omnibus seruis, ut in populo possent agnosci: ne quis leditiosus esset, simul ne serui ingenuis miscerentur: sed hoc Vlpiano, Pauloque displicuisse, dicentibus plurimum rixarum fore, si faciles essent homines ad iniurias. Sanè Gratianus, Valentinus & Theodosius Imp. Senatores intra urbem non chlamyde, sed colobis, penulis, ac togis: officiales penulis ac discoloribus palliis vri voluere: seruis byrriorum aut cucullorum vsum permisere: vbi notandum illud est, Intra urbem, & de Roma intelligendum: in municipiis quidem etiam intra Italiam, & apud veteres quoque Romanos, vilibus seruorum vestibus liberi, ciues senatores utebantur: solis duumviris ædilibusve, hoc est magistratibus municipalibus exceptis, qui togas & tunicas albas induebant: nam Iuuenalis Satyræ 3. lib. 1.

a. J. n. C. Th.  
de habitu  
quo vri  
port. int.  
vrb.

*Eid.*

*Filibus cenare pudet: quod turpe negavit*

*Translatum subito ad Marcos mensamque sabellam:*

*Contentusque illic veneto duròque cucullo.*

*Pars magna Italia est (si verum admittimus) in qua,*

*Nemo togam sumit, nisi mortuus: ipsa dierum*

*Festorum herbofo colitur si quando theatro*

*Maiestas: tandemque redit ad pulpita notum*

*Exodium: cum persona pallentis hiatum*

*In gremio matris formidat rusticus infans*

*Aqualeis habitus illic similemque videbis*

*Orchestra & populum: clari velamen honoris,*

*Sufficiunt tunica summis adilibus alba:*

*Hic ultra vires habitus nitior.*

Romæ autem honestiores quique ciues albat, nisi forsitan in luctu, aut magistratu: humiliores autem (& in his serui potissimum) atrati conspiciantur: itaque illud, Pullatorum turbam, apud Suetonium in supra d. loco exponendum cenfeo, ut ad plebeios, abiectos, & infimæ conditionis homines referatur: quemadmodum apud Plinium Epist. li. 7. ad Celeram: vbi, Nonne cum surgis ad agendum, tum maxime tibi ipse diffidis: tum commutata non dico plurima, sed omnia cupis: utique si latior scena & corona diffusior: Nam illos quoque sordidos pullatosque reueremur: quo genere pullatum circulum dixit Quintilianus lib. 2. & 6. Institur. & pullatæ turbæ imperitos adiunxit alicubi. Præterea à Romæ honestiores quique ciues (præsertim senatores, aut equites) togis ut plurimum, plebei & infimæ conditionis homines tunicis, ut altioris quoque dignitatis municipes extra urbem amicti erant. Itaque tunicatum vulgum cum imperito populo copulauit alicubi tacitus in Dialogo de oratoribus his ferè verbis: Quorum nomina prius parentes liberis suis ingerunt: quos sæpius vulgus imperitum & tunicatus hic populus transeunteis nomine vocat, & digito demonstrat: Et tunicatum populum dixit Horat. ad Mœcenatem scribens, epist. Quinque dies lib. 1. epist. in illo loco,

*Vultei mane Philippus*

*Vilia vendentem tunicato scrutapopello*

*Occupat, & saluere iubet prior—*

In funeribus tantum equites Romæ tunicati conspiciantur atque discerni: quod equidem ex eo Suetonij loco, qui statim proponetur, colligi posse arbitror.

Cæterum ad illam (de qua sermo institutus est) vestis mutationem, quæ aut Saturnaliorum aut luctus causa fieret, aspexit Seneca Epist. 18. lib. 2. vbi de Saturnalibus ad Lucilium, Si te hæc haberem, libenter tecum conferrem, quid existimares esse faciendum, vtrum nihil ex quotidiana consuetudine mouendum, an (ne dissidere videremur cum publicis moribus) & hilarius cenandum, & exuedum togam. Nam quod fieri, nisi in tumultu & tristi tempore ciuitatis, non solebat, voluptatis causa ac festorum dierum vestem mutauimus: si te bene noui, arbitri partibus

functus, nec per omnia nos similes esse pileatæ turbæ voluiffes, nec per omnia diffimiles: nisi fortè his maximè diebus animo imperandum est vt tunc voluptatibus solus abftineat, cùm in illas omnis turba prouebuit. Hactenus Seneca. Ex quo, cùm adferri lux aliqua potest his Martialis versibus Epigram. 24. lib. 6.

Nil lasciuus est Carisiano:

Saturnalibus ambulat togatus:

itemque istis Epigr. 7. lib. 11. (quæ ad Saturnalia referre conuenit)

Vnctis falciferi senis diebus,

Regnator quibus imperat friuillus,

Versu ludere non laborioso

Permittis puto pileata Roma: atque his denique lib. 14. in prin.

Synthesibus dum gaudet eques dominisque senatus,

Dumque decent nostrum pilea sumpta Ionem:

Nec timet adilem motò spectare friuillo,

Cum videat gelidos iam prope Verna lacus, &c.

Sed quid agam potius madidis Saturne diebus,

Quos tibi pro cælo filius ipse dedit?

Tum verò satis ex illo ipso Senecæ loco perspicitur istud nimirum, tristi ob calamitatè aliquam insignem (vt puta propter exercitus cladem, aut seditionem ac tumultum in vrbe, aut ob imperatoris primariæ ve personæ alieuius obitum) ciuitate, præter quàm quòd olim quidè à dictatoribus (vt Liuius lib. 3. 4. & 6. addoet) post etiam ab imperatoribus, interueniente senatusconsulto aut magistratum edicto, indicebatur in foro clausis tabernis iustitium (cuius apud Tacitum duobus locis lib. 2. & 3. Annal. apud Suetonium item duobus cap. 52. in Tiberio & Caligula cap. 24. & Capitolinum in M. Antonino philosopho mentionem fieri scimus) & vadimonia ob eam rem prætor differebat (vt alicubi

Iuuenalis annuit) lugubres etiam sumi publicè vestes consueuisse intelligimus: atque hoc Plutarchus in Cæsare & in Cicer. quoq; asserit, post Lucanum lib. 2. Pharsal. quem Turnebus citat, c. 4. libr. 5. aduers. quo

plebeio tectus amictu (inquit)

Omnes honos, nullos comitata est purpura fasces:

præterea factitatum id non semel & ob priuatorum pericula, vt Manlij, vt Ciceronis, & aliorum, stante Romana repu. idem Plutarchus memorat. Principum quidem vt priuatorum quoque funeribus, cùm gladiatorum munus daretur (qua de re postea dicemus) ad eius muneris spectaculum principe mortuo senatores in equestri veste, cæteros ciues non togatos, sed penulatos olim Romæ conuenisse colligimus ex illo Dionis loco d in quo de Commodò Imper. sic loquitur, παράγειν ἡμῖν ἐν τῇ σοφῇ τῇ ἰππικῇ, καὶ ἐν ταῖς μανθῦναις εἰς τὸ θέατρον εἰσελθεῖν, ὅπερ ἐν ἄλλῳ ποιεῖμεν εἰσόντες εἰς τὸ θέατρον, εἰ μὴ τῶν αὐτοκρατόρων τὸ μεταλλάξαι. [mandauit, vt nos in theatrum ingrederemur equestri tunica & penula induti, quod nunquam aliàs feceramus in theatrum ingredienti, nisi aliquis ex Imperatoribus, vitam cum morte commutasset.

a Satura 3. lib. 1. vbi, Si magna Asturi cecidit domus: horrida mater, Pullati locò, proceres: differt vadimonia prætor. b vide Plutar. in Camillo. c vide Plutar. & Dionem & Ciceronem ipsum in Pisonè & alibi saepe. d vide Xiphilin. in vita Com. modi.

mutasset. ] exquè illo Lampridij, in quo eadem de re agens in eandè a in vita Commodi propè sententiam, Et contra consuetudinem (ait) penulatos iussit spectatores, non togatos ad munus conuenire (quod funeribus solebat) ipse in pullis vestimentis prædens. vbi benè Lampridius, Contra consuetudinem: quoniam ante Alexandrum Seuerum Imp. qui ( licet vsus est ipse chlamyde coccinea saepe) in vrbe tamen semper togatus fuit, & in Italiæ urbibus, primus penulis intra urbem frigoris causa, vt senes vterentur permittit: id vestimenti genus semper itinerarium aut pluuia fuerat (auctore ipso Lampridio in Alexandro Seuero.) & ita quidem pluuia, vt tribuni quidè plebis quemadmodum cæteri ciues: non tamè Imperatores (ne pluuia quidem tempore) penulis vnquam in vrbe vterentur, licet perpetuam ipsi tribunitiam potestatem gererent: quamobrè omne sibi factum ad perpetuam tribunitiam potestatem, atque adè ad imperium Adrianus asseruit: quòd in tribunatu (quem Candido & Quadrato iterum consulibus gesserat) penulas amisisset, vt Spartianus in Adriano refert, vnde hodieque (ait) imperatores sine penulis ac togati videntur: sic enim omnino (nisi me fallit animus) non à togatis videntur, legendum est apud optimum historicum. Præterea in illo etià loco rectè Lampridius, contra consuetudinem, dixisse videtur, propterea quòd alioqui lacernas candidas togis superinduebant Romani veteres in spectaculis: vt Martialis duobus locis, Epigr. 2. lib. 4. & lib. 14. Epigr. 137. apertè indicat, & Suetonius, in Claudio ca. 6. quo loco de honore loquitur què Claudio equester ordo exhibuit: Quin & spectaculis aduenienti assurgere, & lacernas deponere solebant. Augustum quidem is ipse auctor tradit in Octauio cap. 45. negotium adilibus dedisse, ne quem posthac paterentur in foro circoueni nisi positis lacernis togatum consistere. Adrianus quoque ipse (qui cùm in Italia esset, semper togatus processit) senatores quidem & equites Romanos semper in publico togatos esse iussit (vt apud Spartianum in Adriano est) nisi si à cœna reuenterentur. Rectè verò, Nisi si à cœna reuenterentur, Spartianus addidit, quoniam forensibus togis positis veteres Romani cœnaturi (syntheses, hoc est pretiosiores (vt ante dixi) leuiores, breuiorè (que cœnatorias vestes (quæ vel muliebres, vel certè communes essent) plerumque induebant: id quod probatorum auctorum testimoniis etiam superiore libro cap. 15. demonstrasse me recordor: quamobrem palliis quoque vtebantur: vtpote communibus virorum ac mulierum vestimentis: vnde Martialis Epigr. 24. lib. 11.

Ad cœnam venies, sed sic diuisa recumbes:

Vt non tangantur pallia nostra tuis:

vnde Adrianus etiam ipse, qui semper alioqui togatus (vt supra monui) procedebat ad conuiuium, venientes senatores vbi stans excepisset, semper aut pallio tectus aut submissa toga discubuit, idque Spartianus in Adriano narrat. Cùm autem equites ac senatores Imperator ille in vrbe togatos esse iusserit, ex eo colligitur, ipsius temporibus (ante illam constitutionem) non semper togatos equites senatorè (que, sed vel penulatos & cinctos, vel tunicis & lacernis quoque indutos per urbis

vias ingredi solitos fuisse: huc pertinet quod Titum Castitium Hec-  
 rem à D. Adriano ob mores atque literas spectatum Gellius cap. 20.  
 libr. 13. Noct. Attic. refert. (cùm se præsente ille discipulos quosdam  
 suos senatores vidisset die feriato tunicis & lacernis indutos & gallicis  
 calceatos) ita loquutum, Equidem inquit maluissim vos togatos esse:  
 pigritum est cinctos saltem esse & penulatos. Sed si hic vester huiusce-  
 modi vestitus de multo iam vsu ignoscibilis est: soleatos tamen vos  
 pop. Rom. senatores per vrbs vias ingredi nequaquam decorum est:  
 &c.

Quod de positis ornamentis in luctu principum mentionem feci-  
 mus, id hoc etiam exemplo illustrabitur: quod Augusto mortuo, alij e-  
 xequiarum die ponendos anulos aureos, ferreosque sumendos censue-  
 runt, vt est apud Suetonium, in Octauio cap. 100. Reliquias legerunt  
 primores equestris ordinis tunicati ac discincti, pedibusque nudis, ac in  
 Mausoleo condiderunt. In imperatorum denique funere (cuius cere-  
 monias singulas admodum accuratè persequitur Herodianus) senatum  
 pullis lacernis indutum ad ferialis lecti sinistrum latus, ad dextrum ve-  
 rò sceminas primarias albis vestibus mediocriter vestitas, sine vllis mo-  
 nilibus & ornamentis, lugentium specie confedis: atque hoc genere  
 iusta Seuerio imperatori facta esse, idem auctor his verbis significat lib.

4. τῆς ἡμέρας ἐκατέρωθεν καθίστανται ὅτι πλείστον τῆς ἡμέρας, ἐν μὲν τῷ  
 λαίῳ μέρει πᾶσι ἢ συγκλητικῶς μελαίναις ἐφεστῆσι χροῖσιν, ἐν δὲ τῷ δεξιῷ  
 γυναικῶν, πᾶσι ὄσας ἀνδρῶν ἢ πατέρων ἀξιώματι τῆς ἐνδύσεως μεταδι-  
 δωσὶν ἔτε δὲ χρυσοφόροις τῆς αὐτῶν ὄραται ἔτε πλείστοις κοσμουμένῃ,  
 ἀλλὰ λιτὰς ἐσθῆτας λευκὰς ἀμφιεννύμεναι χῆμα παρέχουσι λυπουμένων.

[Circa lectum verò tringue magnam partem diei sedent, à laua quidem,  
 senatus omnis vestibus atris amictus: à dextra verò matrona quos viro-  
 rum aut parentum dignitas honestat harumque nulla vel aurum gestans  
 vel ornata monilibus conspicitur, sed vestibus exilibus induta mærentium  
 speciem præbent.] Porro quod hic ait de albis Romanorum in luctu vi-  
 ctis ac vestibus, eius rationem inuestigat Plutarchus ἐν Ῥωμαϊκοῖς; Ro-  
 manis in quæstionibus, vbi, εἴτε τὰ λευκὰ φοροῦσιν ἐν τοῖς πένθεσιν ἢ  
 γυναικῶν ἡμέτια, καὶ λευκοὺς κεκρυφαλοὺς, πῶτερον ὡς τοὺς μάγους, &c.  
 ἢ τὸ μὲν λιτὸν ἐστὶ τοῖς μάγισσα καὶ τὸ ἀσπλοῦν ὑπέπερ τῆς ἢ βαπτῆν τὰ  
 μὲν καὶ πᾶσι τέλειαν ἐμφάνει, τὰ δὲ πᾶσι γυναικῶν. [Quare mulieres in luctu  
 ferant albas vestes & vittas candidas. Vtrum vt magos &c. An quod  
 exilia & simplicia conueniant maximè in luctu. Nam ea quæ sunt tincta  
 videtur esse & sumptuosa & superflua.] Quamobrè satis mirari nequeo,  
 cùm apud Dionysium Halicarn. li. 8. ἀρχαίολ. lego, Romanas pro cōsuetudine,  
 omni auro, purpura, mundo, & ornamento depositis, atras vestes ad luctum a-  
 gendū integrū annū induisse: γυναικῶν ῥαμεζῶν (ait) ἀ νόμος ἐστὶν αὐτῶν ὅτι  
 τοῖς ἰδίοις τε καὶ ἀναγκασίαις ποιεῖν κήδεσιν, ὅσοι δὲ μὲν χροῖσιν τε, καὶ πορφύ-  
 ραν, & τὸν ἄλλον ἀπαντὰ κόσμον, μέλασιν ἀμφιασμοῖς χροῖσιν, τὸν ἐνιαύ-  
 σιον ἐπὲν θνήσκον. Nec tamè hoc, tanquam à Græculo aliquo veteris  
 hostoriæ Romaniq; moris ignaro temerè prolatum, statim repudian-  
 dū cenfeo: cùm Valerius quoq; Maximus li. 1. id ipsum ei satis assentiri  
 videa-

videa-

videatur: quo loco ait finito luctu post Cannensem cladem, sceminas  
 Romanas ad candida vestimenta rediisse. Itaque matres ac filiae (in-  
 quit) coniugisque & sorores nuper infectorum absteris lachrymis,  
 depositisque doloris insignibus candidam induere vestem, & aris thu-  
 ra dare coactæ sunt. Nam Græcas profectò sceminas in luctu & co-  
 mas totondisse, pullisque peplos (hoc est velis & palliis) indui solitas,  
 vel vnus ostendit Euripides: in Phœniss. & Iphigen. in Aulide. sicut  
 Romanas purpuram & aurum duntaxat posuisse, L. Valerius apud Li-  
 uium initio lib. 34. in illo loco: Munditiæ & ornatus cultus, hæc scē-  
 minarum insignia sunt: his gaudent & gloriantur: hunc mundum mu-  
 lierem appellant maiores nostri: quid aliud in luctu quàm purpuram  
 atque aurum deponunt? quid cùm eluxerunt, sumunt? quid in gra-  
 tulationibus supplicationibusque, nisi excellentiorem ornatum adii-  
 ciunt?

Quod dixi de sede magistratuum lugentium, id è Tacito lib. 4. An-  
 didici: vbi de morte Drusi, Etiam defuncto, nedum sepulto curiam in-  
 gressus est (inquit, agens de Tiberio) consulisque sede vulgari per spe-  
 ciem mœstitiæ sedentes, honoris locique admonuit, & effusum in la-  
 crymas senatum, victo gemitu simul oratione continua exiit. Sede  
 igitur vulgari, quasi dicat non curuli: in qua tamen alioqui sedissent  
 consules, nisi mæstitiæ speciem ostendere voluissent. Nam in senatu  
 consules curuli sella sedebant, & ius inter consules ea sella sedenti Iulio  
 concessum Dio his verbis refert, li. 43. καὶ προσέτι ὅτι τὸ ἀρχαίου δίφρου  
 μὲν τῶν αἰεὶ ὑπατῶν ἐν τῷ σινεδρίῳ καθίσταντο. [Vtque semper consulibus  
 in sella curuli in consilio assideret.] Et quoniam (vt est à nobis antea  
 propositum) luctu tempore aliquid, imò multum immutabatur de re-  
 cepto vestimentorum aliorumque insignium more: idè versos fascēs  
 & arma versa olim à militibus fuisse lugendi causa, veterum libri ma-  
 nifestum faciunt. Nam (vt omittam illud Ouidij, quod ab alijs a anim-  
 aduersum scio,

Quo primum vidi fascēs, in funere vidi:

Et vidi eversos iudiciumque mali)

Tacitus quidem certè, initio libr. 3. vbi de Germanici exequiis, Igitur  
 tribunorum centurionumque humeris cineres portabantur, præcede-  
 bant incompta signa, versis fascēs: atque vbi colonias transgrederentur,  
 atrata plebs, trabebat equites, pro opibus loci vestem, odores, aliâq; fu-  
 nerum solemnia cremabant. Virgilius lib. 11. Æneid. etiam de versis ar-  
 mis mentionem iniicit: vbi de Palantis funere,

-tum mæsta phalanx Teucricque sequuntur,

Tyrrhenique duces & versis Arcades armis.

vbi Seruius, Lugentium more (inquit) mucronem hastæ non cuspidem  
 contra terram tenentes, scuta etiam inuertentes (addo, non) propter nu-  
 mina illic depicta, ne eorum simulachra cadaueris polluerentur aspe-  
 ctu (vt nonnullis frustra placet) nam lugentium mos est prioris habitus  
 immutatio. Itaque ipsi quoque magistratus Romani non modò in lu-  
 ctu plebeiam vestem assumebant (vt antè diximus) verum etiam cùm

aAdrianus  
 Turneb. c.  
 11. li. 22. ad-  
 versar.

reum quempiam capitali supplicio damnaturi essent (tanquam eius vicem quodammodo lugerent) prætextam ponebant, peruerſam veſtem inducebant: idque cum nemo vnusadhuc è recentioribus istis antiquitatum Romanarum indagatoribus obseruauit, duobus (quod sciam) veterum locis ostendi potest, Valerij & Senecæ: quorum illæ, lib. 9. cap. 12. Caius Licinius Macer (inquit) vir prætorius Calui pater, repetundarum reus, dum sententiæ dicerentur, in Mœnium conscendit: siquidem cum Marcum Ciceronem: qui id iudicium egebat, prætextam ponentem vidisset, misit ad eum qui diceret, se non damnatum sed reum periisse, nec sua bona hastæ subici posse. Ac protinus subdario (quod fortè in manibus habebat) ore & faucibus coartatis, ineluso spiritu, pœnam morte præcurrit: qua cognita re, Cicero de eò nihil pronuntiauit. Senecæ autem ex eo, quem superioribus sermonibus indicauit, præclaro loco, hæc verba sunt, ex lib. 1. de ira cap. 16. Itaque & si peruerſa induenda magistratui veſtis, & conuocanda claſſice conicio est: procedam in tribunal, non furens nec infestus, &c. quæ sequuntur. Aliis etiam ex causis veſtem à veteribus Romanis mutari solitam reperio, cum puerili prætexta posita puram virilemque togam dietyrociniij sumerent: aut cum ex vrbe in castra vel prouinciam proficiscerentur.

a vide Budeum ad l. sed et si D. de iure fisci in post. anno. Pandect.

b Iberica vide & Ciceronem Philipp. 14 sub iur.

c in Commentario ad l. 2. de orig. iur. quæst. xxi comm. 1. r. de diu. re. iur.

\* Nam priuati, qui in militiam irent, non iam togis, sed sagis militaribus & chlamydibus: Consules quoque vel prætores non prætextis sed purpureis sagulis, sed paludamentis utebantur. Ac de sagulis purpureis Hirtius li. r. de bello Africano. mentionem facit his ferè verbis, Nam cum Scipio sagulo purpureo ante Regis aduentum uti solitus esset, dicitur iuba cum eo egisse, non oportere illum eodem uti vestitu, atque ipse vteretur: itaque factum est ut Scipio ad album sese vestitum transferret. De sagis autem Appianus <sup>b</sup> ita, *ἡ δὲ πλοῖς* (inquit) *ἱματίοις παχέσις ἀντὶ χλαμύδων, αὐτὰ δὲ πεπορρωμένοι καὶ τοῦτο σαζόν ἠγοῦνται*: [ *utuntur duplici veste crassa, chlamydis loco: ipsa circumnectentes fibulâ: hoc sagium autumant.* ] De paludamentis in Traiani panegyrico, Plinius his ferè verbis, Gestum consulatum mirer an non receptum? Gestus non in hoc vrbis otio, & intimo sinu pacis, sed iuxta barbaras gentes, ut illi solebant, quibus erat moris paludamento mutare prætextam, ignotâque terras victoria sequi. At præter quàm in militia & castris, præconſules & pro prætores, ut qui erant magistratus in vrbe, togam purpura prætextam in prouincijs gerebant: quàm à Græcis, *τήβεννον* aut *τήβενναν* *περιπόρφυρον* vocari, ante annos plus minùs octo, in quodam de magistratibus Romanis syntagmate docui: & non modò Dionysij Halicarnassæi lib. 3. *ἀρχαιολογίας*, ac Diodori Siculi, lib. 5. biblioth. veterum & idoneorum auctorum, sed vel recentioris Eünapij testimonio comprobari potest: quod iccirco apponam, quia non desunt: qui apud Themistium (ubi pro *τήμερον*, restituendum esse *τήβεννον* admonueram) ipsi *τήμδρον* malint legere. Sic autem Eünapius, in vita Iuliani philosophi, *ἐνταῦθα ἀνάτε ἐπὶ ἠδυσεν ὁ ἀνδρὶ παλαιῶ ἐκ τοῦ θρόνου, καὶ πάλιν περιπόρφυρον ἀνασεύαν ἐσθῆτα (τήβεννον αὐτὸν ῥωμαῖοι καλοῦσιν) ὡσπερ μεράκιον ὁ βαρὺς ἐκείνος καὶ ἀμείλιχος*

*λίθος ἰσώτερος ἐν πορφυρίσῳ.* [ *tunc proconsul à folio profiliens, purpuramque vestem excutiens quam Rom. tebennam vocant, tanquam adolescens* ] &c. Lictores quoque proconsilium, togulis, plerumque, sed in militia tamen aut triumpho magistratum sagulis utebantur: unde, Ciceronis in Pisonem, illud quod adscribam intelligitur, Togulæ licitoribus ad portam præfò fuerunt: quibus illi acceptis, sagula reiecerunt: Et ex superioribus illud etiam: quamobrem profectos fuisse paludatos ambos imperatores Parthis & Marcomannis cuncta turbantibus: Marcum verò per Brundisium venientem in Italiam, togam & ipsum sumpſisse, & milites togatos esse iussisse: nec vnquam sagatos fuisse sub eo milites (in Italia forsitan) Capitolinus in M. Antonio philosopho, dixerit: cur lib. 25. Marcellinus de Iuliano Imp. In pace eius mensarum tenuitatem fuisse rectè noscentibus admirandam, velut ad pallium mox reuersuri: nec enim dubito quin cum idem auctor de eodem Imperatore agens, eod. lib. per varios procinctus stantem interdum more militiæ cibum breuem vilemque sumere solitum scribat, ex eo quòd in pace quoque militari menta ciboque castrensi (qui frugalior fuit) vteretur, Iulianum dicat ita vixisse parè, seq; accepisse illiberabiliter, quasi se militari vitæ generi, ad quod esset mox rediturus, vellet assuefacere: atque aded quin optimus historicus pallium eo loci pro paludamento, militiam designans, posuerit. Ad funera redeo, sed inuitus: vter enim ut omen id verbum habeat: veruntamen institutum de pœnis sermonem absoluerè conuenit: ad quem etiam quodammodo spectat, quod de muneribus modò proponetur. Munerum autem appellatio non ad gladiatores tantum, sed & ad ferarum confectores apud Plinium cap. 3. lib. 34. (cuius verba inferius proponentur) haud dubiè pertinet: Imò & apud alios pleròque: Suetonius in Iul. cap. 75. & Calig. cap. 27. bestiarum ad munus populi comparatarum alicubi commemorat. Seneca, lib. 1. de benefic. cap. 12. Nemo tam stultus est (ait) ut monendus sit, ne cui gladiatores aut venationem, iam munere edito mittat. Et Constantinus Imperat. Seruus (inquit) vel libertate donatus bestiis primo quoque munere obiciatur. Laetantius postmodò lib. 6. diuin. Institut. cap. 20. ad finem. Et primitus quidem venationes quæ vocantur munera, Saturno attributæ sunt, &c. Propriè tamen gladiatorum munus intelligitur: idè què id à venatione & Cicero, lib. 2. de Offic. & Suetonius, in Iulio. cap. 39. Calig. cap. 27. & nostri separant.

a C. Theod. ad l. Fa. de plagiar.

b l. Ciuitatibus 125. D. de leg. 1. c ad illum versum ex l. 10. Enc. Viuentes rapit infestias quas immolet vmbriis.

Morem fuisse antiquissimum Seruius interpres atque grammaticus optimus ad Virgilium tradit, in sepulchris virorum fortium captiuos necari: quòd postquam crudele visum est, placuisse gladiatores ante sepulchra dimicare: qui à bustis, bustuarij dicti sunt. Ac bustuarij quidè gladiatoris Cicero etiam meminit in Pisonem. Enimverò quod ait Seruius, hoc ipsum de veteri more Tertullianus ita retulit, in lib. de spectaculis cap. de munere. Nam olim quoniam animas defunctorum humano sanguine propitiari creditum erat: captiuas vel malo ingenio seruos mercati in exequiis immolabant: postea placuit impietatem volu-



ptate adumbrare. Itaque quos parauerant, armis quibus tunc & qualiter poterant eruditos, tantum ut occidi discerent, mox edicto die inferiarum apud tumulos erogabant: ita mortem homicidij consolabantur. Hæc muneris origo: sed paulatim prouecti ad tantam gratiam, ad quantam & credulitatem: quia ferarum voluptate (sic enim, non Voluptati, lego) satis non fiebat, nisi & feris humana corpora dissiparentur. Quo in loco ut honori defunctorum exhibitos gladiatores probat auctor optimus: ita venationes quoque dari solitas significat: quorum vtrumque ex illa Plinij Secundi ad Maximum epistola, Epistola vlt. lit. 6. colligere possumus: in qua, Rectè fecisti (ait) quod gladiatorum munus Veronenſibus nostris promisti: à quibus olim amaris, suspiceris, ornaris. Indè etiam vxorem charissimam tibi & probatissimam habuisti: cuius memoriæ aut opus aliquod aut spectaculum atque hoc potissimum, quod maximè funeri debebatur. Adicit statim, Vellem Africanæ, quas coëmeras plurimas, ad præfinitum diem accessissent, &c. Denique memoriæ suæ conseruandæ gratia veteres & sub nomine suo post mortem celebrari spectacula in municipiis atque certamina iubeant: ut ex Scæuolæ<sup>a</sup> atque Modestini<sup>b</sup> responsis intelligimus, & ex eo Tertulliani loco, de spectac. cap. de Titulis. Inter quos etiam (de ludis agit) priuatorum memoriis legatarie editiones parentant: id quoque secundum institutionis antiquitatem: nam & à primordio bifariam ludi censebantur, sacri & funebres, id est diis nationum & mortuis. Ac mortuis quidem ipsis tanquam diis ex Varronis opinione: quam beatus Augustinus cap. 26. lib. 8. de Ciuit. Dei. in hæc verba retulit: Omitto quod Varro dicit omnes ab his (paganos intelligit) mortuos existimari manes deos, & probat per ea sacra, quæ omnibus ferè exhibentur mortuis, vbi & ludos commemorat funebres, tanquam hoc sit maximum diuinitatis indicium: quo non soleant ludi, nisi numinibus celebrari. A liberis autem ac heredibus memoriæ defunctorum & honori solita cum epulis dari gladiatorum munera, li. 1. cap. 6. indicauimus, allatis aliquot locis: quibus addatur quod gladiatorum munus primum Romæ datum fuisse in foro Boario, Appio Claudio Q. Fulvio Coss. ex Liuiio, lib. 11. & Valerio Maximo lib. 2. cap. 1. de Inst. antiq. vbi de Claudio pulchro didicimus: Dederunt autem (ut idem inquit) M. & Decius filij Bruti funebri memoria patris cineres honorando. vnde Aufonius, in Gryphis.

*Tres primas Thracum pugnas tribus ordine sellis*

*Iuniæ patri inferias misere sepulchro.*

(vbi sepulto malim legere) tum autem addatur ex Plinio, lib. 36. nat. hist. cap. 15. C. Curionem (qui bello ciuili in Cæsarianis partibus obiit) funebri patris munere theatra duo iuxta fecisse amplissima: in quibus vtriusque antemeridiano ludorum spectaculo edito, inter sese auersis (ne inuicem obstreperent scenæ) & repente circumactis, ut contra starent, postremo iam die descendentes tabulis & cornibus inter se coëuntibus, faciebat amphitheatrum: & gladiatorum spectacula edebat, ipsum magis auctoratum pop. Romanum circumferens. Accedit quod munus

gladiatorum scribit Suetonius in Tiberio cap. 7. Tiberium in memoriam patris, & alterum in aui Drusi dedisse diuersis temporibus: primum in foro, secundum in Amphitheatro, rudiariis quoque quibusdam reuocatis auctoramento centum millium: quod Spartianus Adrianum socii suæ (hoc est, ut equidem sentio, socius suæ manibus) honores præcipuos impendisse scribit ludis gladiatorii, cæteri quoque officiis (quæ scilicet mortuorum corporibus aut memoriæ, atque ad eò ipsi humanitati præstari consueuerant) quod item Capitolinus in M. Antonino philosopho. Marcum & Verum Impp. funebre munus Antonino Pio patri dedisse: præterea quod Dio, sub initium lib. 39. vbi de Clodio, *ὅτι μονομάχους (οὗς ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ πρὸς ἀγῶνας ἐπέταξε ἐπὶ τῷ Μάρκῳ τῷ συγγενεῖ προπαρσιυάστῳ) λαβὼν, ἐπέπιδυσεν ἐς τὸν σὺλλογον.* [Acceptis gladiatoribus, quos frater suus parauerat ad ludos funebres, quos Marco propinquo suo instituerat in concionem inſluit.] Quod denique alicubi Liuius, lib. 31. ad fi. Et ludi funebres (inquit) eo anno per quadriduum in foro, mortis M. Valerij Leuini causa, à P. & M. filiis eius facti: & munus gladiatorium datum ab ijs: paria quinque & viginti pugnarunt, Et alibi lib. 28. Scipio Carthaginem (ait) ad vota soluenda diis, munus quoque gladiatorium (quod mortis causa patris, patrisque parauerat) edendum rediit: Gladiatorium spectaculum fuit, non ex eo genere hominum, ex quo lanistis comparare mos est: seruorum delectu ac libertorum, qui venalem sanguinem habent: voluntaria omnis & gratuita opera pugnantium fuit. quo ex loco lanistas fuisse quospiam Romæ cognoscimus, qui nonnunquam ipsi rude pileoque impetratis è gladiatorio ludo emissi, præterquam quod tyrones in ludo erudiebant (ut ex quodam in Iulio cap. 26. Suetonij loco licet colligere) gladiatorum, siue seruorum siue libertinorum familias (sic enim post Ciceronem, pro Sylla. Seneca li. 6. de benef. cap. 12. & Suetonius in Iulio cap. 10. Octauio cap. 42. nominant) ludis & muneribus exhibendis destinatas alerent, penesque se haberent: summæque cura (ut est apud Senecam) exercerent atque ornarent: quamobrem ipsi quoque patrum familiis nomine censebantur: atque ita equidem hoc nomen apud Suetonium duobus locis expono, præter opinionem interpretum: vbi, Glatorio (ait Calig. cap. 26.) munere reductis interdum flagrantissimo sole velis, emitti quemquam vetabat, remotoque ordinario apparatu, rabidis feris vilissimos senio confectos gladiatores quoque pegmares, patres familiarum notos, sed insignes debilitate aliqua corporis subiiciebat. & alibi, Domitiano cap. 10. Patrem familias quod Thracem Mirmilloni parem, munerario imparem dixerat, detractum è spectaculis in arenam canibus obiecit: cum hoc titulo, impie locutus parmularius. Ac de gladiatorii quidem muneribus memoriæ defunctorum propinquorum parentum aut amicorum datis, quæ post in talibus depicta proponerentur, alicubi lib. 35. cap. 7. Plinius, in hæc verba scribit: Pingi autem gladiatoria munera atque in publico exponi coëpta à C. Terentio Lucano. Is aucto suo (id est aui sui defuncti manibus memoriæque ut equidem interpretor) à quo adoptatus fue-

a. l. liberto.  
b. Lucius Titulus D.  
de an. leg.  
b. l. legatū  
16. D. de v. su & v. su. leg.

rat triginta paria in foro per triduum dedit, tabulamque pictam in nomine Dianæ posuit. Porro ad istas gladiatoriorum munerum picturas, illud quo seruus se quidam domino comparat, Horatij ex Satyra 7. lib. 2. sermon. carmen refero:

*Vel cum Paustaca torpes insane tabella:  
Qui peccas minus atque ego, cum Fului Rutubique,  
Aut Placideiani contento poplite miror  
Prælia, rubrica picta aut carbone: velut si  
Re vera pugnent, feriant, vetentque mouentes  
Arma viri: nequam cessator Dauus: at ipse  
Subtilis veterum iudex & callidus audis.*

quibus verbis Dauus non minore animi vitio dominum Paustacarum (hoc est eximiarum) quam se vilium & vulgarium (quibus gladiatorie pugnae olim exhibitæ subiiciuntur oculis) picturarum, assiduum & studiosum spectatorem laborare significat: nam animi vitium esse, si quis ludos assidue velit spectare, aut tabulas pictas studiosè intueatur, & (ut est apud Horatium) contento poplite miretur: Venuleius noster l. vit. in princ. D. de æd. edic. disertè scribit: cuius verba de pictis tabulis, ex Horatiano illo carmine de gladiatoris pugnis exemplo adhibito commode interpretari possumus: nam Fului, Rutubique & Placideiani nomine gladiatores insignes designari ab Horatio credimus. Placideiani quidem certè cum Æsernino Somnite comparati.

*(Optimè longè*

*Post homines natos gladiator qui fuit vnus,*

(ut ex Lucilio Nonius recitat) Cicero etiam aliquot locis in lib. de optimo genere oratorum ad finem, lib. 4. Tusculan. quæst. & lib. 3. epist. ad Q. Fratrem. commemorat: qui & istud animi vitium his verbis in Paradox. 5. notat: Aetionis tabula te stupidum detinet, aut signum aliquod Polyleti: omitto, vnde sustuleris, & quomodo habeas. Intuentem, clamores tollentem, cum video: seruum te esse ineptiarum omnium iudico.

Tanta verò fuit in exhibendis, cum priuatim, tum publicè, per singulos ferè menses (ne dicam dies) muneribus huiusmodi: veterum Romanorum cura & diligentia: vel ad religionem, vel ad voluptatem populi, qui horrendis & plusquam inhumanis bestiariis matutinis meridianisque gladiatorum spectaculis, (de quibus libro primo cap. 6. non nihil à nobis dictum est) maiorem in modum delectabatur: ut non modò è lanistarum familiis, ad triginta vsque (sicut Plinius tradit) gladiatorum paria in publicum spectaculū à munerariis, noua paria per omnes dies (Seneca in prologo li. 4. declam. teste, ad expectationem populi detinendam (ut esset quod eum delectaret, reuocaretque) dispensantibus, producerentur: sed etiam priuatim & amicis in conuiuio exhiberentur: & in eam quoque rem à lautissimis quibusque ciuibus gladiatores alerentur: de quibus cautum Iulij Dictatoris temporibus fuit (quod ipse multiplici vndique familia comparata inimicos exterruisset) ne certo gladiatorum numero maiorem cuiquam habere Romæ (ut est apud Suetonium

ronium in Iulio cap. 10.) liceret: quam obrem ex vrbe, Capuam gladiatores (ut legi pareret) misit, ibique eos in ludo habuit: sic enim ipse de se, vbi de Capua, Cæsar. lib. 1. de bello Ciuili. Gladiatoresque quos ibi Cæsar in ludo habebat, in forum productos Lentulus libertati confirmat: atque iis equos attribuit, & se sequi iussit: quos postea monitus à suis quod ea res omnium iudicio reprehendebatur, circum familiares conuentus Campaniæ, custodiæ causâ distribuit. Ac de his quidem agitur, in illa tam nobili, quam incerti auctoris ad Octauium epistola: quæ adiuncta est extremo Ciceronis epistolarum ad Brutum libro, quo loco sic est, Veteres vulneribus & ætate confectos Iulianus gladiatores, egentes reliquias ludi Cæsar's ad rudem compulisset. quibus ille septus omnia misceret, nulli parceret, sibi viueret. quibus ex locis obiter notandum, ad rudem compulso aut libertati confirmato gladiatore dici, qui missionem à ludo gladiatorio impetrauerint: qua de re proximo capite subtilius differetur. Caligula verò gladiatores cuilibet supra numerum legitimum quoque habendi facultatem postea concessit: idque his verbis Dio lib. 59. significat, ἐπέστειλε τοὺς βελομητοὺς καὶ ὑπὲρ τὸν νόμον πρὸς ἀελθῆναι τῶν μονομαχουμένων χεῖρας καὶ πολλὰ κίς καὶ αὐτὸς ἐπέστειλε σφίσι. [Iis etiam qui uellent concedebat maiorem numerum gladiatorum quam legibus permittebatur, ac ipse persæpe intererat uenditioni.] sæpenumerò autem duo vel tria gladiatorum paria priuatim à ciuibus in conspectu amicorum cæna exceptorum ad depugnandum componi solita, quorum cæde ipsi & gauderent admodum, & præ lætitiâ strepitum ac plausum ederent, ex Nicolai Damasceni philosophi libris Athenæus memorat, lib. 4. Deipnosoph. Νικόλαος δὲ ὁ δαμασκηνὸς εἰς τῆς ἀπὸ τῆς φιλοσοφίας ἐν τῆ δεκάτῃ πρὸς τοὺς ἑκατὸν τῆς ἰστορίας βιβλίου ἐξορίζει τὸν ἀριθμὸν τῶν μονομαχουμένων χεῖρας, ὅτι μόνον ἐν πανηγύρεσι καὶ θεατροῖς ἐποιεῖτο ἡ μάχη, καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν μονομαχουμένων τὸ ἕθνος, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐξ ἰασονίου ἐκάλου δὲ οὐκ ἴσως πολλὰς ἐπὶ δεῖπνον τοὺς φίλους, ἐπὶ τε ἄλλοις, καὶ ὅπως ἂν δύο ἢ τρία ζεύγη ἴδιοιεν μονομαχουμένων, ὅτι καὶ ποιεῖν τε δειπνοῦ καὶ μεθῆς ἐξοικάλου τοὺς μονομαχοῦντας, ὅ μὲν ἅμα ἐσθλάτετο, αὐτοὶ δὲ ἀπὸ τοῦ ἐπὶ τῷ ἡδὲ ὄμιλῳ. [Nicolanus Damascenus Philosophus ἐς τῆς Περιπατητικῶν scribit centesimo ac decimo libro historiarum Romanos post cænam gladiatorum paria committere solitos his uerbis, Gladiatorum spectaculâ, non solum publicis ludis & theatris populique frequentia & celebritatibus edunt Romani à Thuscis inuecto more, sed etiam inter epulas. Itaque nonnullos ex amicis ac necessarijs & alijs de causis ad cænam inuitant & hac potissimum, ut gladiatorum paria duo triâve dimicantia conspiciant, tum scilicet eos aduocantes cum obuij sunt cænaeque ferculis exsatiati, si quis inculatur plaudentes & eius cæde læti.] Facit in hanc rem ut priuatim inter cœnandū gladiatorias pugnas à Romanis exhibitas probemus, quod Liuius, lib. 9. vbi de Samnitibus bello superatis à Romanis: Et Romani quidem (inquit) ad honorem deū, in signibus hostiū armis vsi sunt: Campani ab superbia & odio Samnitium, gladiatores (quod spectaculum inter epulas erat) eo ornato armarūt, Samnitiumque

nomine appellarunt: ex quo loco nuper apud Ciceronem, in Tusculā. lib. 2. alij Samnitē procul dubio rectē gladiatorem exposuerunt, ca. 10. lib. 25. aduerfar. Turneb. in illo versu Lucillij (quem Nonius etiam citat.)

Samnis spurcus homo vitā illa dignū locūque nam de Æternino loquitur, qui cum Placideiano (de quo paulo antē diximus) olim ad pugnam in gladiatorio munere compositus fuerat: quamobrem vtriusque non semel Cicero mentionem facit, nobilesq; istud gladiatorium par fuisse, satis indicat, facit præterea quod Verum imperatorem Prasino fauentem, amasse aurigas, gladiatorum etiam frequentius pugnas in conuiuio habuisse Capitolinus, in Vero: quod Antoninum Heliogabalum Lampridius, in Heliogab. Gladiatores ante conuiuium pugnantēs sibi frequenter exhibuisse: strauisse sibi triclinium in summo lusorio: & dum pranderet noxios ad venationes (sic enim lego, pro noxios & venationes) sibi exhibuisse referunt.

a vide a. pud Xiphilinum.

b vide que scripsi c. 6. lib. 1.

Quibus ex locis omnibus illud Dionis de Imp. Claudio, ex libr. 58. histor. a. τὸς δὲ μὲν τῆς θείας τῶν τῶ ἀείσου καὶ τὸν ἀγαθὸν ὁμοίους ἴδεναι ἰδεώπερ. [libenter spectabat eos qui in medio spectaculo inter prandendum laniabantur.] rectius fortasse de Samnitibus qui inter epulas pugnant: quā (vt aliquando b existimaui de venatoribus & bestiariis interpretabimur.

Ad eod̄ autem ordinariū & familiare olim spectaculum gladiatorum fuit, vt & honesti & alioqui spectatæ vitæ homines, & ipsæ quoq; sceminæ depugnandi causa producerentur. Munere Diui Iulij depugnasse in foro Furium Leptinum stirpe prætoria, & A. Calpenum senatorem quondam actoremque causarum. Ad scenicas quoque & gladiatorias operas etiam equitibus Romanis aliquando vsum esse Octauium Augustū, verū prius quā fenatū consulto interdiceretur, Suetonius tradit: in Iulio, cap. 39. & Octau. cap. 43. postea verò Neronem Iuuenalibus senes quoque consulares anūsq; matronas recepisse ad lusum, ludisq; Maximis (quos pro æternitate imperij susceptos, appellari Maximos voluit) ex vtroque ordine & sexu plerosque ludicras partes sustinuisse, idem auctor memorat: in Nerone cap. 11. & ea de re agens Dio, in Neronis vita apud Xiphil. primarios homines sceminæque, non equestris modò, verū etiam senatorij ordinis in scenam, circum, & arenam descendisse, fabulas egisse, cithara cecinisse, equos agitare, bestias confecisse, gladiatorum in morem depugnasse, partim sponte, partim ingratis, ἐκείνο ἢ καὶ ἀχρῖστον (ait, sic enim lego pro ἐκείνο δὲ ἔξω & ἀχρ.) καὶ δεινὸν ἄμα ἰγνέω, ὅτι καὶ ἀνδρείς καὶ γυναικες (ἐχ' ὄπας ἰσπμοῦ, ἀλλὰ & τῶ σουλευτικῶ ἀξιώματι) ἐς πύδρον ἔσαν, καὶ ἐς τὸν ἰσπόδρομον, τότε θείαρον τὸ κυνηγετικὸν εἰσῆλθον, ὡπερ οἱ ἀτιμῶτασι & ἄλλοις τινες αὐτῶν, καὶ ἄρχοντες, τραγῳδίας τε & κωμῳδίας ὑπεκείναντο, καὶ ἐκιδάσκοντες, ἵππους τε ἤλασαν, καὶ θνητὰ ἀπέκταναν, καὶ ἰμονομάχων, οἱ μὲν ἐδιδόνται, οἱ ἢ καὶ πάνυ ἀκοντες, &c. [Istud verò turpissimum fuit, imò indignissimum: quod viri ac scemina, non tantum equestria, sed etiam senatorij ordinis, in orchestram, circum & thea-

trum

trum venatorium tanquam vilissima persona ingrederentur: quidam eorum tibi ludabant, saltabant, in tragædijs & comædijs mimos & histriones agebant, equos agitabant, feras interficiebant, singulari certamine pugnant: alij quidem sponte, alij verò inuiti profus. ] Sanè vt ipsius Augusti temporibus vetitum fuit, ne senatores gladiatores essent, id quod apud Dionem legimus, a ita etiam postea sub Vitellio cautum seuerè, ne equites Romani ludo & arena polluerentur, Tacitus libr. 18. Ann. auctor est. Rursum autem de Domitiano narrat Suetonius, ca. 4. in Domit. beum venationes gladiatorisq; & noctibus ad lychnuchos, nec virorum modò pugnas, sed & sceminarum commississe: vt mirum non sit contra legem Augusti senatores, vt sub Nerone in arena cum feris, ita sub eodem Domitiano depugnasse: quamobrem qui eius imperatoris ætate vixit, hæc feras in arena configendi artem patriciam præta mores sui seculi reprehendens nominat, Iuuen. Satyra 4. li. 1. vbi de quodam Acilio,

Profuit ergo nihil misero, quod comminus vsos  
Figebat Numidas, Albana nudus arena  
Venator: quis enim iam non intelligat artes  
Patricias?

Sub Seuero etiam Imperatore palàm gladiatoris armis depugnasse sceminas, & vetitum ne in posterum depugnandi causa sceminæ vsipiam producerentur, Xiphilinus ex Dione memorat, in Seuero, vbi, ἐν τῷ ἔργῳ τῶν αὐτῶν ταῖς ἡμέραις καὶ ἀγῶν γυμνασῶν, ἐν ᾧ τῶν πολλῶν ἀθλητῶν ἀναγκαστὲν σωῆσθαι, ὡς ἡμεῖς θαυμάσαι πῶς αὐτοὺς τὸ σάδρον ἐχάρησε: καὶ γυμνασῶν δὲ ἐν τῷ ἀγῶνι τῷ τῷ ἀγῶνι ἀλώμεθα ἐμαχέσθαι, ὡς ἐκαὶ ἐς τὰς ἄλλας πάνυ ὑπερβαίνει αὐτὸ αὐτῶν δόξα καὶ πλεονεξία καὶ δὲ τῶν ἐπιπέδων, μὴ ἐπιπέδων γυμνασῶν μὴ ἐπιπέδων μονομαχῶν. [Certamen muliebri per eos dies institutum fuit, in quo magna athletarum multitudo congregata conuenit, vt miraremur quomodo posset curriculi locus eos omnes capere. Mulieres in eo certamine ferocissime pugnarunt, & illustres quaedam scemina conuitio affectæ, idcirco vetitum, ne vlla amplius mulier pugnet.] &c. Populum quoque Romanum irritas olim testamenti tabulas fecisse, quibus vnus quidem formosissimas ancillas, alter pueros suos impuberes depugnare iusserat, Athenæus libr. 4. Deipnosoph. addocet, vbi sic scribit, ἡ δὲ δέ τις καὶ τῶν δευτέρων ἐχάρησε γυμνασῶν ἐυπορεῖς αἰσῶν μονομαχῶν αἰς ἐκείνην ἔτερος δὲ πάντας ἀνήθους ἐρωμήτας ἑαυτοῦ. ἀλλὰ ὅτι ἐν ἡμέραις τοῦ δήμου πλεονεξία καὶ πλεονεξία, ἀλλὰ αὐτοὺς πλεονεξία ἐποίησεν. [Quidam testamento iussit formosissimas mulieres quas emerat, eo pugna gladiatoria genere inter se configere: alius impuberes pueros quos diuis in delictis habuerat, quam tamen populus contra leges sceminarum, ac immunitatem execratus est, idcircoque testamentum abrogauit.]

Exhibendorum profectò munerum cura Romæ fuit olim publica: & adeò quidem, vt hoc genus editionis munerum ab honoribus mortuorum, ad honores viuentium: quæsturas dico, & magistratus, & Flaminia, & sacerdotia (quomodo Tertull. in de spectaculis cap. de munere,

a lib. 48. ἢ προσπατηρὸν καὶ μίτη βαλευτικῶν μονομαχῶν καὶ πεδῶλον βαλευτικῶν. b vide & Xiphilina in Domit.

K

loquitur) transferit : vtque olim ex pratorum numero quotannis prouinciam istam duo sortiti fuerint : ob quam nummos partim de suo impenderent; partim etiam ex arario publico, vel ad mercedes lanistis atque gladiatoribus prastandas, vel ad ipsorum (qui certo scilicet in loco educarentur) saginam (sic enim Tacitus lib. 8. Anna. vocat) totumque ludorum apparatus sumerent; id quod Augustus tandem prohibuit: cum initio sumptibus tantum publicis bis in anno nec plures quam centum & viginti gladiatores produci a pratoribus: postea vero ipsis de suo quoque supra publicum, vt sumptus ter tantum facerent, permisisset Caligula paribus gladiatorum ad certum numerum a Tiberio redactis (vt est apud Suetonium in Tiberio ca. 24.) reducto veteri more de publico etiam arario erogationes fieri concessit, si Dioni li. 54. credimus: cuius ista sunt de Augusto, καὶ τοῖς μὲν στρατηγοῖς τὰς πανηγύρεις πάλαι συνέταξεν ἐκ τε τοῦ δήμου διδοῦσαι τι αὐτοῖς κελύφας, & προαπειρωτῶν μὴ τε εἰς ἐκείνας οἰοῦσθαι τινὰ πλεον τοῦ ἐτέρου ἀναλίσκεν, μὴ δ' ὀπλομαχίαν, μὴ δ' ἄλλως, εἰ μὴ ἢ βουλὴ ἤφροισαί τ' αὐτῶν πλεονακίαι ἢ εἰς ἐν ἐκάστῳ ἔτει μὴ τε κλειόνων εἰκοσι καὶ ἑκατὸν ἀνδρῶν ποιεῖν. [Ludorum curam omnium pratoribus iniunxit, ita vt eis a populo aliqui dari daretur, edicto etiam addito ne quis plus reliquis ex suis facultatibus in eos impenderet, neue munus gladiatorum iniussu Senatus, aut sepius duabus quotannis vicibus, aut plurimum quatuor centum & viginti gladiatorum exhiberet.] & postea, τοῖς βουλευμένοις τῶν στρατηγῶν περιλάσιον τοῦ πάλαι τοῦ δημοσίου σφίσι ἐς τὰς πανηγύρεις ἐξ ὀρχήρου προαναλίσκεν ἐφήκεν. [id est, pratoribus si qui vellent permisit, vt triplum eius pecunie quæ ad ludos faciendos ex arario præbebantur insumerent.] & alibi, καὶ τὸ ἀργύριον τὸ τοῖς στρατηγοῖς, τοῖς τὰς ὀπλομαχίας παύσασθαι ἐκ τοῦ δημοσίου διδοῦσθαι, ἐκέλευσε μὴ κέτ' ἀναλίσκεσαι, & de Caligula, lib. 58. τοῖς γὰρ ἀπὸ δημοσίου τῶν μοναρχῶν τοῖς ὕπατοις, καὶ τοῖς στρατηγοῖς, τοῖς τ' ἄλλοις ἐχόντι τοῖς ἐθελούσιν, ἀλλὰ καὶ τοὺς πάντας ἀκούσας βιαζόμενος ἐν ταῖς ἵπποδρομίαις καὶ τὰ τοιαῦτα ποιεῖν, καὶ δὴ καὶ τοῖς ἐπ' αὐτὸ τοῦτο κληρουμένοις, ὅτι μάλιστα (δύο γὰρ στρατηγὸς ἐς τοὺς ὀπλομαχικοὺς ἀγῶνας ὡσπερ ποτε ἐγγίγνετο λαζάρειον ἐκέλευσε) παντὸς ὀπτιμῶν ἀπεδίδοτο. [Gladiatores enim qui superfuissent consulibus & pratoribus & alijs non volentibus modo, sed etiam iniuicissimis coactis in ludis præsertim vero his in quibus fors incidisset, reduxit enim morem antiquum & duo pratores gladiatorum, munus sortirentur, pretio iniquissimo vendidit.] &c. Fuerunt & antiquitus vt pratoria, quæstoria quoque munera, quæ olim omissa, deinde vero ab Imp. Claudio prostratura viarum collegio quæstorum iniuncta (cum rursus à Nerone, senatus arbitrio constitutum foret, vt ne designatis quidem quæstoribus edendi gladiatores necessitas esset; sicut Tacitus lib. 13. Anna. refert) Domitianus (teste Suetonio cap. 4. in Domitiano & in Claudio cap. 24.) reuocauit, usque ita semper interfuit, vt populo potestatem faceret bina paria è suo ludo postulandi. quæ nouissima aulico apparatu induceret. Alexander Severus quæstores candidatos ex sua pecunia iussit munera populo dare: sed vt post quæsturam præturas acciperent. & inde prouincijs regerent: ararios

verò

verò instituit, qui de ære fisci ederent munera, eademque parciora, teste Lampridio: in Alexandr. Severo, Gordianus quoque primus, antequam ad imperium processisset post quæsturam magnificentissime gestam, ædilitatis suæ tempore duodecim pop. Rom. munera, id est per singulos menses singula de suo exhibuit, ita vt gladiatorum nonnunquam quingena paria exhiberet, nunquam minus centenis quinquagenis: feras Libycas vna die centum exhibuit, vrios vna die mille, vt à Capitolino in Gordianis traditur, Cæsarem, qui postea dictator fuit, primum in ædilitate munere patris funebri omni apparatu arenæ argenteo usum esse, ferâque argenteis vasis incessere tum primum visum, ex Plinio capite 3. libro 34. natur. histor. didicimus. Ædilitia etiam à Cicerone libro 2. de offic. in cap. Omnino duo sunt munera memorantur, & Consularia: quod spectat illud Marcelli<sup>a</sup> nostri, viuo Mæuio Seius consul designatus est, & munus edidit: deinde ex calendis Ianuarii consulatum ingressus est: Nam non modò circensium ludorum spectacula exhibebantur à consulibus (vt alibi<sup>b</sup> copiosè factis, & aperte ostendimus) verum etiam gladiatorum ac bestiarum munera: itaq; Suetonius in Nerone cap. 4. de Cn. Domitio Nerone a quo, Prætura (inquit) consulatûque honore equites Romanos, matronasque ad agendum mimum produxit in scenam, venationesque & in circo & in omnibus vrbis regionibus dedit: Munus etiam gladiatorum: sed tanta sæuitia, vt necesse fuerit Augusto clam frustra monitum, edicto coercere. Tandem gladiatorum spectacula canonibus atq; constitutionibus Apostolicis damnata, ipsosq; gladiatores Constantinus imperator omnes penitus edicto suo<sup>d</sup> sustulit: quamobrem Sallustianus Massiliensis Episcopus (vbi aduersus eiusmodi spectacula consularia disputat<sup>e</sup>) non gladiatorum sed bestiarum mentionem facit: Nihil ferme (inquit) vel criminum vel flagitiorum est, quod in spectaculis non sit: vbi summum deliciarum genus est, mori homines, aut (quod est morte grauius, acerbiusque) lacerari, expleri ferarum alios humanis carnibus, comedi homines cum circumstantium lætitia, conspicientium voluptate: & statim, Et cum hæc omnia ipsi agant, qui annis nomina tribuunt: à quibus anni ipsi exordium sumunt: credimus nobis bene annos posse procedere, quæ à rebus omnibus potius, quam à Deo ordiamur: Atque vtinam sicut hæc propter consules tantum fiunt, ita illos tantum incessarent, propter quos fiunt, &c. Iustinianus<sup>f</sup> quoq; noster (vbi de spectaculis, quæ consules præbere oporteat, differit) inter cætera, non gladiatorium quidem, sed venatorium ludum, & pancratium siue pancarpum connumerat, πάλαι τοῦ λεγόμενου μονημεεῖς θάαν, ἐνθα πολλῆς ἡδονῆς ἔχειας ἐμπαλῆσει τὸν δῆμον, τότε καλούμενον παγκρατιον θεάμενον, & θηρίοις προσμαχομένους ἀνθρώπους, & εὐδοκίμοὺν τὰς τῆ τολμῆ, καὶ κέρους ἀναρούμενα τὰ θηρία. [certamè quod dicitur toti diei, multa delectatione implebit populû, quod Pancratium certamen dicitur, & cū bestijs pugnantes homines & vincetes audacia, insuper & intercepta bestia.] Ante Constantinum alij quoque imperatores gladiatorum spectaculis identidem & magistratibus & populo interdixerant: vt Claudius,

K 2

<sup>a</sup> L. Publ. us 35. D. de condit. & demonstr.

<sup>b</sup> ad l. z. D. de ori. iur. in appendicibus ad commentarium de Re. Iur. vbi de consulibus.

<sup>c</sup> vide Clementē lib. 2. Constit. Aposto. c. 61. <sup>d</sup> l. vnic. C. de gladiator. penit. coll. li. 11. <sup>e</sup> de vero Iudicio & prouidētia Dei lib. 6. sub initiū.

<sup>f</sup> in Nouel. la. 105. de consul.



qui gladiatoria quidem ipse munera (teste Suetonio in Claudio c. 21.) plurifariam ac multiplicia exhibuit, praetores tamē aut alium quemlibet in gladiatorios ludos quidquam insumere, nec voti quidem pro ipsius principis salute soluēdi causa, voluit, si Diōni credimus: li. 58. vt Nero: quem edixisse Tacitus, lib. 13. scribit, ne quis magistratus aut procurator, qui prouinciam obtineret, spectaculum gladiatorum, aut ferarum, aut quod aliud ludicrum ederet: cū antē non minū tali largitione, quā corripendis pecuniis subiectos affligerent: dū quā libidine deliquerant, ambitu propugnabant: vt Nerua postremō: quem (quod sumptibus parceret) cū alia, tum verō gladiatorum spectacula sustulisset, praeter Xiphilinum, in Nerua. Zonaras Tomo 2. Anna. memorat. Constantinus verō (teste Sozomeno, li. 1. histor. eccles. & Nicephoro Callisto lib. 7. cap. 46.) primus Romanorum principum ex orbe Romano gladiatores & gladiatoria spectacula (quā iam antea Marcus philosophus & Imp. omnifariam, auctore Capitolino, in Antonino philosopho, temperauerat) penitus sustulit, anno ab vrbe condita M. LXXVII. Paulino & Iuliano Coss. ad Maximum praefectum praetorio scribens: in haec verba, Cruenta spectacula, in otio ciuili & domestica quiete, non placent: quā propter omnino gladiatores esse prohibemus: quā verba, sunt quidem à Iacob. Cuiacio doctore nostro eruditē imprimis & luculenter exposita, in diuino illo ad postremos Iustiniani Codicis libro commentario: veruntamen hoc quoque de meo (petita scilicet ab ipso venia) lubens addiderim, quod ad illius rescripti explicationem valde pertinet: illa verba, In otio ciuili & domestica quiete, in eo non esse otiosa: quā forsitan ideō quispiam, nō otiosa tantū & superflua, sed vt omnino rationi contraria, expungenda esse crediderit: quod tū maximē spectaculis operam dare homines ad colligendum & recreandum istiusmodi voluptate animum oporteat, cum à ciuilibus officiis aut militaribus negotiis atque muneribus vocatio & requies conceditur. Quid ergo est? Ex vetusta Imperatorum in militiam cum exercitu proficiscentium consuetudine, interpretationem huic loco adhibendam esse censeo: vt haec optimi principis & humanissimi sententia inde colligatur: Quae sub bellum gerendum edi solent munerum spectacula, ea confecto bello & pace parta, reque adeo publica bene constituta, tolli debent. Eius consuetudinis profectō vestigia in historiis adhuc apparent aliquot: quale illud est, quod de Seuerō Imperatore Spartianus memorat sic ferē, Profectus ad bellum Parthicum est, gladiatorio munere dato: quale illud etiam Capitolini de Maximo, Celebratis sacris, datis ludis scenicis, ludis que circensibus, gladiatorio etiam munere, susceptis votis in Capitolio ad bellum contra Maximinū missus est cū exercitu ingenti, praetorianis Romae manētibus, Vnde autē mos tractus sit, vt proficentes ad bellum Imp. munus gladiatorium & venatus darent, breuiter idem auctor eodem loco narrat, his verbis, vt duas opiniones adferat: Multi dicunt apud veteres hanc deuotionem contra hostes factam, vt ciuium sanguine litato, specie pugnarum se Nemesis, id est vis quaedam fortunae latiret. Alij hęc literis tradunt (quod

a d. l. j. C.  
de gladiat.  
penit. toll.  
li. ii.

(quod verisimilius eredo) ituros ad bellum Romanos debuisse pugnare videre, & vulnera, & ferrum, & nudas inter se cohortes: ne dimicantes in bello armatos, (malim, Armati, vt de ciuibus Romanis intelligatur) hostes timerent, aut vulnera & sanguinem perhorrescerent. Ac pro hac posteriore opinione, facit quod gladiatorium spectaculum quaedam quasi disciplina contra dolorem & mortem esse, atque ad vulnera mortisque contemptum homines accendere videbatur: sic enim Cic. li. 2. Tuscul. quæst. Crudele gladiatorum spectaculum & inhumanum nonnullis videri solet: & haud scio, an ita sit, vt nunc fit: cū verō fontes ferro depugnabant, auribus fortasse multæ, oculis quidem nulla poterat esse fortior contra dolorem & mortem disciplina. Sic etiam Plinius, de munere gladiatorio loquens alicubi in Traiani panegyri. visum est spectaculum inde non enerue nec fluxum, nec quod animos viro- rum molliret & frangeret: sed quod ad pulchra vulnera contemptumque mortis accenderet, cū in feruorum noxiorumque corporibus amor laudis & cupido victoriae cerneretur. & statim, iam quā libera spectantium studia, quā securus fauor? Nemini impietas (vt solebat) obiecta, quod odisset gladiatorem, &c. Ergo Constantinus Imp. sublata in militiam proficiscenti bellique administrandi occasione, merito gladiatoria spectacula (quæ potissimum à ducibus atque imperatoribus ad bellum ituris edi consueuerant) simulque ludi gladiatorij poenam, noxii, & malefici cuiusque damnatis infligi solitam sustulit: vt ex integra ipsius constitutione (quæ in Codice Theodosiano lib. 1. tit. 12. lib. 15. extat) intelligimus: & quod ad poenam quidem attinet, valuit forsitan prohibitio apud posteros: cæterum & Constantij (qui Constantino successit) & vero posterioribus Arcadij ac Honorij principum temporibus, gladiatoria denuo munera edita in vrbe Roma, & gladiatorum ludum restitutum fuisse, ipsorum rescripta quæ in illo Codice legimus, aperte comprobant.

De scissione, mutatione, inuersione vestium apud veteres, variōque vestium genere, ex personarum, locorum, aetemporum differentiis: De gladiatoribus publice vel priuatim exhiberi solitis antiquitus: munerumque gladiatorij origine, causis, frequentia, & prohibitione, admissis alijs plerisque, tractauimus hoc toto capite: In quod, vt in illam Æsopi nobilem patinam, quicquid apud lautos in diuersas patinas diduci solet, properans in damnum suum popina congefferat: ita nos multiplicem variorum sermonum materiam (quam diuidere, quod alij plerique faciunt, difficile non fuit) simul contulimus: ac forsitan (vt illis videri poterit) confudimus: plurimis quidem vndiquaque diuturno labore conquisitis, perpurgatis, illustratis denique auctorum locis, quasi factum quoddam fecimus. Hoc non expecto vt languidorum ac delectatorum istorum (quibus nisi exquisita, vel potius nisi sua, cui cuiusmodi sint, non satisfaciunt) deiectam prostratamque excitare possit: his quidem, qui parata utcumque conditorum, non vulgariū aut vilium tamen ciborum copia pasci ac delectari solent: si minū quā spero proderit, stomachum certē non mouebit.

a l. 2. & 3. c.  
Th. de gladiato. li. 15.



De pecuniis arenarijs præstita. De ludo in quo gladiatores educarentur. Spoliarium. Armatura grauiora quibus exercebantur, rudibusque ac obtusis gladiis in ludo pugnabant, & in prælustione ventitabant. Eorundem habitus in arena & arma decretoria. Emendatur Tacitilocus. Oratores gladiatoribus sepe comparatos. Patiniam non Petroniam legem exaudientem videri in l. xj. D. ad l. Cornel. de scar. cuius emendatio tentatur: & sub Imperatoribus posterioribus seruos ad ludum inuitos non datos à dominis. Explicantur l. 38. de oper. libert. & l. ult. de ser. fugit. Gladiatorum libelli. Destinatorum nomen apud Suetonium. Palma gladiatoria. Si ne missione apud Suetonium & Senecam. Arena missus in l. 4. D. de legatio. Rudiarj demud auctorati. Auctoramentum gladiatorum. Expositus Horatij locus: & de sacello Herculis, de que rudi ac pileo gladiatorum, ex quibus tyrones quidam, alij veterani fuerint. Euocatorum veteranorum rudi. Explicatur l. j. D. de abigeis. Emendato Vlpiani loco ex fragm. Pithæanis. Viriisque ludi pœnam deportatione grauiorem, met. allo fuisse leniorem. Datos ad ferrum aut ad bestias pœna causa dimitti, pileo ve aut rude donari non solitos. Ad ludum alterutrum damnatos acceptio pileo rudeque nihilominus fisci seruos fuisse videri illustrantur l. ad bestias. D. de pœnis. & l. ult. C. ad leg. Fab. de plagiar. in qua Tribonianianus indicatur. De pœna plagij: Emendato Pauli ex fragmentis loco & exposita. l. in fuga. C. ad leg. Fab. de Plagiar. Postremo apud Vlpianum in fragm. Pithæan. In via rectè legi, neque corruptum esse demonstratur.

CAPVT XI.

**H**Actenus ab Imperatoribus, magistratibus, aut priuatis qua ex causa gladiatorum munera ederentur: & quibus ea temporibus, aut quatenus interdicta fuerint, copiosè diximus: sequitur, vt de gladiatorum mercedibus, præmiis, domicilio, & educatione differamus; nam hæc quoque tractatio, cum ex vetere Romana historia depromitur, tum profectò ab antiquo ciuili pop. Romani iure aliena esse non potest: Illa verò maximè vicina & penè iuris nostri propria videtur: de gladij, metalli, & vtriusque ludi supplicis inter se comparandis: quam ei iubiicemus denique vt (nisi mihi quidpiam animus vltra suggererit) excerptus de pœnis sermo huc vsque protrahatur ita concludatur.

Enimvero de pecunia gladiatoribus attributa, & modicum quidpiam depugnandi causa in arenam prodeuntibus præstari solitum, Xiphilinus ex Dione in hæc verba tradit, vbi de Commodò, ἀντηγωνίζετο δὲ (inquit) ἀπὸ γυμνασῆς τις ἢ καὶ μονομαχος, νάρθηκα ἔχων. ἔστι μὲν ὅτε ὁν αὐτὸς πορευθεὶς ἔστι ὅτε ὁ δῆμος ἠρέσκει καὶ γὰρ οὗτος, καὶ πάλλα ἐξ ἰσθμοῦ ἄλλοις μονομαχοῦς ἐποίησε: πλὴν καὶ ὅσον ἐκείνοι μὲν ὄλιγον τι λαμβάνουτες ἰσθιασι, πάλ᾽ ἰδὲ ἢ Κομμοδὸς πάντε καὶ ἔκαστο μυριάδας καὶ ἑκατὸν ἡμέραν ἐν τῷ μονομαχικῶν ἄσκημάτων ἐδίδοντο. [Cum ipso certabat gladiator aut monomachus, ferulam gestans. Ipse interdum provocabat eum: interdum populus eum eligebat. Nam id & reliqua faciebat eadem lege qua gladiatores: nisi quòd illi quidem in certamen ingrediebantur parua pecunia accepta. at Commodò dabantur ducenta millia nummorum, (hoc est decem millia aureorum) de pecunia gladiatorum: sed quibus diebus quibus certamen descendebat.] Illud autem ὄλιγον τι (quod Dio re-

in vita Commodi

fert) constitutum ab Antonino Pio fuisse, de Capitolino didici: cuius hæc verba sunt, Sumptum muneribus gladiatoris instituit: cum scilicet antea maior esset: idem enim hæc significari arbitror, quod illa eiusdem auctoris oratione de M. Philosopho b Gladiatoria spectacula a in Antonino Pio ad finem. omnifariam temperauit: sequitur deinde, Temperauit etiam scenicas donationes, iubens vt quinos aureos scenici acciperent: ita tam en vt nullus editor decem aureos egrederetur: & postea, Gladiatorij muneris b Capitolio in Marco. sumptus modum fecit: nec tantum ab Antoninis Pio & Marco, verum & ante ipsos, ab Tiberio quoque olim temperatas gladiatorias scenicasque mercedes ac donationes reperiò. Nam cum Augustus corollaria & præmia alienis quoque muneribus ac ludis, & crebra & grandia de suo solitus esset offerre: Athletis autem & conseruasset priuilegia & ampliasset (vt est apud Suetonium in Octauio cap. 45.) de modo lucaris à senatu Tacitus lib. i. annal. decretum fuisse sub Tiberio narrat: quem ludorum ac munerum impensas corripuisse mercedibus scenicorum, hoc est (vt nostri Iuriconsulti loquuntur) præmiis in scenam prodeuntium rescissis, paribusque gladiatorum ad certum numerum redactis, Suetonius idem addocet in Tiberio, cap. 34. Certum etiam locum fuisse, in quo gladiatores Romæ alerentur, atque exercerentur, ludum scilicet gladiatorum, qui complures cellas haberet: ex iis qui not. Quintiliani verbis, in Gladiatore declam. 9. cognoscimus, In ludo infia. fui, & morabar inter sacrilegos, incendiarios, & (que gladiatoribus vna laus est) homicidas, inclusos turpiore custodia & fordido cellarum situ, &c. An ille animus rediret, in cellulam, ferret faginam, magistrum, personam denique sceleris. Ludum itaque, cum de loco illo agit in quo gladiatores faginabantur, idem Xiphilinus paulo post significat, vbi de ipso Commodò scribit, ὅτι ἐβούλετο ὑπατὸς τε αἶμα καὶ σπ. κώτωρ ἐν τῇ νεμεσίᾳ ἐκ τοῦ χωρίου, ἐν ᾧ οἱ μονομαχοὶ πρέπονται, πορευθεῖν. καὶ γὰρ τὸν οἶκον τὸν πορευθεὶς παρ' αὐτοῦ, ὡς καὶ εἰς ἐξ αὐτῶν ὧν εἶχε [volebat calendis tanquam Consul cum Secutore prodire ex eo loco in quo gladiatores educantur. Habuit enim domum præcipuam apud gladiatores, quasi vnus ex illis esset.] Itémque hac ipsa de re agens Herodianus libro primo, vbi, εἰς τοῦτον ὃ πορευθεὶς μενίας, ὡς μυρία βούλεται, μὲν δὲ πλεῖ βασιλείων ἐστὶν οἰκείν, ἀλλὰ γὰρ μετὰ τὴν αἰῶνα ἐβούλετο εἰς τὸ τῶν μονομαχῶν κατὰ γὰρ ἰον. [eòque vesuntia prouectus est vt deserere principalem aulam atque in domicilium gladiatorum.] & statim πάντων ἐορταζόντων ὁ Κομμοδὸς ἐβούλετο, ἐν ἐν τοῦ εὐαστείου (ὡς ἔθος) πορευθεῖν οἰκίας, ἀλλ' ἐν τοῦ τῶν μονομαχῶν κατὰ γὰρ ἰον. [Vniuersis diem concelebrantibus stasit Commodus non quidem ex Imperatoris (vt mos erat) adibus sed ex ipso gladiatorio domicilio in publicum prodire.] Atque hunc quidem locum (qui forsitan ad circum aut amphitheatrum fuit: vel in foro, vnde Circunforaneum lanistam Suetonius alicubi Vitellio cap. 12. vocat) vt apud Græcos μονομαχοσφορίου (quod verbum Sudas non omisit) sic apud Latinos, Spoliarij nomine designatum ab auctoribus arbitror, quòd in eo, qui nudi depugnaturi essent, gladiatores vestimenta ponerent: Nam & si non abs re, quidam existi-

mant, ita nominatum esse locum illum in quo spoliabantur damnati, qui statim capite poenas daturi essent: quod Plinius in Panegyri Traiani, alicubi spoliarium civium, cruentarumque praedarum saevum receptaculum simul copularit: vel potius quod Seneca quodam loco de divina providentia scripserit ea quae sequuntur, *Videant largum in foro sanguinem, & supra Seruilianum lacum* ( id enim prosercriptionis Syllanae spoliarium est) *senatorum capita, & passim vagantes per urbem percussorum greges*: attamen Spoliarium profecto, idem Seneca, & Lampridius de gladiatoribus agentes nuncupant: ille quidem, ad fl. epistole 94. vbi, *Nunquid felicior em iudicas eum, qui summo die muneris, quam eum, qui in medio occiditur? Nunquid aliquem tam stultè cupidum esse vitæ putas, ut iugulari in spoliario, quam in arena malit?* Lampridius vero in vita Commodi, inter senatus acclamationes ( quae post mortem Commodi graues fuerunt ) percenset istas, Hostis patriæ, parricida, gladiator in spoliario lanietur: &, Qui senatum occidit, in spoliario ponatur: &, Impuri gladiatoris memoria aboleatur: &, Gladiatoris cadaver vincto trahatur, gladiatoris cadaver in spoliario ponatur. In eo itaque spoliario, arenarij siue serui lanistis, in hoc vt inter se aut eum bestiis depugnarent, venditi: siue libertini, aut plebeij denique ingenui, qui mercede operas suas ad alterutrum bestiariorum gladiatorum vel ludum lanistis elocauissent, gladiatores, inquam, ac venatores, quibus minor esset futurus labor ( vt apud Gallicanum <sup>a</sup> dicebat Cassius ) si consuetus esset: vt plurimum, & armis quidem grauioribus exercebantur: non tamen acutis gladiis ( vt puto ) quos pugnantiorum armorum nomine Suetonius alicubi designat in C. Caligula cap. 54. sed rudibus: quod nimirum aspicit Seneca, *Controuers. 24. lib. 5. cum istud profert, Gladiatores grauioribus armis discunt, quam pugnant: diutius illos magister armatos, quam aduersarius sustinet: ipse quoque Tullius his aliquot locis: vbi lib. 2. de oratore, Atque eiusmodi illa praefatio esse debet* ( inquit ) non vt Samnitum qui vibrant hastas ante pugnam, quibus in pugnando nihil vitur: sed vt ipsis sententiis, quibus praefulerunt, vel pugnare possint. Hic autem animaduertendum puto, quod in praefatione vibratas à gladiatoribus inquit hastas: quibus tamen ipsi in dimicando non vterentur, sed decretoriis: cum illa essent arma lusoria, quae ventilabant prius, quam depugnaretur: vnde Seneca, Epistola 118. lib. 21. <sup>b</sup> *Quam stultum est, cum signum pugnae dederis, ventilare: Remoue ista lusoria arma, decretoriis opus est.* Praeterea Cicero de rudibus, vbi de Isocrate, in lib. de opt. gen. orator. Non enim in acie versatur & ferro: sed quasi rudibus, eius eludit oratio: à me autem ( vt cum maximis minima conferam ) gladiatorum par nobilissimum inducitur. Et Tacitus etiam de oratoribus agens & eloquentiae studiosis apud veteres Romanos: Ita nec praceptor deerat ( inquit ) optimus quidem & electissimus, qui faciem eloquentiae non imaginem praestaret: nec aduersarij ferro, non rudibus dimicantes: sic enim legendum affirmo, non sudibus: etsi enim sudibus inter se depugnabant, vel exercitationis gratia sudēs torquebant Romani iuuenes antiquitus: vnde

<sup>a</sup> Vulcarius Gallianus in Auidio Cassio.

<sup>b</sup> vide proem. lib. 3. de clamat.

de Li-

de Liuius, lib. 6. de bello Punico, Tertio die sudibus, inter se, in modum iustae pugnae, concurrerunt: Et noster Seneca, epist. 89. lib. 13. An liberale studium istud ( inquit ) esse iuuentuti nostrae credimus, quae maiores nostri rectam exercuerunt, hastilia iacere, sudē torque, equum agitare, arma tractare: attamen non dubito quin, vt Cicero, sic etiam Tacitus de oratoribus tanquam de gladiatoribus loquatur. In auditoriis declamatores, vt rudibus dimicantes ac ventilantes gladiatores, exercitationis atque discendi gratia, in ludo & spoliario, pugnas imaginarias: in foro autem ac iudicii oratores, in arena gladiatores ferro non rudibus veras ineunt: itaque eadem translatione vsus, hoc quoque paulo ante dixerat Tacitus: sic nunc te ab auditoriis & theatris, in forum & ad causas & ad vera praelia voco: & alibi Seneca, in Proemio lib. 3. declamation. in haec verba, Indicabo tibi affectum meum: cum in foro dico, aliquid ago: cum declamo, id quod bellissime Censorinus aiebat de his, qui honores in municipiis ambitiosè peterent: videor mihi in somnis laborare: Deinde res ipsa diuersa est tota. Aliud est pugnare, aliud ventilare: hoc ita semper arbitratum est, scholam quasi ludum esse: forum, arenam. Et idè ille in foro primum dicturus tyro dictus est. In quibus notandum ventilandi verbum ( quod modò dicebamus ) esse gladiatorum in ludo armis lusoriis & rudibus batuentium. Ac rudium quidem Suetonius in C. Caligula cap. 32. commemorat, vbi de Caligula, Mirmillonem ( ait ) è ludo rudibus secum batuentem, & spòte prostratum confodit ferrea sica, ac more victorum eum palma discurrat: & Lampridius de Commodò, In arena ( inquit ) rudibus inter eubicularios gladiatores pugnavit, lucentibus aliquando mucronibus. Igitur plerumque ferro, siue ferreis sicis, in arena gladiatores & gladiis pugnant: in ludo rudibus: hinc illud Lucilij veteris poetae apud ipsum Ciceronem, li. 3. de oratore,

*— quamuis bonus ipse*

*Samnis in ludo, ac rudibus cuius satis asper.*

Sanè M. Antoninum tanta fuisse clementia refert Dio, in Antonino, apud Xiphilinum, vt ne in arena quidem gladiatores acutis, sed obtusis gladiis pugnare pateretur, *Μάρκος γε μὴν ἔτω τε φόνους ἐκ ἔχαιρεν, ὥστε καὶ τοὺς μονομάχους ἐν τῇ Ρώμῃ, ὡς περ ἀθλητὰς ἀκινδύνως ἔωρα μαχομένους. σιδηρεὸν γὰρ ἔδωκε ἐνὶ αὐτῶν ὄξυ ἔδωκεν, ἀλλὰ καὶ ἀμυγλέσιν ἄσπερον ἰσχυρωμένους πάντες ἐμάχοντο.* Quod autem dixi nudos depugnasse gladiatores: nudos accipiendum non omnes, aut omnibus corporis partibus: non capite, quo galeam ferrent plerique: non manibus, quibus ferrum siue gladium & parmam siue clypeum, itémque fuscinam, siue tridentem, aut falcem, & rete gererent: qui Galli mirmillones, aut secutores, ac Thraeces, retiarii que dicebantur. Ac de galea quidem potissimum ( cætera enim accuratè persequi longum nimis & laboriosum esset ) hos olim locos in veterum scriptis praecipuè adnotandos duximus: Iuuenalis lib. 2. Satyrar. in 6. vbi de Sergio gladiatore ab Hippia quadam adamato,

*Hippia quid vidit, propter quod ludia dici*

*Sustinuit? nam Sergiolus iam radere guttur  
Cæperat, & secto requiem sperare lacerto:  
Præterea multa in facie deformia: sic, ut  
Attritus galea, mediisque in naribus ingens  
Gibbus, & acre malum semper stillantis ocelli:  
Sed gladiator erat.*

Et, ubi Neronem circi ac theatri artibus deditum notat: Satyra Octava lib. 3.

- & illud

*Dedecus Urbis habes, nec mirmillonis in armis  
Nec clypeo Gracchum pugnantem aut falce supinat:  
Damat enim tales habitus: & damat & odit.  
Nec galea frontem abscondit, mouet ecce tridentem:  
Postquam vibrata prudentia retia dextra  
Ne quicquam effudit: nudum ad spectacula vultum  
Erigit, & tota fugit adgnosendus arena, &c.*

Apuleius quoque, lib. II. de asino aureo: Porro alium (inquit) ocreis, seu to, galea, ferroque insignem, è ludo putares gladiatorio procedere ubi quod ocreas nominat, notandum: & quod ait, de hoplomacho gladiatore accipiendum reor: Nam præter eos, quos supra designavi, ex gladiatorum numero, fuerunt quidam effedarij, quidam hoplomachi siue Sannites, quorum illi ex effedis, hi (vt conicio) non nudi, sed armati, nõ (vt in ludo) rudibus, nõ enseligneo (vt secutores, quemadmodum Dio docet) sed ferro dimicabant: atque hoplomachi quidem effedarijque Suetonius in Caio Caligula: cap. 35. de Samnitum armaturâ leuiter Plinius, lib. 7. nat. hist. cap. 20. Effedarij præterea Cicero pro P. Sextio, & ad Octauium & Seneca Epistola 29. variis in locis mentionem faciunt: ad quos philologum mitto: statim ad rem redditurus, ubi vnum hoc lectorem admonero, separari Threcas siue Thracas ab hoplomatibus apud ipsum Senecam, proœmio libr. 3. declam. quo loco, Quidam cum hoplomatibus (inquit) quidam cum Threcibus optimè pugnant.

Eos qui pœnæ causa ad ludi gladium, vel ad bestias dati essent ob delictum, sub Imperatoribus: in ludo siue spoliario, sumptibus non quidem fiscalibus, sed publicis saginatos fuisse crediderim: utpote pœnæ seruos non fisci vel Cæsaris. <sup>a</sup> Et seruos quidem pœnæ, non etiã priuatorum, posterioribus temporibus ad ludum datos verum est: posteaquam vitæ necesseque potestatem dominis in seruos ex iure gentium attributam, constitutiones Domitiani primùm ac Neruæ (qui seruos fieri spaldones, castrarive homines vel promercij vel libidinis causa vœuerunt <sup>b</sup>) Adriani quoque, ac Antonini Pij, Diuorumque fratrum temperauere: atque ad æquum ac bonum ita redigere, vt maiorem asperitatem ac sauitiam dominorũ coercerent <sup>c</sup>, sublati & extinctis domesticis iudiciis, de quibus alio loco tractabitur. Itaque post legem Petroniam & senatusconsulta ad eam legem pertinentia, dominis potestatem ablatam fuisse Modestinus <sup>d</sup> scribit, ad bestias depugnandas suo arbitrio seruos tradere: seruo sine iudice ad bestias dato non solum qui vendidisset, verum

<sup>a</sup> l. Quod ad statum qui vltimo D. de pœnis.

<sup>b</sup> vide Xiphilinũ in Domit. & Neruæ. Suetonium in Domitiano ca. 7. l. 3. §. qui hominem & l. 4. §. idem diuus. l. 5. & n. D. ad l. Cornel. de Sicar.

<sup>c</sup> l. l. l. 2. in fi. D. de iis qui sunt sui vel alieni iur.

<sup>d</sup> l. circuncidere tr. §. j. D. ad leg. Cornel. de sicar.

rũm & qui comparasset pœna legis Corneliæ teneri: oblatõ tamen iudici seruo, si iusta sit domini querela, sic pœnæ tradi posse. ubi videndum puto te non Petroniam (quam sub Nerone latam fuisse constat, Petronio Turpilliano & Cætonio Pæto Coss. anno vrbs 813. sed alia de re, hoc est de præuaricatione & calumnia <sup>a</sup>: vt & S. C. Turpilianum, quod ab eodem consule nomen accepit) sed Pætiniã potius exaudire debeamus: vt à Pætino latam, qui consulatum cum Cassio Aproniano gesserit anno vrbs 875. Adriani principis temporibus. Adrianum profecto Spartianus refert seruos à dominis occidi vetuisse, eosque iussisse damnari per iudices, si digni essent: lenoni & lanistæ seruum vel ancillam vendi vetuisse, causa non præstita: Ergastula seruorum & libertorum tulisse: hoc est aboleuisse ac sustulisse Dominos neque per se, neque per procuratores posse saltem criminosos (hoc est nec criminosos quidem) seruos vendere, vt cum bestiis pugnent: à diuis fratribus rescriptum fuisse Marcianus tradit. <sup>b</sup> Itaque si qui Iurisconsultorum nostrorum ætate, in ludo publico (sic enim à Polliõne <sup>c</sup> nominatur gladiatorius) aut etiam in eo quem venatorium Vlpianus, <sup>d</sup> bestiarum Seneca Epistola 71. & lib. 3. de ira c. vlt. vocat, exercebantur, vt prodirent in publicum, sui que spectaculum populo præberent: ij velerant serui pœnæ, ad ferrum, itẽmque ad bestias ex delicto damnati, vel sponte serui liberive manus (vt ait idem Seneca, Epistola 37. lib. 5. id est operas) in eam rem gratis aut mercede locatas dabant: qui ipsi cum venalem sanguinem haberent (vt ait Liuius) infames habebantur, & ignominiosi: quod proximo sermone plinius demonstrabitur. Serui quantumuis criminosi & scelerati nisi per iudicem (hoc est, nisi solemniter accusati atque damnati) ludo inuiti deputari addicque non poterant ex iure constituto (id est post principum constitutiones recepto) non magis quàm grauiore alia pœna plecti, post Marci principis rescriptum ex quo etiam aduersus propriam seruum accusationem instituire cum dominus possit, Vlpianus <sup>e</sup> infert quod sequitur, & concludit hoc modo, Post hoc igitur rescriptum, accusandi necessitas incumbet domino seruum suum. Sanè Asiaticum à Vitellio venditum circumforaneo lanistæ, dilatũmque ad finem muneris, repente subreptum, & prouincia demum accepta manumissum Suetonius narrat. in Vitellio cap. 12. Adde quod temporibus Traiani, non modò noxios, sed etiam seruos in arena dimicasse colligimus, illo Pliniani panegyrici loco, quem antè indicauimus. Imo verò etiam Iurisconsultorum nostrorum temporibus (qui sub Seuero, sub Antoninis, & Alexandro florũere) seruos arenarios fuisse in potestate dominorum, à quibus postea manumitterentur: & tales operas tamen edere patronis non cogentur: quod siue periculo vitæ præstari non possent: quamuis eas in seruitute (sponte scilicet, non coacti) præstitissent dominis: ex quodã Callistrati <sup>f</sup> responõo satis colligitur: & ex illo Triphonini <sup>g</sup>, quo fugitiuum seruum qui se in arenam dederit, ne isto quidem periculo discriminis vitæ quod tantum sibi irrogat, potestatem domini euitare posse desinit: sed omnimodo eam reddendum esse domino, siue ante pugna-

<sup>a</sup> l. Abolitionem. C. ad l. Fal. de adult.

<sup>b</sup> l. Domini 42. D. de cont. emp. c. Trebell. Pollio in Claudio. d. aut damni §. quicunque D. de pœnis.

<sup>c</sup> l. Seruos. §. in fi. D. de accusat.

<sup>f</sup> l. hæc demum. 38. D. de oper. libert. g. l. vi. D. de seruis fugi.

ad bestias, siue post pugnam: ex D. Pij rescripto comprobatur. Cùm autē paria gladiatorum complura eodem die muneris produci oporteret: destinatorum ad pugnam gladiatorum & nomina & ordinem & numerum in libello munerarius palam proponebat. Quamobrem Trebellius Pollio in Claudio, de Aureolo, At ego scio (æpius (inquit) inter gladiatores bonis pugnantibus hoc nomen appositum. Habuit proxime tuus libellus munerarius hoc nomen in indice ludorum. Seneca, Epistola 119. lib. 21. Nemo qui obstericem parturienti filia sollicitus accersit, edictum & ludorum ordinem perlegit. Cicero, Philip. 2. Quid ego de commentariis infinitis, quid de innumerabilibus chirographis loquar? quorum etiam imitatores sunt qui ea, tanquam gladiatorum libellos, palam vendunt. Vnde quos apud Suetonium in Claudio. ca. 34. Destinatorum appellatio comprehendat, cognoscimus. Sauum enim & sanguinarium aded Claudium fuisse scribit, tum verò bestiariis meridianisque aded delectatum, ut præter destinatos, etiam leui subitæque de causa, quosdam committeret: de fabrorum quoque ac ministrorum, atque id genus numero, si antè αὐτομάτην vel pegma, vel quid tale alicui parum cessisset.

Ludo autem isti gladiatorio additi, olim quidem priuatorum, (ut puta lanistarum) post verò etiam pœnæ serui, præter alimenta & mercedes quotidianas, quas auferbant de publico, si fortiter depugnasset, victoresque populo placuissent, non modò cum palma discurrebant, ut ex illo Suetonij (quem antè citauimus) loco in Caligula cap. 32. intelligitur (vnde plurimarum palmarum veterem ac nobilem gladiatorem dixit alicubi Tullius: pro Rosc. Amer. & de Commodo Antonino Lapidius, in eius vita, tantum palmarum gladiatoriarum confecisse, vel victis retiariis, vel occisis, ut mille contingeret) sed etiam rude ac pileo deniq; donabantur, iussu populi aut principis, quem illi exorassent: præstitoque (ut arbitror) priuatis ipsorum seruorum dominis pretio ex viribus ærarij publici, missionem ac libertatem impetrabant: præsertim ex Augusti lege, qui gladiatores sine missione (hoc est sine spe missionis, ut in libris nostris<sup>a</sup>, sine calumnia, id est sine calumniæ metu) edixit prohibuit, ut Suetonius in Octauio cap. 45. auctor est: quò etiam aspexerit Seneca Epist. 37. lib. 5. epist. cùm non uti gladiatores submissis armis & exorato populo missionem, atque aded vitam ac libertatem impetrant, ita reliquos homines posse mortem effugere tradit: nam posteaquam de gladiatoribus ita loquutus est, Illis licet arma submittere, misericordiam populi tentare: subiicit deinde, Tu neque submittes, nec vitam rogabis Recto tibi iniustoque moriendum est. Quid porrò prodest paucos dies aut annos lucri facere? sine missione nascimur. ex quo nunc demùm intelligi posse arbitror, quid sit, quod Marcianus, lib. 4. sub init. D. de legatio. Arena missum, non iure legatum mitti, ex imperatorum rescripto tradit: Nam arena missum, non arenarium equidem (ut quidam faciunt) de quo nulla est dubitatio: sed eum qui olim arenarius, id est, gladiator fuerit, nunc verò missionem à ludo impetrarit, accipiendum censo: & hunc à legationis munere atque

<sup>a</sup> l. auxiliu.  
s. j. D. de  
minor. iun  
sta l. iure.  
C. ad le. iu.  
de adult. &  
facit. l. vlt.  
D. de pu.  
blic. iud. l.  
2. C. de ca.  
lumniato.

atque officio prohiberi, quò prioris conditionis infamiâ laboret. Rursum quod ait Seneca, Sine missione, hic quoque sine spe missionis interpretor: ut altero eiusdem auctoris loco, controuer. 29. lib. 5. vbi de gladiatoribus, Quædam feræ tela omnia commordent, & ad mortis auctorem per vulnera sua ruunt. Abscissa missione gladiator (id est, cùm ita se vulneratum esse videt, ut frustra de missione impetranda cogitet) quem armatus fugerat, nudus insequitur. Et istius quoque missionis gladiatoris Quintilianus in gladiatore declamat. 9. meminit: vbi, Duxit me ad munerarium, iudices (sic lego, non iudicis) quas ego illius preces quam pertinaces lachrymas, quam miserabilem obtestationem vidi? Nemo vnquam sic rogauit missionem. & postea, Nec difficilem tamē sub illo præsertim auctoramento habuisset missionem, sed noluit gladiator viuere. Ad istam præterea missionem pertinet, quod Suetonius Claudium principem tradit, cap. 21. essedario gladiatori pro quo quatuor filij deprecabatur, magno omnium favore indulgisse rudem: quod Quintilianus in argumento declamationis<sup>a</sup> 302. Quidam (ait) ut patrem sepeliret, se auctorauit: sed die muneris productus, sub titulo cauliæ rudem postulante populo accepit, &c. quod Opilium Macrinum gladiatoriam pugnam exhibuisse, & accepta rude ad Africam isse, Capitolinus narrat: in Macrino. quod Iuuenalis de Sergio adamato ab Hippia, sic ferè cecinit, lib. 2. Satyrar. 6.

*Sed gladiator erat: facit hoc illos Hyacinthos*

*Hoc pueris patriæq; hoc prætulit illa forori,*

*Atque viro: ferrum est quòd amanti: hic Sergius idem,*

*Accepta rude, cœpisset Vejicato videri:*

& alibi, Satyra 7. siue lib. 3.

*Ergo sibi dabit ipse rudem, si nostra mouebunt*

*Consilia, & Vita diuersum iter ingredietur.*

Porro si non iusta missione, post quinquennij lapsum, quo pilleari solebant, impetrata: rude tamen accepta, post triennium (quo elapso, quantum assequi coniectura possumus, & si nondum ab arena missionem plenamque libertatem impetrassent: ad depugnandum tamen inuiti non cogebantur) nihilo minus auctorari se rudiari nonnunquam, vel pacta mercede, ac in arenam iterum produci patiebantur: ut Horatius eo carmine quod mox proponetur, innuit. Et rudiarios quidem reuocatos auctoramento centum millium, à Tiberio in patris munere, superius ex Suetonio dictum est: id auctoramentum gladiatorium tale erat, ut, vri, virgis, ferròque necari, se passuros esse promitterent: alioquin etiam inuitos adigere liceret, qui auctoramento ad gladium rogati forent: id quod adducis Senecæ, Horatij, & Petronij Arbitri locis, alij nuper demonstrarunt: cap. 20. lib. 2. aduersar. Turneb. quibus hoc tantum addi velim, quod de isto auctoramento, Seneca Epist. 37. & declam. 4. lib. 10. idem alibi, & Tertullianus in lib. de spectaculis, memorant: hic quidem his verbis, Imò qui propter homicidæ pœnam probandam ad spectaculum veniat, idem gladiatorem ad homicidium flagellis & virgis compellat inuitum: &c. Ille verò istis, Eadem honestis-

<sup>a</sup> Auctora-  
tus ad sepe  
liendum  
patrem.

simi huius, & illius turpissimi auctoramenti verba sunt, vri, vinciri, ferroque necari: ab illis qui manus arenæ locant, & edunt ac bibunt, quæ per sanguinem reddant, cauetur vt ista vel inuiti patiantur: à te vt volens libensque patiaris. hoc auctoramento autem qui gratis nulla spe mercedis propofita sponte depugnabant gladiatores (nisi me coniectura fallit) rogari non solebant: quòd eorum qui manus arenæ locarent quæstus & mercedis gratia, non eorum qui damnarentur ad ludum, aut qui alioqui sponte dimicarent, fuisse proprium videtur: huc pertinet quòd Asinius Pollio Epist. 32. lib. 10. epistol. Ciceronis familiar. ad Ciceronem de Fadio quodam Pompeiano milite scribit, ludis gladiatoris (quos Balbus quæstor Gadibus dederat) quia cum depressus in ludum bis gratis depugnasset, auctorari sese nolebat, & ad populum confugerat: inde abreptum atque abstractum, postea defossum in ludo, & viuum combustum esse. Quemadmodum autem gladiatores qui vicerant, & honorabantur in arena, tum etiam impetrabant rudem ac pileum, & ab illo denique auctoramento soluebantur: ita victi aut libenter peribant, aut verò submittebant arma, misericordiam populi tentabant, vitam denique rogabant (vt est apud ipsum Senecam Epist. 37.) quo facto tum quoque aut gladium ferrumque recipere (vt ex Cicerone alibi docuimus in comment. ad L. Nemo potest. 70. D. de reg. iur.) hoc est manum mittenti ac ferienti aduersario iugulum præbere iuebantur, & vel collum turpiter decumbentes contrahebant, vel ferrum non subducta ceruice nec manibus appofitis sed animosè recipiebant, aut à populo exorato (ad quem solebant, vt ait noster Seneca, Epist. 118. victi prouocare) in arena ipsa vitam denuò pugnatu obtinebant: quæ omnia his potissimum locis illustrare iuuat. Suetonius de Caligula, cap. 27. Votum exegit ab eo (inquit) qui pro salute sua gladiatoriam operam promiserat: spectauitque ferro dimicantem, nec dimisit nisi victorem, & post multas preces. Idem Suetonius de Claudio ca. 34. Imperatore, Quocumque gladiatorio munere, vel suo vel alieno, etiam fortè prolapsos iugulari iubebat, maxime retiarios: vt expirantium faciem videret. Seneca, lib. 1. de ira cap. 2. Quid de gladiatoribus? quare populus (ait) irascitur, & tam iniquè, vt iniuriam putet quòd non libenter pereunt: contemni se iudicat: & vultu, gestu, ardore, de spectatore in aduersarium vertitur. Idem auctor hanc spectantis gladiatores populi Ro. orationem alio loco Epist. 7. lib. 1. proponit, Occide, vre, verbera: quare tam timidè incurrit in ferrum? quare parum audacter occidit? quare parum libenter moritur? subiicit deinde, Plagis aguntur in vulnera, & mutuos ictus nudis & obuiis pectoribus excipiunt. Et alibi hoc Ciceronis dictum retulit, lib. 1. de tranquill. vitæ cap. 11. Gladiatores, ait Cicero, inuisos habemus, si omni modo vitam impetrare cupiunt: fauemus, si contemptum eius præ se ferunt. Idem euenire nobis scias, &c. Ciceronis ex orat. pro Milone. autem verba sic habent, Etenim si in gladiatoris pugnis & in infimi generis hominum conditione atque fortuna, timidos & supplices, & vt viuere liceat, obsecrantes etiam odisse solemus: fortes & animosos, & se

se acriter ipsi mortì offerentes seruari cupimus: eorumque nos magis miseret qui nostram misericordiam non requirunt, quàm qui illam efflagitant: quanto hoc magis in fortissimis ciuibus facere debemus? & alibi li. 2. Tusc. de gladiatoribus, Quomodo illi qui bene instituti sunt, accipere plagam malunt, quàm turpiter vitare: quàm sæpe apparet nihil eos malle, quàm vel domino satisfacere vel populo? mittunt etiam vulneribus confecti ad dominos, qui quærant quid velint, si iis satisfactum non sit, se velle decumbere. Laetantius denique, de vero cultu li. 6. diu. Institut. ca. 20. hac ipsa de re agens, ita loquitur: *Hos tamen ludos vocant, in quibus humanus sanguis effunditur: adeò longè ab hominibus secessit humanitas: vt cum animas hominum interficiant, ludere se opinentur: nocentiores his omnibus quorum sanguinem voluptati habent. Quæro nunc an possint py & iusti homines esse, qui constitutos sub ictu mortis, ac misericordiam deprecantes, non tantum patiuntur occidi, sed efflagitant, feruntque ad mortem crudelia & inhumana suffragia: nec vulneribus satiat, nec cruore contenti. Quin etiam percussos iacentesque repeti iubent, & caudera ictibus dissipari: ne quis illos simulata morte deludat. Irascuntur etiam pugnantibus, nisi celeriter è duobus alter occisus est: & tanquam humanum sanguinem sitiunt, oderunt moras. Alios illis compares dari possunt recentiores, vt quàm primum oculos suos satient. Hac consuetudine imbuti, humanitatem perdididerunt.* Ex quibus omnibus, nunc demùm perspicuè intelligi potest (nisi fallor) quòd tamen obscurum satis optimi quique interpretes hætenus existimarunt (certè non declararunt) illud Horatij Epist. 1. lib. 1. de se loquentis ad Mæcenatem, tanquam de gladiatore lanistæ seruo: aut eo qui se, cum olim pretio ad gladium auctorasset, missione impetrata, iterum auctoramento nouo rogabatur, & euocabatur ad ludum: vt emeriti singulari virtute viri domino in militiam interdum acciri solent: nam ita poeta cecinit,

*Spectatum satis, & donatum iam rube, quæris*

*Mæcenas antiquo iterum me includere ludo:*

*Non eadem est ætas, non mens: Veianus armis*

*Herculis ad postem fixus, latet abditus agro:*

*Ne populum extrema toties exoret arena.*

Ac rudem quidem scipionem esse, quæ lanista liberandis gladiatoribus gerat, ex Charisio ad Ciceronem eruditissimus Turnebus li. 16. aduers. cap. 8. annotauit: idem illud, Veianus armis Herculis ad postem fixis, quid esset, alibi cap. 9. lib. 6. aduers. doctè ac feliciter more suo exposuit: sed de Herculis æde dubitanter ex Varrone non nihil protulit: quòd ipse operæ pretium facturus videor, si auctoritate Vitruuij aduocata illustrauro: is, vbi de ædilibus sacris, ita scribit: lib. 1. cap. vlt. Herculi in quibus ciuitatibus non sunt gymnasia, neque amphitheatra, ad circum: & ostendit vel in gymnasiis (in quibus athletæ) vel in amphitheatris (in quibus gladiatores aut bestiarum) vel in circo siue hippodromo, in quo equi curules spectaculum populo præberent, Herculis ædem aut sacellum aliquod fuisse: ad quòd munere suo defuncti, artis



a ad l. de  
 origin. iur.  
 in app. di.  
 Cōmen. ad  
 tit. de reg.  
 iur.  
 b li. 35. vide  
 & de euo:  
 casis apud  
 eundē lib.  
 47.  
 c li. 3. de bel  
 lo ciuili. ibi  
 Euocatorū  
 circiter  
 duo millia  
 quæ ex be  
 neficiariis  
 superiorū  
 exercituū  
 ad eum cō  
 uenerat &  
 erat Crassi  
 nus euoca-  
 rus in exer  
 citu Cæsa  
 ris, qui su  
 periore an  
 no apud eū  
 primipilū  
 in legione  
 x. duxerat,  
 &c. & lib. 1.  
 multi vn  
 diq; ex ve  
 teribus pō  
 peij exerci  
 tibus spe  
 premioū  
 atq; ordi  
 num euo  
 cantur.  
 d. Ia. Cula  
 ca. 10. li. 7.  
 obser. A.  
 dria. Tur  
 neb. c. 9. li.  
 1. aduersi  
 qui de euo  
 cati alios  
 locos nota  
 rūt: quibus  
 addantur  
 & hi ex Sue  
 tonio in  
 Galba c. 10  
 & Tacito  
 li. 17. & Hirt  
 io, de bel  
 lo Africa  
 no.  
 e l. Dire  
 ctis. C. de  
 test. manu.  
 l. vnica. 5.  
 Sed & qui  
 domini. C.  
 de Latina  
 liber.

instrumenta suspendere solerent. Porro autem rude donatos à lanista  
 gladiatores cum liberarentur ait Charisius, exemplo cæterorum seruo  
 rum (vt arbitror) quibus à listore olim iussu magistratus imposta vin  
 dicta siue festuca concedebatur plena libertas, id est ciuitas Romana  
 (quæ de re fusiis alibi ad Pomponium diximus<sup>a</sup>) aut potius exemplo  
 veteranorum militum: quos emeritis stipendiis rude donatos: antiqui  
 tus argumento est illud poetæ festiuisissimi Martialis ex lib. 5. epigr. 83.  
 quod adseribam: nisi quis ad ipsos gladiatores referendum censuerit,  
 in quibus & tyronum & veteranorum nomine quidam, vt in militibus  
 delignabantur: vnde Hirtius lib. 1. de bello Africa. ita scribit: *Cæsar cō  
 tra eiusmodi hostium genera, copias suas non vt Imperator exercitum ve  
 teranum victoremq; maximis rebus gestis, sed vt lanista tyrones gladiato  
 res condoceretur, quo pede se reciperent ab hoste, & quemadmodum ob  
 uersa aduersariis & in quantulo spatio resisterent, modo procurrerent, modo  
 recederent, &c.* vnde Quintilianus declam 9. alicubi, *Alebat deuotum  
 corpus (inquit) grauior omni fame sagina, & inter noxa dedit a mancipia  
 contempnissimus tyro gladiator: & ad omnes impetus excipiebatur ve  
 rani gladiatoris astus, omnes conatus contra se erant.* Sed ait poeta,  
*Hoc per triginta merui Fabiane Decembres,  
 Vt sim tyro tua semper amicitia?  
 Hoc merui Fabiane, toga tritaque meaque,  
 Vt nondum credas, me meruisse rudem?*  
 Euocati sanè veterani (quorum Romæ certum sub Augusto corpus at  
 que collegium fuit) centurionum exemplo, vitæne an rudes aut vit  
 gas ferebant: quas Dio <sup>b</sup> *παίδες* nominat, hac de re sic fere scribens:  
*ἀναλιπτόν ἰδὸν οὐσῆμα παίδους φέροντες, ὡσπερ οἱ ἐκατόνταρχοι* credo,  
 quod à militia dimissi ei militiæ non amplius nomen dare cogentur:  
 euocati tamen plerique militaribus aut etiam duplicibus stipendiis, a  
 listisque commodis, nonnunquam & sponte ducem aliquem in ca  
 stra sequerentur, etiam ante Augusti tempora, vt ex quodam  
 Cæsar's loco <sup>c</sup> (quem tamen alij <sup>d</sup> non notarunt) satis apertum  
 est.  
 Planè quemadmodum cæteri serui cum libertatem testamentariam  
 acciperent, libertique Orciui fierent, pileum raso capite ferebant (cu  
 ius moris, vt Plautum, Dionysium, Appianum, Plutarchum, Quin  
 tilianum, & eius generis complures auctores alios omitam, no  
 stris quoque in libris sit mentio <sup>e</sup>) ita gladiatores, cum à ludo mil  
 itationem impetrarent, non modò rude: sed, si accepta ea ludo ta  
 men & populi voluptatibus adhuc per biennium integrum operam  
 dare cum discrimine capitis, quàm in prioris domini potestatem at  
 que mancipium redire maluissent: tandem pileo quoque hoc est li  
 bertate (nisi forsitan ob aliquod facinus à magistratibus ad ludum  
 dati: qui nihilominus in fisci seruitutem reciderent, vt dicemus po  
 steà) donabantur. Ergo Tertullianus in libr. de spectaculis cap. de  
 munere. Et qui insigniori cuique homicidæ leonem poscit, idem  
 gladiator atroci petat rudem, & pileum præmium conferat. Ergo  
 Vlpia.

Vlpianus noster libro octauo de officio proconsulis, sub titulo de abi  
 geis, Rescriptum D. Adriani sic loquitur (inquit) quasi grauior pœ  
 na sit metalli: nisi fortè hoc sensit D. Adrianus, gladij pœnam dicen  
 do, ludi damnationem. Est autem differentia inter eos qui ad gladium  
 & eos qui ad ludum damnantur: Nam ad gladium damnati confestim  
 consumuntur: vel certè intra annum debent consumi: hoc enim man  
 datis continetur. Enimuerò qui in ludum damnantur, non vtique con  
 sumuntur, sed etiam pileari & rudem accipere possunt post interual  
 lum: si quidem post quinquennium pileari: post triennium autem,  
 rudem induere eis permittitur: quæ Vlpiani verba, cum à Pande  
 ctis nostris absint, magno quidem & incomparabili P. Pithcei acutissimi  
 Iuriconsulti, veterumque schidarum indagatoris sagacissimi, atque  
 adeò repertoris felicissimi beneficio, in vetusta membrana blattis ac  
 tineis erepta, tit. 11. fragmentorum nuper ipsius Pithcei iussu, edito  
 rum, deprehendimus. Neque verò dubitamus quin ea Vlpiani pura  
 pura sint, ex eodem libro titulo ac loco, ex quo caput primum D. de  
 abigeis, desumptum est: sed ex mente Iustiniani (qui Constantini re  
 scriptum de gladiatoribus penitus tollendis approbauerat, & codici  
 suo inferendum curauerat) à Triboniano ita interpolatum ac defor  
 matum, vt expunctis ob eam rem ludi gladiatorij, rudis, ac pilei, cæte  
 risque ad ludum pertinentibus vocabulis: ne Vlpianus quidem ipse,  
 suam de Adriani rescripto sententiam, inde hodie possit elicere. Nam  
 quod abigeos<sup>a</sup>, cum durissimè puniuntur, ad gladium damnari so  
 lere illo rescripto contineri ait: hoc & si ex mente Iustiniani sic de  
 ber accipi, vt gladij nomen summum supplicium (id est, capitis am  
 putationem atque decollationem) significet: attamen Adrianum de  
 leuiore pœna, quàm sit decollatio, sensisse: illa quoque indicant,  
 quæ subiicit, Quamquam autem D. Adrianus metalli pœnam, item  
 operis vel etiam gladij præstituerit, &c. adde quod si decollatione  
 sensisset Adrianus: non ad gladium damnari, sed gladio animaduer  
 tu dixisset, aut puniri: Mouet deinde, quod ex Vlpiano antea dixi  
 mus, Rescriptum istud sic loqui, quasi grauior pœna sit metalli. Et  
 sanè rescripti verba ita se habent, Ideoque puto apud vos quoque  
 sufficere genus pœnæ, quod maximo huic maleficio inrogari solet: vt  
 ad gladium abigei dentur: aut si quis tam notus & tam grauis in abi  
 gendo fuit, vt prius ex hoc crimine aliqua pœna adfectus sit: hunc in  
 metallum dari oportere. In quibus pro Maximo, non Maximè (vt  
 aliis placere video, quo significetur vt plurimum: quod satis ex il  
 lo, Solet, intelligitur) sed Maximum repono: vt ad genus pœnæ  
 referatur, & ad gladium scilicet, ad quem traduntur abigei, cum  
 durissimè (vbi frequentius est hoc genus maleficij) puniatur,  
 quemadmodum antea dixerat. Quamquam autem Adrianus metal  
 li pœnam, item operis (scilicet publici, non modò metallici) vel  
 etiam gladij præstituerit: attamen qui honestiori loco nati sunt,  
 non debere ad hanc pœnam pertinere, sed aut relegandos esse aut  
 remouendos ordine, Vlpianus illo in loco scribit: hac exceptione ad  
 L

a l. sub ini  
 tum. D. de  
 abigeis.

dita, Romæ tamen etiam bestiis subiici abigeos videmus: id nimirum intelligens, cum extraordinem de criminibus cognoscatur, & extraordinem poenæ grauiore infigantur: quemadmodum ex Adriani epistola, grauior solitis ac vsitatis ludi vel operis publici poenis, metalli poena inducta est: ita (crescente, vt fit, audacia numeroque abigeorum) durius hodie quam gladio, id est, ludo gladiatorio vel opere: vt olim durius etiam interdum, quam metalli poena (de qua in eo Adriani rescripto agitur) abigeos plecti: & ad vltimum vique illud bestiarum supplicium aduersus humillimi scilicet loci homines, non item honestiores procedi. Cæterum ludi gladiatorij poena infimæ vel mediocris conditionis homines (pro vt deliquissent) affici Romæ quoque solitos, ipsius Vlpiani temporibus, est verisimile: qua ludi poena, & si nullam vltiorē scelera nouisse, eiusque ad comparationem ergastulum leue esse, oratorio vel declamatorio more quidam apud Quinctilianum in gladiatore declam. 9. pronunciet, iure tamen ac merito ipsa cum metallo & deportatione in mediocrium numero censetur (quemadmodum ex Pauli tit. 17. lib. 5. sententiarum, huius tractatus initio cap. 6. huius libri, docuimus) sed ita: gladiatorium tamen vt ludum deportatione grauiorem, metallo leuiorem fuisse conueniat. Quid ita? inquit: Quoniam ad ludum scilicet gladiatorium damnati, post quinquennium pileari: post triennium rudem induere poterant: vt ex illis Vlpiani veteribus fragmentis<sup>a</sup> paulo antè recitauimus: In metallum autem damnati etsi valetudine aut ætatis infirmitate inutilis operi faciundo deprehenderentur, etiam post D. Pij rescriptum ita demum à præside dimittebantur, si modò vel cognatos vel affines haberent & non minus decem annis poena sua functi essent: Idque Modestinus l. in metallum 22. D. de poenis, scribit: quod & in damnatis opere metallico locum habuit: cum non sit diuersa operis & metalli poena, nec à datis in metallum, opere metallico dānati, atia in res (aut ore Vlpiano<sup>b</sup>) distent: quam quòd leuioribus quam illi vinculis premantur, & quòd refugæ metalli vltimo supplicio afficiuntur, refugæ operis non morti sed poenæ metalli subiiciuntur: vt Callistratus etiam tradit.<sup>c</sup> Quid de ludo venatorio dicemus? in eum, vt in metallum & opus metalli seruos dari soleat: & statim quam damnati fuerint poenæ seruos effici, Vlpianus tradit: nec dubito quin de gladiatorio idem ipsum, Iuriscōsultus eò loci definisset, sed gladiatorij nomen Tribonianus ob eam, quæ à me superius notata est, rationem expunxit. Vtrum igitur venatorij ludi seu ludicræ (vt Pollio<sup>e</sup> loquitur) venationis poena grauior olim an metalli fuit? Et grauiorem fuisse aut periculosiorem gladiatorio venatorium ludum (cum hoc ludi nomine vterque censeretur) non habeo cur existimem: quoniam qui ad bestias dabantur, eos ab Vlpiano f. nostro, cum illis copulatos vidēo, qui traditi ad ferrum essent depugnandi causa: vt & manumitti: & si non ciuitatem (quando lex Ælia Sentia id vetabat) libertatem tamen aliquādo sperare vtrique potuerint. Obiectos profectò bestiis, præter quam quòd vitæ discrimen promptius adibant, surrecti ad stipitem (qua de re superius cap. 7. egisse

<sup>a</sup> tit. n. de abigeatori. in fragm. in Pithœa.

<sup>b</sup> l. Aut dā num. §. inter eos. co. tit.

<sup>c</sup> l. Cognitionū in fi. D. de var. & ext. cog. d. l. Aut dā nū. §. Quicunque in iudum.

<sup>e</sup> Trebellius Pollio in Gallienis. in fragm. instit. tit. 1. de liberr. §. de ditionū

merecorder) eos consumi tandem à bestiis vel certè intra annum: quemadmodum ferro eos qui ad ferrum aut gladium darētur (vt apud Paulum lib. 5. senten. tit. 17. de abolit. est) & si semel aut iterum atque adeò sæpius præsentissimum istud periculum euassissent, oportuisse crediderim forsitan etiam horum vtroque hætenus nonnunquam honoratos in arena: vt palmam coronamve de more venatorum aut gladiatorum acciperent, id est, eorum qui operas ad alterutrum ludum locassent (teste Vlpiano<sup>a</sup>) aut ad eum damnati essent: verumtamen ferro aut bestiis additi, non ad ludum dati gladiatorium, neque rudem aut pileum (quod sciam) neque verò veniam vlla populi acclamatione à magistratibus vnquam impetrabant, non modò post triennium aut quinquennium, vt gladiatores: sed ne post decennium quidem, vt metallici. Quid venatores in ludum scilicet venatorium dati poenæ causa? Et quamquam de ipsis Vlpianus non loquatur, vt de gladiatoribus: propterea quòd gladij modò vocabulum, quid sonaret in Adriani rescripto, exponere voluit: attamen non minus quam gladiatores, & rude pileo ve donatos, & à ludo poenali que ista militia dimissos, verius putem: atque arena missorum nomine, tam bestiarios quam gladiatores (cum vtrique in arena depugnarent) ludi seruitute liberatos apud Marcianum<sup>b</sup> nostrum intelligi: præsertim cum ludum generaliter, ac sine distinctione venatorij vel gladiatorij Paulus in supra d. tit. 17. de abolitio. in mediocrium poenarum numerum ita referat, vt à summis suppliciis seernat: & verò qui nummos aureos raserint, tinxerint, sinxerintve, si quidem sint liberi, ad bestias dari: si serui, summo supplicio affici debere Vlpianus disertè<sup>c</sup> pronuntiet: ad bestias siue ad venatorium ludū datos melioris conditionis esse, quam vltimo quolibet supplicio damnatos haud dubiè significans: ideoque ipse quoque Marcianus de vltimo supplicio (quod mortem interpretamur) intelligens dixerit, d. Capitis poenam esse, non ad bestiarum ludum, aut ad bestias depugnandi causa dari: sed vel bestiis obici, vel alias similes poenas pati (quæ vitam scilicet adimant) vel animaduerti: scilicet capite. Quamobrem, vel de damnatis ad ludum venatorium (vt scilicet ante tempus quinquennij legitimum exactum, nec omnino dimitti ac liberari: nec verò inconsulto principe Romam transmitti debeant) accipiendum illud est, quod Modestinus; <sup>e</sup> Ad bestias (inquit) damnatos fauore populi præsidēs dimittere non debent: sed si eius roboris vel artificij sint, vt dignè populo Romano exhiberi possint, principem consulere debent: vel de iis qui sic ad bestias damnati essent, vt aut confestim aut intra annum consumendi sine spe missionis ac veniæ, nisi principalis, ipsis obicerentur: atque hos nimirum vtpote vltimo supplicio damnatos (nam & vbi Paulus lib. 5. sent. tit. 24. iuncta l. pen. §. qui alias D. ad leg. Pomp. de parr. ad bestias datorum vocabulo, bestiis obiecti designantur) non modò à præside liberari & poena omnino solui (hoc enim alio quoque in loco d. l. in metallum 22. D. de poenis, apud ipsum Modestinum, est, dimitti) ex acclamatione populi prouincialis non posse, scripserit Iuriscōsul-

<sup>a</sup> l. 1. §. bestias. D. de postulatio. vide & Pol lionem in Gallienis.

<sup>b</sup> l. 4. in prin. D. de legatio.

<sup>c</sup> l. quicunque D. ad leg. Corac. de falsis.

<sup>d</sup> l. Respicendum, in fine. D. de poenis.

<sup>e</sup> l. ad bestias. D. de poenis.

tus (aliter atque in ludum venatorium datos) & si victores populo confectis bestiis placuerint: sed ne transmitti quidem ex provincia vel in alteram provinciam, vel in urbem Romam debere, vt in bestiario spectaculo exhibeantur: nisi consulto & permittente principe: qui tamen ipse sibi exhibitos (sive vt bestiis obiicerentur, sive ad eas depugnandas damnatos) liberare petentibus popularibus, pro imperio poterit: vt de Androdo quodam Daco seruo fugituo ad bestias dato, ex Appionis historia Gellius retulit. ca. 14. lib. 5. Nam quod Ignatius Antiochenæ ecclesiæ tertius post B. Petrum Apostolum Episcopus, commouente persecutionem Traiano damnatus ad bestias, Romam victus missus dicitur ab Hieronymo, in catalogo script. eccle. id (opinor) ex illo Iuriconsulti responso, ita exponendum est, vt modò diximus. Cæterum, non damnatos ad bestias (hoc est ad bestiarium aut venatorium ludum) dimitti non potuisse: sed tantum eos qui sic in arenam poenæ causa dati essent, vt obiicerentur bestiis: hos verò etiam intra annum consumi debuisse dixi, conditionis eorum similitudine commotus, qui essent ad gladium dati: qui vel confestim vel intra annum vt consumerentur, mandatis cautum fuerat, id quod ex illis Vlpiani fragmentis, antè docuimus. Et Paulus quoque in sententiis receptis disertè scribit. Ex quo sequitur (nisi fallor) vt, quomodo gladiatorium (teste Vlpiano) sic etiam venatorium bestiarium ve ludum, leuiorem metallo poenam antiquitus habitam fuisse, defendi possit: contra verò qui sic damnaretur: vt ferro additi aut obiecti bestiis, illico vel intra annum consumendi essent: in eos durius (vt pote ultimo supplicio) animaduersum, quàm si darentur in metallum: propterea quod hæc poena, non in extremis, sed in mediocribus & secundi gradus capitalibus poenis computetur. <sup>a</sup> Porro autem (auctore Vlpiano <sup>b</sup> & Paulo <sup>c</sup>) ad bestias damnationis poenam, inter vltima supplicia, quæ vitam adimunt, connumerare possumus: si de illa intelligamus, quam is patitur qui consumendus bestiis obiicitur: cui similem eum, qui ad gladium daretur esse diximus: de quo ibidem Vlpianus mentionem facit. Illud etiam notandum, quod venatores seu bestiarios auctoratos equidem antiquitus fuisse non reperio: sed gladiatores quidè auctoramento ad gladium rogari, aut ad gladium damnari, darique: bestiarij verò aut in arenam dari damnariq; ad bestias, aut suas ad depugnandum eum bestiis operas locare dicebantur: idque collatis nostrorum aliorumque auctorum locis, quæ aut indicauimus isto capite aut proximo sermone proponemus: verum esse, nemo non statim sentiet.

Igitur hæc superioris disputationis summa esto: Cùm duplex olim ludus fuerit, ad quem vel damnarentur noxij: vel infontes, operas locaret: venatorius & gladiatorius, rursum cùm duplex fuerit gladij poena: vna eum quis ita gladio damnabatur, vt ei caput amputaretur à lictore sive carnifice, cui nomè decollatio: altera eum quis ad ludum gladiatorium dabatur, aut cùm ad gladium sine ferrum damnabatur: ita vt in gladiatorio ludo decertare ferròq; de vita dimicare cogeret: quæ poena gladius ludi vocabatur: vnde Capitolinus de Maerino <sup>d</sup>, Seruos qui à domi-

<sup>a</sup> I. capitalium in prin. de poenis & vide Paulum in suprad. loco. <sup>b</sup> l. si quis filio 6. §. sed & si quis. D. de iniust. rup. & irrito facta. <sup>c</sup> l. Qui vltimo. 29. D. de poenis.

<sup>d</sup> in O. illi Maerini vlt. ca.

nis fugissent (ait) repositos ad gladium ludi deputabat: qui gladio, qui sic, vt obiecti consumerentur ad bestias: qui denique ad gladium dantati erant (de traditis sine iudice non loquimur, quoniam id post legem Petroniam, sive Patiniam fieri desitum) eos nec ex populi quidem acclamatione, nisi à principe, veniam aut missionem impetrare: sed vel statim, vel intra annum consumi solitos: nisi quòd ad bestias & gladium damnatos, pro ad ludum venatorium aut gladiatorium datis, interdum, sed <sup>a</sup> vt apud Vlpianum <sup>b</sup> & in illo Adriani rescripto accipimus. Ad ludum autem gladiatorium damnatos expleto tempore legitimo, postquam fortiter depugnassent: à magistratu etiã inconsulto principe, dimitti ac liberari potuisse cenleo: perinde atque damnatos in metallum, poena sua per decennium functos (de quibus apud Modestinum agitur <sup>c</sup>) & ita quidem seruitute poenæ, cui mancipati fuerant cùm in metallum, aut ludum darentur (auctore Vlpiano <sup>d</sup>) post tempus legitimum utroque liberari: vt qui ante poenam seruilis conditionis erant, nec in prioris domini mancipium & potestatem redeant: neque verò libertatem statim adipiscantur, sed fidei efficiantur, illa poenæ seruitute sive à magistratu, sive principis indulgentia liberati, vt idem iuriconsultus <sup>e</sup> admonet: qui verò ante poenam erant liberi & ciues, eos nisi restitutos in integrum à principe aut senatu, non iura ciuitatis pristina neque libertatem recuperare: sed ita, vt fidei fierent, ac Cæsaribus, qui posset eos manumittere, poena tantum illa dimitti solitos existimo: nisi tamen id nominatim, aut ipsa magistratus sententia, aut principis aliquo rescripto prohiberetur: vt illo (verbi gratia) quo Constantinus Imp. plagiaris poenas solito grauiore præstituit <sup>f</sup>, ad Celsum vicarium Africæ scribens, ipso Augusto 4. & Licinio 4. Coss. anno vrbs M. L X V I I. vt qui antea metallo & cæteris mediocribus poenis (vt puta deportationi ludòve gladiatorio) addicebantur, ex iis, Seruus quidem vel libertate (post gladium scilicet admissum, sic enim explicio) donatus, bestiis primo quoque munere obiiciatur: liber autem (sive ingenuus, sive libertinus esset, cùm se plagij scelere astrinxit) sub hac forma in ludum detur gladiatorium: vt antequàm aliquid faciat, quo se defendere possit, gladio consumatur. Quæ verba (quoniam in ipsis gladiatorij ludi mentio fit, decem post annis & quod excurrit, ab eodem principe sublata <sup>g</sup>, Anicio Paulino & Cætonio Iuliano Coss.) ita sunt à Triboniano immutata, vt nò ad ludi hodie, sed ad carnificis gladium referri oporteat: vbi Iustinianus <sup>h</sup> sub Constantini nomine, Seruus quidem vel libertate donatus (inquit) bestiis subiiciatur: ingenuus gladio consumatur. hinc autem animaduersione dignum esse iudicauimus: quod cùm postrema verba rescripti eius initio (in quo de metalli poena imperator loquitur, quæ gladio mitior est) in speciem aduersa sint: frustra se Accursius, frustra se ipse quoque Aleiatus <sup>e</sup> 23. lib. 1. parer. torquet, in utroque loco exponendo: vt ipsum sibi Constantinum planè concilient: itaque ille quidem principium de nobilibus, finè de ignobilibus: hic verò non multò melius principium de ciuibus, finè de peregrinis, qui iure ciuitatis earent,

<sup>a</sup> de hisce sisse Iurisc. arbitror in l. 6. si quis §. sed & si quis. D. de iniust. rest. <sup>b</sup> d. l. qui cū que. D. ad le. Cornel. de fall. <sup>c</sup> d. l. in metallum. 22. D. de poen. d. l. aut dānum §. vlt. cod. tit.

<sup>e</sup> l. generaliter. §. si fecerit. D. de lib. iuncto. §. vlt. d. l. aut dānum.

<sup>f</sup> l. plagiaris ad leg. Fab. in co. Theod.

<sup>g</sup> d. l. vnica C. de gladiator. li. 11 h. l. vlt. C. ad leg. Fabiam de plagiar.

accipit: deceptus, inquam, vterque vnus verbi scriptura, ex vnus tantum literula defectu vitiosa, diuinariam præter verba & sine exemplo vel auctoritate solutionem atque distinctionem adfert: sed si ex fide Theodosiani codicis, pro, Teneantur (quod est in ipso initio) Tenebantur, vna literula injecta restitueris, huic te labori eximes: & initium de veteri iure (quo plagiarij dabantur ad metallum) finem de iure nouo (quo in eius poenæ locum, à Constantino grauior, vt in abigea tu factum ab Adriano supra docuimus, & in alijs plerisque vsuuenit, gladij poena subrogatur) omnino rectè interpretaberis: id quod, cum superiora iam excrispissimè, & Franciscum Duarenum cap. 20. lib. 2. disputat. annuerit. adnotasse: ac multo antè ipsi etiam (quisquis est) Viuiano, casuum (vt vocant) formatori suboluisse reperi. Sed rursus idem Constantinus, qui metalli poenæ, vltimam gladiatorij ludi poenam substituerat in plagiarijs, postea quibuscumque noxtis, pro gladij poena, leuius quidem (vt monui supra) aut, etsi ludo gladiatorio grauius, certè tamen sine sanguine, metalli supplicium infligi voluit: ea scilicet constitutione, cuius initium ex Iustiniano codice l. vnica, C. de gladiat. li. ii. in extremo superiore sermone protulimus, finis verò ex Theodosiano codice si suppleatur, id apparebit, quod modò diximus: Eos (ait) qui fortè delictorum causa hanc conditionè atq; sententiã mereri consueuerant, metallo magis facies in seruire, vt sine sanguine, suorum scelere poenas agnoscant. Porro ad plagij poenas quod attinet (ad has enim à quibus deflexeram, redeo: vt ipsarum cõmemoratione salte improbiori furto isti deditos, ab his nostris laboribus absterream: & quod alij non attingunt ipse deliquem) ante Constantinum plagiarij, cum legitima poena iam dudum obsoleuisset, metallo quoq; ac alijs capitalibus (vt antè dixi) medioeribus poenis plecebantur: sed ex vetustis principum constitutionibus & extraordinè: imò verò etiã capite (præsertim post Diocletiani & Maximiani rescriptum<sup>a</sup>) id est, vltimo supplicio. Ac de illis quidem rescriptis, non de ipsa lege, intelligendū illud Vlpiani<sup>b</sup> responsum: quo si liberum hominem emptor sciens emerit, capitale crimen aduersus eum ex lege Fabia de plagio nasci tradit. Nam iurisconsultorum ipsorum temporibus (vt Hermogenianus<sup>c</sup> refert) poena pecuniaria statuta lege Fabia, in vsu esse desierat: qua de re agens libro 5. sententiarum Paulus<sup>d</sup>, olim quidem huius legis poenam summariam, vel (vt ego reponendum censeo) nummariam fuisse, sed translata esse cognitionem in præfectos vrbis, itè que præsidis prouinciæ meruisse animaduersionem scribit, idè que humiliores aut in metallum damnari aut in crucem tolli, honestiores adempta dimidia parte bonorum in perpetuum relegari. Dicit aliquis, imò non capitalis poena plagij sub Imp. & Iuricon. veteribus fuit, verum pecuniaria: quam & Constantini ipsius temporibus, aut certè Diocletiani ac Maximiani principum (quibus hic successit in imperio) adhuc in vsu fuisse: verba ex eorum rescripto<sup>e</sup> ista fidem certissimam faciunt, In fuga seruum constitutum neque vendere neque donare licet, vnde intelligis in legem incidisse, quæ super huiusmodi delictis certam poenam sico inferendam statuit,

a l. Quoniam  
C. ad l. Fa.  
de plag.  
b l. i. de ad  
l. Fabiam  
de plagiar.  
c l. vlt. cod.  
tit

d sub titu-  
lo ad l. Fa.  
vide infrag  
ment. Iurif  
consultorū  
à Pithæo  
nostro luci  
donatis ti.  
14. de plag.

e l. 6. in fu-  
gā. C. co. ti.

statuit, &c. respondeo lege Fabia nominatim cautum fuisse de celato siue supresso, de vendito, vindito, comparato ciue Romano, ingenuo, libertino, seruoque alieno: huic verò crimini præstitutam fuisse pecuniariam siue nummariam poenam sceleriorum quinquaginta millium, vt ex Vlpiani nono de officio proconsulis, in veterum iurisconsultorum fragmentis<sup>a</sup> legimus: Ex senatusconsulto quodam circa legem Fabia facto ad eius legis poenam redactus fuerat, qui alieni vel proprii serui fugam vendidisset<sup>b</sup> hoc crimen leuius quàm illud existimatum est, in hoc legitima & pecuniaria poena permansit: illud grauiorem & extraordinariam animaduersionem meruit, eoque peruentum constitutionibus, vt Romæ quidem vel intra centesimum ab vrbe milliarium admissio in via plagio, præfectus vrbi: vltra centesimum, præfectus prætorio: in prouincijs, præfides, aut (qui præfidum partibus fungerentur) procuratores, super ea re cognoscerent: idque Vlpianus noster illo in loco docet, quem antè indicauimus, in quo istud, In via, rectum ac sincerum esse colligimus, ex eo, quod ab Augusto ergastula recognita, cum rapti per agros viatores sine discrimine liberi seruique ergastulis possessorum supprimerentur. Suetonius in Octauio c. 32. memorat: quæ deinde ab Adriano sublata fuisse, de Spartiano in Adriano didicimus. Hæc omnia cathedrarij Doctores parum intelligunt: nos verò, si nondum satis (quod equidem fateri non pudeat) percepimus: lectoribus tamen amœniore ac feliciore ingenio præditis, ad ea prorsus assequenda viam lubenti animo commonstrauimus.

a in tit. 14.  
fragmento  
rum Pi-  
thæa.  
b l. 2. §. vlt.  
D. ad leg.  
Fab. de pla-  
gi. l. arbor.  
§. Iudex. D.  
Comm.  
diuid.

Tractatus I. ad S. C. Orfitianum. Exponitur §. qui operas l. j. D. ad Tertyll.  
Inter uxorem qua in manu viri sit, filiosque familiars olim fuisse consanguinitatis. Explicatur l. si matre. C. de suis & legit. her. l. j. C. ad Tertyllia. & Pauli locus de sententijs receptis, Tutorem infanti pro herede gerere: Infantem tutore auctore videri pro herede gerere: & hac in re notatos Iurisc. in §. Si pupillo. l. Seruo inuito. D. ad Trebel. De filiis spuris: de seruitute enim missis peregrinis & ciuitate donatis: vtrum & quo iure parentibus ab intestato succedant. Fily nomen in testamentis plenius accipi. Manumissum non pristinam recuperare, sed nouam libertatem consequi. De macula seruili: seruatorumque differentis: ad l. Et seruatorum de statu ho. qua conciliatur cum alijs in speciem pugnantibus locis. De aetore seruo: locus Martialis exponitur: itè que l. aufertur §. Aetores. D. de iure fisci spuriaque inibi verba indicata: & alio iure Aetores ac reliquos seruos censeri demonstratum. Atriarij, qui sint in l. j. §. Caupones. D. Nautæ caup. stab. Emendatur Seneca locus. Macula serui saepe venditi. Libertos itè que colonos & similes personas macula non carere. Serui dominiq; nomina ad libertos patronosq; aut qui alioquin serui domini esse desierint, extedi Scenicos & arenarios olim tribu motos. De Ceforia nota. Qui arena operas locauerit, etsi nò prodeat, infamè esse: Qui scena, nò itè: antequam paderit, cuius differentie ratio inuestigatur. Arenarios & scenicos



seruis ac libertinis plerumque copulari. Arenarios sponte constitutos à catē-  
ris ciuibus in iure successionis hoc tantum differre quod ex heredati de inof-  
ficio non queruntur: ad l. In arenam. C. de inoff. testa. In arenam damna-  
tos vt pœna seruos omni successionis iure prohiberi. Merito dubitatu an qui  
manus arena locasset, s. consulti beneficio ad legitimam matris hereditate  
admitteretur: Humana tamen, et à iure aut ab aequo certè ac bono non alie-  
na ratione ad istam successionem inuitatum intelligi. Hec omnia, et verè  
alia permulta, non vulgari sed nostro modo exequimur.

## CAP. XII.

**O**riuntur subinde iuris nostri quæstiones aliæ ex aliis: certè quidē  
vt membra vnius corporis, aptæ sunt ex sese omnes, aded sui re-  
cordationē in animis nostris vicissim excitant. Ecce enim, quod de dā-  
natis ad ferrū, ad gladiatoriu ludum, atque ad bestias superiore sermo-  
ne complexi sumus, occasionem præbet illustrandi (si tamen potero) re-  
sponsi cuiusdam perdifficilis in quo Vlpianus noster, de damnatis rei  
capitalis, & iis, qui operas ad depugnandū eū bestiis locarūt, mentionē  
facit, his omnino verbis: quæ non semel, sed iterum ac tertid qui lege-  
rit, quantōq; sapius ac propius aspexerit: tanto Cimmeriis tenebris ob-  
scuriora esse magis magisq; sentiet. Qui operas suas (ait<sup>a</sup> Iurisconsultus)  
vt cum bestiis pugnaret locauit, qui ve rei capitalis damnatus neq;  
restitutus est: ex S. C. Orfitiano ad matris hereditatem non admitteba-  
tur: sed humana interpretatione, placuit eum admitti. Idem erit dicen-  
dum: & si hic filius in eius sit potestate, qui in causa supra scripta sit:  
posse eum ex Orfitiano admitti. Duo nanq; hie nō dicam serupuli, sed  
scopuli potiùs, & sæui quidem atque terribiles apparent: quorum alte-  
rum, in istos tanquam Siculi freti vortices, aliqua iuris quæstionum rerū  
quæque tractandarum serie quasi tempestate aut spirante Austro dela-  
tus, euitare ne utiquam possim: sed aut faciendum naufragium, aut Re-  
gia quadam & peregrina ope mihi perfodiendo illos esse intelligo:  
quos alij quoniā nō satis animaduertere videntur, ipse demonstrabo. Et  
prior quidē Charybdis: Quod non est verisimile S. consulto prohibitū  
fuisse ab hereditate materna filium: qui & si operas locasset, aut etiam  
depugnasset cum bestiis nihilominus tamen ciuis maneret: aut, si verū  
est Sen. consultum in hac parte, id vti ne eum cætero populi Ro. iure  
pugnare videatur, probabilis aliqua ratio indaganda relinquatur: quæ  
nemini profectō in promptu est: & tamen si non reddatur, non quo-  
modo Iurisconsultorum responsa nihilominus valent (auctore Sene-  
ca Epist. 95.) sic illud sine prohibitionibus ipsa momentis senatus au-  
toritate munitum sustineri ac defendi posse arbitramur. Alter Scyl-  
la scilicet: quod nulla iurisconsultorum interpretatione quamlibet  
humana fieri potuit ( præsertim sine lege ) vt rei capitalis damna-  
tus, id est, vel pœnæ seruus, vel certè ad peregrinitatem reda-  
ctus<sup>b</sup>, atque aded qui ciuis non esset: aut hereditatem ciuis  
Romani sibi acquirere, aut filium ciuem Romanum in potesta-  
te habere.

a. l. s. qui o-  
peras. D. ad  
S. C. Ter-  
tyllia.

b. si loqui-  
tur. Iuris l.  
2. s. sed si  
deportatio  
ne. D. de  
ius voc. &  
Suetonius  
Claudio  
cap. 16.

te habere ciuili iure intelligerentur. Quorum tamen vtrūque iuris-  
consultus, his quæ superius exscripsi verbis, non annuere videtur: sed  
etiam disertè significat. Quamobrem feci perlubenter, illa vt politissi-  
mis & acutissimis quibusque iuris antecessoribus, & causarum patro-  
nis (quales Gallia nostra fert plurimos) in seriis literatisque, sed iucun-  
dis fabulis proponerem. At nondum equidem vllum ex tanto nume-  
ro reperi (quod nō verum esset, nollem dicere) qui non modò mihi, sed  
saltem sibi satisfacere in apiscenda Vlpiani mente potuerit. Hanc esse  
me affectum, optime ac præstantissime Cuiaci, considerem, nisi te  
adhuc pro Accursio stare, tuus ille nuper editus ad Africanum tracta-  
tus (& vere alioqui tuus, hoc est omni literarum genere ornatissimus)  
profiteretur. Nam aut sententiam tuam improbare, aut sine assensu  
tuo, verum esse quidpiam in coniecturis & opinionibus de iurispru-  
dentia nostris existimare, nunquam ausim. Ac de fato quodam meo  
conqueri potiùs libet, quo mihi (sed perinuito) superioribus annis ac-  
cidit, vt ob locorum interuallum, in quibus vterque nostrum commo-  
ratur: ob crebram in isto bellorum ciuiliū furore, in ista siue tempo-  
ris varietate, siue nostrorum hominum inconstantia (ne malitia dicam)  
itinerum difficultatem: ob tuam denique quotidianam in responden-  
do vel interpretando Valentini auditoribus, nostram quoque in red-  
dendo aut subscribendo ciuibus iure non minimam ad palatia comi-  
tatūque principis occupationem, à suauissima tua consuetudine di-  
straheret: vt, inquam, affari, consulere, adire te summum diuini Them-  
idos oraculi vatem atque antistitem, hac de re mihi nequaquam licue-  
rit: veruntamen quando in eo nulla mea culpa est, faueas tu modò: neq;  
reuocabo, neq; sistam gradum, quem cœpi facere: sed vterius quoque  
proferam: & ita quidem, vt animo non defatiger, donec eò perueni-  
rim quò volo: quòdque sum initio studio sis pollicitus, rectè bonaque  
fide præstiterim: nec verebor, vt quibus non semel tristitia & perobscura  
legum ænigmata declaravi auspiciis: Gordiana etiam vincula, complu-  
ribus iuris antiqui nodis in semetipsos implicatis, nexūque suos celan-  
tibus adstricta, non possim dissoluere: nec verò (quod Alexander Ma-  
cedo, nec quiequam diu luclatus eum latentibus nodis, ad implendam  
aut eludendam oraculi sortem, fecisse dicitur<sup>a</sup>) omnia lora me rei dif-  
ficultas vt cogat abrumperè. Sed illud quòd facilius præstem, de succes-  
sione legitima, necessariò quædam eximia præfabor: quæ delicatis le-  
gibus minimè ingrata fore sentio.

Ad liberos intestatæ matris hereditas ex lege xij. tabularum non per-  
tinebat, quia foeminae suos heredes non habent: ait libro singulari regu-  
larum Vlpianus<sup>b</sup>, & rectè: cum de suorum & agnatorum eiusdem fa-  
milie, non de cognatorum successione lex loquatur, his admodum ver-  
bis auctore illo ipso concepta, Si intestatus moritur, cui suus heres nec  
escit, agnatus proximus familiam habeto: nulla verò foemina suos ha-  
beat heredes<sup>c</sup>, sed aded caput finisque sit familie suæ, vt in ea non sint  
liberi ex iusto matrimonio nati: quippe qui patris non matris fami-  
liam sequantur<sup>e</sup>. Deniq; lex xij. tab. inter matrem & filium filiamue

a. vide Q.  
Curtium  
initio li. 3.  
b. in frag.  
c. titio luci  
donatis ti.  
de legit.  
hered.  
c. eo. ti. sub  
ini. & in fra-  
gme Pithi.  
tit. 16.  
d. l. nulla. 13.  
D. de suis  
& leg. her.  
e. l. pronun-  
tatio. in fi.  
& l. sequi.  
D. de ver.  
sign.  
Institu. de  
S. C. Ter-  
tyllia. sub  
ini.



a l. j. in pri. D. vnde cog.

b in frag. Titij. cir. Q. admo. test. comp. c l. vtrum autem D. de bo. pos. con. tab.

d l. 4. D. vnde de cogna. e in fragm. Pithoean. tit. 16. f l. j. in fin. D. de suis & legit. he red. g in li. sen ten. vide fragmen. Pithoean. tit. 16. h vide fragmen. Pith. tit. 16.

i Instit. de S. C. Terry. sub init. k in com mentatio ad l. quo ties dupli. oi. D. de rexul. iur.

vltrò citròque hereditatis capiendæ ius non dabat ( vt disertè Iustinia nus scribit) prætor tantum ex proximitate cognatorum eas personas ad successione[m] bonorum possessione vnde cognati accommodata vocabat: quæ bonorum possessio (Vlpiano teste) non ex iure civili originem ducit, sed nudam habet prætoris indulgentiam, eos inuitantis bonor. possessionem, qui iure civili ad successione[m] admitti non possunt, id est, cognatos. Quod de matre dixi, de illa scilicet intel ligendum, quæ se capite nunquam diminuerat (vt ait Cicero in Topi cis) id est, quæ in mariti manum non conuenerat: nam in manum con ueniendo agnascatur suus heres ( vt apud Vlpianum b est ) perinde atque adoptando: & quæ conuenerat vxor, in familia mariti tanquam patris erat, in eaque familia sui heredis locum, etiam post mortem ma riti (quod alicubi c de adoptiuo filio dicitur) obtinebat: quapropter inter eam & liberos capite non minutos, siue ex ipsa vel alia vxore na tos, siue adoptiuos, haud dubiè ius olim fuit agnationis, & verò con sanguinitatis: de quo nuper subdubitasse nonnullos ex eruditionibus, imò verò pernegasse istud demiror: cum vt agnationis ita consanguini tatis iure à patrefam. oriri constet d, cum vxorem quæ in manu est, filia loco, nurum neptis loco esse Caius Institutionum libr. tertio e doceat, cum adoptiuum quoque fratrem (si non sit emancipatus) & iura consanguinitatis habere, & consanguineum esse Vlpianus f atque Paulus g, ac denique ipse alio ( sed qui properantem interpretem fugerit) loco Vlpianus h hæc verba disertè pronuntiauerit, Consanguineos & adoptio facit & adrogatio, causæ probatio, & in manum conuentio. Itaque non dubito equidem, quin ex xij. ab intestato matrem famil. quæ in manum conuenisset, non modò cum liberis ex se aut alia vxore natis vel adoptiuis patrifamil. eidemque marito mortuo ex æquis par tibus successisse verum sit, sed etiam pari cum cæteris agnatis foemi nis atque consanguineis iure (quod ad successione[m] attinet) matrem fam. fuisse dici debeat: quemadmodum vice versa eius vt cæterorum liberorum bona superstes patrefam. iure quodam peculiij occupabat. Cæterum sine illa in manum conuentione vxor nec marito nec libe ris iure quidem civili, sed ex iure tantum prætorio illi ex capite vnde vir & vxor, his ex capite vnde cognati succedebat: aut ipsos ex eodem ediçto superstes vxor habebat successores honorarios: sed ita demum si parentes, patroni, agnati, alique legitimi heredes deficerent. Eæ fu erunt iuris civilis ac prætorij angustia: vt isto quidem, in successione matrem ac liberos agnati excluderent, illo, matri ac liberis ne deferretur quidem ab intestato hæreditas. Verum istæ veteris iuris angustia e iure nouo senatorum consultorū Tertulliani ac Orfitiani postea sub Imp. Pio & Marco emendatæ sunt ( vt ait Imp. Iustinianus i alicubi ) qua de re tota plenius nobis antè aliquot annos disputatum fuit k, cum no uam eamque verissimam facti speciem ei iuris regulæ accommodauimus, quæ proponitur in l. xij. D. de diuers. regul. iur. antiqui. Senatūs consultis igitur istis effectum illud est, vt inter liberos matremque sit ius hereditatis legitimæ: nec ( vt antea ) necesse sit uti prætoris beneficio, bono-

bonorumque possessionem vnde cognati petere) idque ab Imp. a re scriptum est.

Ita tamen hæreditatis maternæ ius defertur filio, vt etiam si à Theo. & Valentin. Imp. b dicitur ipso iure matri succedere, hoc est civili iure senatusconsulti Orfitiani sine prætorio bon. possessionis beneficio: attamen ita non acquirat ipso iure, tanquam paternam qui sunt in fa milia liberi ( quos ita patrifam. suos heredes & omnia bonor. possessio ne, c & sine vilo facto statim existere censemus, vt sint etiam necessarij. d & cuius hereditatis etiam viuo patre quodammodo domini existi mantur, e ad eam ipso mortuo acquirendam ad eò non sit illis aditio nis aut immisionis factum vllum necessarium, f vt, nisi prætorium ab stentionis beneficium impetrauerint, inuiti & ignorantes hereditatis paternæ nomine, ipso iure civili obligati sint) sed matris (quæ suos he redes non habet) legitimam hereditatem filius, nisi adeundo, non pos sit quærere: quemadmodum Paulus h alicubi tradit: quo ex loco dete riorem esse filiorum in hereditate materna, quam extraneorum con ditionem aliquis prima ratione collegerit: tanquam illo Adeundi ver bo pro herede gestione[m] iurisconsultus voluerit excludere (per quam agnati & extranei, nisi forsitan sub cretione scripti heredes, non minùs quam aditione possunt iure civili hereditatem acquirere) sed non ita est: nam cur non itidem liberi pro herede gerant in maternis bonis, vt in aliis agnati vel quilibet extranei, ratio non dicam vera sed vel pro babilis reddi non queat: & verò succedere intestatæ matri liberos pro herede gerendo non prohiberi, disertè ab Imperatoribus k rescriptum est. Quid ergo dicemus? Nempe quod de iure civili Paulus noster ali bi scribit, eos de scriptis ipsius nunc iam dixerimus, verba iuseonsulti captare, aut ipsum calumniari non oportet: sed qua mente quidque di catur animaduertere conuenit. Illo (anè in loco Paulus diuersum ius paternæ ac maternæ (quod modò proposuimus) hereditatis adipiscen dæ omnino designauit: vt matri non aliter succedat filius, nisi vel adi tione, vel alia quapiam ratione (hoc enim vt suppleatur, ipsa iuris ciui lis ratio exposcit) unum acquirendi suum ostenderit. Hoc verò etiã sine verbis potest, quamuis enim hæc ad hæreditatis aditionem neces saria esse alibi m docuerim: attamen quod liberos matribus ab intesta to ita demum si dari possint per se heredes existere Imperatores n aiunt, eò non spectat quasi verba sint necessaria, vt sine his materna quæri non possit hæreditas: aut de aditione tantum intelligi, non etiam de pro herede gestione debeat: quod equidem & aliquando credidi, & iu risconsultorum auctoritate stabilui: sed potius istud rescriptum quo niam generaliter conceptum est, ita non insubtiliter exponi (mea qui dem opinione) poterit, vt non modò non aditione, sed ne pro herede quidem geritione (quamuis adhibita tutoris auctoritate) pupillo per se liceat maternam hereditatem acquirere: nisi dari possit, hoc est, nisi in fantiam exceßerit, nisi eius, inquam, ætatis sit vt acquirendi aliquem a nimum atque intellectum habeat. Nam etsi Iurisconsultus o infantem tutore auctore pro herede gerere posse videri dixerit: attamen ( si ve-

a l. j. C. ad S. con. Orf. bl. r. si ma tre C. de suis & leg. her. e l. sum C. de iure de liber. d l. verba hec D. de con. inst. l. more ver. de ca. re. l. pro hered. f. Et ide o. l. si pupillus l. cõ hereditate l. ne cessaris & l. v. l. D. de acqui. her. e l. in suis D. de libe. & posthu. f l. in suis D. de suis & leg. her. g de quo in l. impube ribus l. pro herede. g. Papiuia nus l. si pu pillus in pr. l. neces sariis 17. & l. Ancistius D. de adq. hered. h l. j. fen. ti. ro. ad S. C. Orfitia. g. vlt. i l. 4. 6. 7. C. de iudeli. l. pater 92. s. vlt. D. de adq. he. l. si quis patris 26. D. ad l. Cor. de fa. k l. 3. C. ad S. con. Or fitia. l. l. pen. D. ad exhibe. m in com mentatio ad l. 123. Nemo ali eno D. de reg. iur. n l. r. C. ad S. cõ. Ter. o l. seruo inu. 9. si pu pillo D. ad Trebellia.

rum amamus) qui actum rei non intelligit, eiusque ætatis est ut intel-  
 lum non capiat (cùm dari non possit) eius profectò per se nullus est  
 sensus aut rerum singularum aut hereditatis bonorumve possessio-  
 nem accipiendi, aut acquirendi hereditatem: præsertim pro herede  
 geritione, quæ magis animi & voluntatis quàm facti est. <sup>b</sup> Quamob-  
 rem ut pupilli maioris infante, atque adeò sensu aliquo præditi iudi-  
 cium suppleri tutoris præsentia & auctoritate admiserim, de infante  
 tamen istud, nisi abusuè (quod iurisconsultorum bona venia dictum  
 sit) enunciari non potest: & cum per procuratorem, tutorem, curato-  
 rem D. de remve possessio nobis quærat: cum muto ita nato (qui nihil intelli-  
 git) utlitter per curatorem, infanti per tutorem petatur bonorum pos-  
 sessio: per eisdem compellatur heres ad infantis mutive periculo ad-  
 eundam hereditatem, id quod alibi traditur: malim equidem dicere,  
 infanti acquiri possessionem aut hereditatem à tutore, non quidem ad-  
 eundo (cùm alieno nomine legi agi non queat) sed pro herede gerèdo,  
 quàm ipsum infantem (qui furioso comparatur, semperque inuitus in-  
 telligitur) sibi tutore auctore acquirere, aut pro herede gerere. Itaque  
 per se quidem pupillus existit heres (ut Impp. aiunt) si dari possit: & ita  
 per se, ut tamen sit ipsi ad hereditatem acquirendam necessaria tutoris  
 auctoritas. Infans verò ne tutore quidem auctore (nisi fallor) gerit pro  
 herede, sed (ut inquit <sup>5</sup> Iurise.) videtur gerere: per tutorem deniq; gerit  
 infans, aut potius ipsi tutor pro herede gerit: ipse per se infans cum au-  
 thoritate tutoris non gerit, sed pro eo ac si gereret habetur. Hactenus  
 exposuimus quem admodum filij, & qua ætate maternam hereditatem  
 quærant: nunc de cæteris filiorum qualitatibus ad acquirendum necesse-  
 sariis videndum est.

Igitur quoniam nouis legibus, id est, senatusconsultis Tertylliano &  
 Orfitiano, sic deferuntur hereditates matri & filio, ut personæ natura-  
 liter designentur (auctore Paulo <sup>h</sup>) propterea filios aut liberos  
 accipimus, qui secundum naturam hominum non contra formam hu-  
 mani generis conuerso more procreantur (ut apud eundem <sup>i</sup> est) etiam  
 si non partum viua, ut plerumque fit, mater effuderit: sed prægnantis &  
 mortuæ matris exlectò utero partus editus fuerit: nam hic quoque ci-  
 uili & honorario iure matri successurus est (idque noster Vlpianus  
 duobus locis <sup>k</sup> declarat) dummodò sit viuus editus: nec obstat, quod  
 post mortem matris in lucem prodierit, cùm mortis tempore fuisse  
 intelligendus sit, qui in utero relictus est <sup>m</sup>. Porro circa filios, nõ distin-  
 guimus vtrum sui iuris sint an in potestate parentum. Senatusconsultis  
 enim id cauetur nominatim, ut ad hos quoque legitima matris heredi-  
 tas pertineat, quod & Caius <sup>n</sup> tradit: meritò: cùm vtrique matri æquè  
 sint filij, quod nomen cognationis naturalis est: quamobrem nec mini-  
 ma capitis deminutione (quæ tota iuris ciuiliis est, & per actus duntaxat  
 legitimo accidit) vel filij nomen, vel ius istud successionis quod in bo-  
 nis matris filio competit, interuerti potest: cùm ad successionem quod  
 attinet,

a l. quam-  
 uis §. infans.  
 D. de adq.  
 pos. uita l.  
 feru §. im-  
 pubes D.  
 de bo. pos.  
 b l. pro he-  
 rede in pr.  
 & §. j. & l.  
 gerit D. de  
 acqui. her.  
 c l. j. §. per  
 procurato-  
 rem D. de  
 acqu. poss.  
 d d. §. si pu-  
 pill. & fa-  
 cit l. si ad  
 pupill. et.  
 D. de au-  
 thor. tut. l.  
 2. §. sed si in-  
 fanti D. ad  
 S. c. Tert.  
 d. l. feruus  
 §. impubes  
 D. de bon.  
 posses.  
 e l. 4. D. de  
 exui. vna.  
 præ. scripti  
 ad l. in ne  
 gottiis. D.  
 de reg. iur.  
 f l. obligari  
 §. pupillus  
 hereditate  
 D. de au-  
 thor. tut. l.  
 eum in vna  
 §. j. D. de  
 app. §. Ne-  
 liter inf.  
 tamen inf.  
 de au. tu.  
 g d. §. si pu-  
 pill.  
 h l. tutelae.  
 §. Ex nouis  
 D. de ca.  
 minur.  
 i l. nõ sunt  
 14. D. de  
 statu hom.  
 k l. j. §. si  
 qua præg-  
 nas. D. vn-  
 de cogna-  
 l. j. §. sed et  
 si matris  
 ad S. C. Te.  
 facit. l. esia  
 ea. 141. D.  
 de verbor.  
 signif.  
 l. qui mor-  
 tui 129. D.  
 de verbor.  
 signif. m l. intelligendus 173. iuncta. leg. etiam et. 141. eod. titul. n leg. penul. D. ad Tertyllian.

attinet, naturalis filius habeatur non modò qui mutata familia patri  
 suus heres, & agnatus proximus esse per capitis diminutionem desit  
 (qui semper & matris & patris cognatus manet, ideòq; vocatur ad he-  
 reditatem <sup>a</sup>) sed & qui non legitime, nec ex iusto connubio natus est:  
 qui spurius, inquam, & sine patre filius vulgòque conceptus est. Natu-  
 ralis etenim cognatio, per se sine ciuili cognatione (ut est apud Mode-  
 stinum <sup>b</sup>) intelligitur, quæ per foeminas descendit, quæ vulgo liberos  
 pariunt: idè filij vulgo quæsi, cùm & ad ipsos cognationis no-  
 men (quod est naturale <sup>c</sup>) pertineat, ut sanguinis & proximitatis ratione  
 ad hereditatem & bonorum possessionem vnde cognati vocentur: ad  
 legitimam quoque matris hereditatem nouo senatusconsultorum iu-  
 re aspirare non prohibentur, Paulo <sup>e</sup> & Vlpiano <sup>f</sup> auctoribus, sed hoc i-  
 ta, si naturales isti filij iure ciuili tales habeantur, ut eos non en cognat-  
 ionis comprehendat. Ecce enim non paremus quidem cognationum  
 nominibus etiam in seruis: itaque parentes & liberos fratresque etiam  
 seruorum dicimus, & seruiles quoque cognationes in prohibitarum  
 nuptiarum iure obseruamus: <sup>h</sup> veruntamen hoc exceptò iure, seruiles  
 cognationes ad leges, id est, ad ius ciuile aut prætorium non pertinent.  
 Ideòque tractans Vlpianus <sup>g</sup> de edictali bon. possessione ex capite vn-  
 de cognati, quam prætor edictò suo proximis cognatis pollicetur: Per-  
 tineat autem lex hæc (ait, edictum intelligens: quod edictum Cicero  
 quoque alicubi, legem annuam nominat) ad cognationes non seruiles:  
 nec enim facile vlla seruilis videtur esse cognatio: & Iustinianus <sup>i</sup> nec  
 vlla antiqua lege talem cognatione computari scribit. Quamobrem  
 quod ad successiones honorarias vel ciuiles attinet, neque serui neque  
 liberti cognatum, sed neque patrem matrèmq; ciuilem habere intel-  
 liguntur. <sup>m</sup> Nam etsi, ut naturalis est appellatio filij (vnde Commodus  
 Imp. de patre suo ad milites, apud Herodianum <sup>n</sup>, *ἐχάρην οὐ μάλλον,*  
 ait, *συστράτην ἰστέον με ἢ υἱὸν καλῶν· τὸ μὲν γὰρ προσσηγορίαν ἢ γένεσιν φέρεται,*  
 τὸ δὲ ἀρετῆς κοινωνίαν) [*Libertinūque me commilitonem quam filium vo-*  
*cabat quippe hanc naturæ appellationem, illam verò virtutis communi-*  
*cationem existimabat.*] sic matris nomen naturæ nomen est (Cicerone  
 teste) nec fieri per reum naturam queat, ut qui natus est siue liber siue  
 seruus matrem non habuerit: cùm matrem vel ipsa naturæ lege <sup>p</sup> sequi  
 iubetur, qui sine legitimo matrimonio nascitur: attamen legibus Ro-  
 manorum circa successiones etiam cognatis, & ratione cognationis  
 (quæ iuris naturalis est) delatas nisi ciuium Romanorum ratio non  
 habetur: itaque patri aut matri ciuibus Romanis filius peregrinus aut  
 Latinus si vult ex testamento vel ab intestato ciuilique aut honorario  
 iure succedere, ciuitatem aut ius Quiritium prius impetrare debet. Ad  
 legitimam enim intestatæ matris hereditatem filios ciues Romanos  
 non etiam Latinos admitti Paulus <sup>q</sup> nominatim tradit. multo minus  
 admittentur cæteri peregrini, licet ingenui. Ciuitate donatos ad matris  
 intestatæ legitimam hereditatem Sen. consultum vocat: ad patris here-  
 ditatem ab intestato lex eos non vocat, nisi, cùm ciuitate donantur,  
 o in orat. pro Cluentio, p l. Lex naturæ D. de statu hom. q lib. 4. sent. tit. 10. §. vlt.

a l. xi. capi-  
 tis in fi. D.  
 de suis &  
 legit. he. §.  
 sciendū. In  
 sti. de S. C.  
 Orfit.  
 b l. 4. §. co-  
 gnationis  
 D. de grad.  
 & affin.  
 c l. Iurif. §.  
 j. eod. tit.  
 d l. 2. l. Mo-  
 destinus 8.  
 D. vnde  
 cogna.  
 e l. 4. sen-  
 ten. tit. 10.  
 f l. j. §. sed  
 & vulgo. &  
 l. in prin.  
 D. ad Ter.  
 g l. Iurif. §.  
 j. vlt. In-  
 teragnatos  
 D. de grad.  
 & affin. fa-  
 cit l. seia §  
 liberti. l.  
 prædia §.  
 Affini. de  
 inst. leg. l.  
 liberorum  
 210. §. sed  
 & Papyri-  
 us. D. de  
 ver. sign.  
 h l. adopti-  
 uis §. j. D.  
 de ritu nu-  
 §. illud cer-  
 tum Insti.  
 de nup. vt.  
 de que sci  
 pñ ad l. iu-  
 ra saguina  
 & l. non o-  
 mne D. de  
 reg. iur.  
 i d. §. j. l. iu-  
 rificonf.  
 k l. j. §. j. D.  
 vnde cog.  
 l. in pri. tit.  
 de seruilis  
 cogn. Inst.  
 alias est. §.  
 illud de  
 grad. cogn.  
 m Paulus  
 l. 4. sent.  
 tit. 10. ad S.  
 C. Orfitia.  
 n l. in frag-  
 tit. 12. de  
 curator.  
 o lib. 1.

hoc quoque impetraverint ut in parentum potestatem redigantur: alioquin nec sui sunt heredes nec verò legitimi, cum agnati sine dubio non sint, ut Iurisc. scribit. Quamobrem olim cum civitas liberis peteretur, hoc etiam addi solitum ex Plinij<sup>b</sup> quadam ad Traianum epistola colligimus: ut essent in patris potestate, utque iis in libertos servaretur ius patronorum: quo non addito, liberi novi ciues, sui non erant parentibus, sed cognati: præsertim si iura cognitionis impetrassent: quæ ante Neruam & Traianum peti oportuit, ne alioquin & in successione testamentaria pro alienissimis haberentur: & proinde ac cæteri extranei vigesimam hereditatis fisco penderent, ut ab ipso Plinio disertè alibi ostenditur. Sine illa igitur patriæ potestatis exceptione, donati civitate liberi non erant heredes patri: sed cum emancipatis tamen, inter suos ad bon. possessionem à prætore vocatos, ex quodam Vlpiani fragmento<sup>d</sup> nuper publicato addisci potest: in quo sic legitur, Suis prætor solet emancipatos liberos itémque civitate donatos coniungere data bon. possessione. Igitur civitate donatus patri civi honorarius, matri civi & legitimus ex Orfiano successor est: quod de ingenuo accipe, qui per Latium in civitatem aut beneficio principis venerit, & ius Quiritium consecutus fuerit: non de illo, qui manumissione iuslibertatem & civitatem ex servitute obtinuerit. Etenim cum servi pro nullis habeantur, quod ad ius civile attinet, ex iuris antiqui regula, de qua suo loco<sup>f</sup> disceptavimus: adeò ut verba legis Pompeiæ de parricidiis, in servos, quorum nulla intelligi potest cognatio, non cadant: nulla etiam servorum qualitas, nullum ius caputve servorum aut status computari potest, antequàm manumissi, & libertatem adepti fuerint. Idèò nullus eorum filius, filia, pater, mater (licet per abusum, aut iure naturali inspecto nonnunquam in vulgari sermone appellentur<sup>i</sup>) nullus inquam eorum pater, nulla mater, ne naturalis quidem (ad intestati potissimum successionem quod spectat) iure civili agnoscitur. Apposui exceptionem illam de intestati successione: quoniam in testamenti causa, filiorum nomine, si servus autè quoque continentur, qui in servitute concepti, postea manumissi fuerint: ut ecce Damæ & Pamphilo, quos testamento mulier manumiserat, fundum dedit: ita ut post mortem suam filiis suis restitueretur: eodem testamento petiit ab heredibus suis, ut Pamphila manumitterent, quæ filia naturalis erat Pamphili: Pamphila manumissa ex eo testamento fideicommissum petere potest, quia creditur appellatione filiorum, & naturales liberos, id est, in servitute susceptos contineri (quemadmodum à Scævola<sup>k</sup> responsum est) quod & in fideicommissio hereditatis & in substitutione similiter obtinet: sed hoc ratione optima: quoniam pleniùs testatorum voluntates, qui plerunque impropiè loquuntur, accipimus: impropiè filius dicitur in servitute susceptus & postea manumissus: quamobrem, etiam si inter collibertos matrem & filium pietatis ratio secundum naturam salva esse debet<sup>l</sup>, filius tamen nec patri nec matri postea simulve manumissis cognatus intelligitur, ut civilis aut prætoris successione inter se ius habeat. Ex quo sequitur ad

a l. scripto D. unde lib. 10. c. 1. b lib. 10. c. 1. p. 10. in ea stola colligimus: ut essent in patris potestate, utque iis in libertos servaretur ius patronorum: quo non addito, liberi novi ciues, sui non erant parentibus, sed cognati: præsertim si iura cognitionis impetrassent: quæ ante Neruam & Traianum peti oportuit, ne alioquin & in successione testamentaria pro alienissimis haberentur: & proinde ac cæteri extranei vigesimam hereditatis fisco penderent, ut ab ipso Plinio disertè alibi ostenditur. Sine illa igitur patriæ potestatis exceptione, donati civitate liberi non erant heredes patri: sed cum emancipatis tamen, inter suos ad bon. possessionem à prætore vocatos, ex quodam Vlpiani fragmento<sup>d</sup> nuper publicato addisci potest: in quo sic legitur, Suis prætor solet emancipatos liberos itémque civitate donatos coniungere data bon. possessione. Igitur civitate donatus patri civi honorarius, matri civi & legitimus ex Orfiano successor est: quod de ingenuo accipe, qui per Latium in civitatem aut beneficio principis venerit, & ius Quiritium consecutus fuerit: non de illo, qui manumissione iuslibertatem & civitatem ex servitute obtinuerit. Etenim cum servi pro nullis habeantur, quod ad ius civile attinet, ex iuris antiqui regula, de qua suo loco<sup>f</sup> disceptavimus: adeò ut verba legis Pompeiæ de parricidiis, in servos, quorum nulla intelligi potest cognatio, non cadant: nulla etiam servorum qualitas, nullum ius caputve servorum aut status computari potest, antequàm manumissi, & libertatem adepti fuerint. Idèò nullus eorum filius, filia, pater, mater (licet per abusum, aut iure naturali inspecto nonnunquam in vulgari sermone appellentur<sup>i</sup>) nullus inquam eorum pater, nulla mater, ne naturalis quidem (ad intestati potissimum successionem quod spectat) iure civili agnoscitur. Apposui exceptionem illam de intestati successione: quoniam in testamenti causa, filiorum nomine, si servus autè quoque continentur, qui in servitute concepti, postea manumissi fuerint: ut ecce Damæ & Pamphilo, quos testamento mulier manumiserat, fundum dedit: ita ut post mortem suam filiis suis restitueretur: eodem testamento petiit ab heredibus suis, ut Pamphila manumitterent, quæ filia naturalis erat Pamphili: Pamphila manumissa ex eo testamento fideicommissum petere potest, quia creditur appellatione filiorum, & naturales liberos, id est, in servitute susceptos contineri (quemadmodum à Scævola<sup>k</sup> responsum est) quod & in fideicommissio hereditatis & in substitutione similiter obtinet: sed hoc ratione optima: quoniam pleniùs testatorum voluntates, qui plerunque impropiè loquuntur, accipimus: impropiè filius dicitur in servitute susceptus & postea manumissus: quamobrem, etiam si inter collibertos matrem & filium pietatis ratio secundum naturam salva esse debet<sup>l</sup>, filius tamen nec patri nec matri postea simulve manumissis cognatus intelligitur, ut civilis aut prætoris successione inter se ius habeat. Ex quo sequitur ad

c in paneg. Traiani.

d vide in fragm. Pithæa. tit. 16 de leg. iur.

e in com. met. ad l. 3. quod attrinet D. de regul. iur. §. 1. hos accusare §. 6. omnibus versu. Item nec lex p. 6. peia. D. de accusat. §. 1. liberos §. j. D. de cap. min. §. 1. servus autè

f Inst. co. tit. h. l. patronus liber. to. 34. §. vi. & l. vxor §. 39. §. Codi. & §. C. de binæ D. de leg. 3. l. prædia §. Affini de inst. vel instru. leg.

g l. Lucius Titius §. 90. §. vlt. D. de legat. ij. k Vlp. l. j. in prin. D. de ob. lib. præst.

ad filiam ancillam vel libertam ex S. consulto Claudiano effectam ut legitima matris siue ingenuæ siue libertæ intestatæ hereditas pertinere non possit, idque à Paulo<sup>a</sup> in sententiis relatum est. Et in filia quidem ancilla vel in filio servo ita nato, nulla est dubitatio quin matri succedere non queat: etsi per matrem ad libertatem pervenerit, traditus (ut est apud Modestinum<sup>b</sup>) ei quæ prægnans ancilla morâ non studio manumissoris, hoc est eius qui de fideicommissaria libertate præstanda rogata matri libertate fideicommissaria, cum studio heredis (tardius puta hereditatem adeuntis) effectum sit ne deberetur, natus sit: quo etiâ casu indigno herede servum eum, qui natus est, aut libertum habere, matri manumittendum tradi placuit<sup>c</sup>: aliter atq; si heres in libertate manumissa, legitime quoque successionis ei & adversus eum ius esse Iustinianus ex Vlpiani nostri<sup>e</sup> opinione (cum hac de re olim aliqua inter prudentes altercatio fuisset) decisione sua<sup>f</sup> constituit. Sanè Vlpianus idem alio loco<sup>g</sup> natum ex ea quæ moram in fideicommissa libertate sit passa (ut pote ingenuum) & patri quoque suum heredem existere, si mater vxor ducta sit ab eo qui antea liber & civis fuerat, scribit: ex quo têtat dicere, etsi pater huius pueri eiusdem sortis fuerit cuius mater moram passa in libertate fideicommissa, ipsèque moram passus est: suum eum patri nasci: exemplo captivorum parentum, cum quibus rediit, ergo siue postea pater eius post moram manumittatur, recipiet eum in potestate: siue antè decesserit, definiendum erit suum existere. Hæc enim ille. Cum igitur his casibus patri filius quasi suus succedat, & his & illo de quo apud Iustinianum multo magis matri quasi legitimus successurus est. Sed neque libero maximam capitis deminutionem passo ius erit maternæ istius legitime ab intestato successionis: quoniam servitute alicuius cognati ius cognationis perire Iustinianus<sup>h</sup> tradit: ut scilicet nec ipsi ab intestato succedatur (cum successores habere servus non possit) nec aliis ipse vllò iure succedat: quos nulla proximitate attingere creditur, qui nullius ipse loco habetur: & addit superioribus ex Modestino<sup>k</sup> Imperator, eum, qui aliqua ratione servus factus sit, nec manumissum quidem pristinam, quæ capitis deminutione semel extincta sit, cognationem recipere: quod summam rationem habet. Nâ etsi libertatem qui iustè manumittitur & civitatem Romanam recuperat, à civè Ro. iuxta Furiam, Sentiam, Iuniam, cæterarumque legum præcepta manumissus: attamen quid mirum est, si adversus matrem aut alios ipsi, vel si adversus ipsum alius ius cognationis atque adeò successionis non restituatur manumissione huiusmodi, cum nec ipse ad suam & pristinum statum redeat (auctore Modestino, nisi forsitan ex hostibus postliminio reuersus: qui, etiam sine manumissione, si potestatem hostium evaserit, pristinam potestatem recipit<sup>m</sup>) sed efficiatur libertinæ conditionis: & qui capitis deminutione ingenuitatem cum libertate perdidit, idem postea manumissus non recuperet veterem atq; sinceram illam, quæ semel amissa est, ingenuam scilicet (sic enim ab Imperatoribus<sup>n</sup>

a l. 4. sent. tit. 10. ad Orf. §. 2.

b l. si prægnans §. D. de fideicom. lib. 1. c. 1.

c l. si quis rogatus §. 1. cum vetò §. Apparet & §. Imperator eod. tit. d. d. l. cum vero §. Apparet verfic. Quod igitur & §. e. quidam & l. 3. c. eod. tit. e. l. j. §. fed & vulgo l. 2. §. item si adhuc D. ad S. C. Tertulliana. §. l. vlt. C. ad Officia. §. l. j. §. j. D. de suis & leg. her.

h §. quod autem verum nam si maxima. Inst. de cap. min. i. l. servus §. 4. C. Com. de success. k l. is qui. 7. D. unde cog.

l homo ber. D. de statu hom. m l. ad eod quidē. 7. in prin. D. de ad qui. rer. dom.

n l. 3. C. de ingen. manum.

a in Nouel-  
lis Martia-  
ni, tit. 4. de  
matrim.  
senat.

b Inter sti-  
pulantē. §.  
Sacr. D. de  
verb. obli.  
l. qui res §.  
Aream. D.  
de solutio.  
c l. si ser-  
uus. 27. §.  
vlt. D. de  
adim. lega.

d Libertini  
D. de sta-  
tu hom.  
e l. 2. §. j. v.  
f ad si filius  
D. ad Tert.

f. si liber-  
tus 33. D.  
de bo. lib.  
g. l. j. §. filio  
D. ad Tert.

alicubi nominatur) libertatem: sed nouam & aliqua seruitutis prioris macula perspersam adipisci videatur, nec in contrarium moueat, quod Valent. & Martianus Imp. a aiunt: ingenuitatem auferri non posse si semel nata sit: quoniam hoc aliud pertinet: de capitis quippe deminutione per quam seruitus infligitur, in ea constitutione non agitur: sed ingenuitas cum diuitiis confertur, quas varietas casuum tam potest adimere quam tribuere, & quas antè ipsi fortunæ munerum vt ingenuitatem bonorum naturalium vocabulo designauerant: rectè verò naturalium: nascuntur etenim ingenui non fiunt, adeò vt ne ingenuo quidem, si ex seruitute postea manumittatur, patronus restituat ingenuitatem, sed nouam libertatem (vt modò dixi) tribuat. Quid ita nouam? Nempe quod ipse quoque manumissus, nouus homo non minùs esse creditur, aut à nobis dici potest, ob id quod aliquando liber fuerit, eum vt nouus homo intelligatur, ex seruitute manumissum fuisse sufficiat: & quod de seruo qui ex libertate denuò seruus efficitur, idem de libero qui ex seruitute rursus liber fit, dici debeat: seruus autem legatus deinde inter viuos manumissus in seruitutem si rursus incidat, eius legatum non resuscitari Paulus e hoc elegio addito responderit, Nouus enim homo videtur esse. Quo argumento equidem adducor non inuitus, vt existimem non modò ingenuum, sed etiam libertinum in seruitutem redactum, si denuò manumittatur, adeò nouum hominem fieri: vt cum ius cognationis, aut intestati successionis honorariæ, vel ciuilibus non habeat, cum quibus antè habuit: etiam si nunquam ingenuus, sed, vt hodie, sic olim libertinus fuerit. Ergò si filius vel filia libertini sint effecti ex iusta, scilicet seruitute manumissi d) quem admodum ipsorum legitimam hereditatem à matre vindicari non possere spondit Vlpianus, e cum adiectione ista, Quoniam mater esse huiusmodi filiorum desit: eadem ratione libertinos ab eius quæ mater olim fuit, nunc verò esse per ipsorum seruitutem desit, hereditate legitima repellendos: imò verò nec ipsis (tanquam extraneis iure ciuili habitis) defunctæ successionem deferri, optimè colligimus: neque distinguimus, quo in statu quondam vtrum ingenuitatis an libertinitatis fuerint, quorum ista recens manumissio tenuit: nam & qui semel manumissus, & in seruitutem postea redactus iterum ab alio quopiam manumittitur, non iam illius à quo se quondam liberauit, sed huius à quo posterius manumissus est, libertus esse creditur: quamobrem priori patrono posterior in bonorum possessione contratabulas liberti (tanquam noui hominis) præfertur, vt eleganter à Marcello f reponsum est. Et sanè generaliter Vlpianus § filio qui mortis matris tempore ciuis Romanus fuit, si ante aditam hereditatem in seruitutem deducatur, legitimam hereditatem non deferri: nec si postea liber factus sit, pronunciat: neque filium qui olim ingenuus, ab eo qui libertinæ conditionis initio fuerat: nec verò nunc manumissum, ab eo qui adhuc seruus est, seiungit: eum seruus quidem nullus homo, aut certè quod antè dixi nullius loco sit, manumissus verò non idem qui antea fuerit, sed nouus homo esse intelligatur: & licet hodie cum libertate ciuitatem

Ro-

Romanam adeptus sit, macula tamen ipsius capiti seruilis hæreat: a l. cū præ-  
cū 9. C. de  
libe. cau. fa-  
cit in arg.  
a cōtrario  
sensu l. vlt.  
D. de nata.  
rest.  
b in supra  
d. Nouella  
dematrim.  
senat.  
c d. l. vlt. &  
l. imperia-  
lis §. itaque  
C. de nup.  
d l. 2. D. de  
natal. rest.  
e l. sed & si  
§. patronus.  
D. de in  
ius voc.  
f l. idēque  
etia D. ad  
Syllan.  
g l. pen. &  
vlt. D. de in  
re aureor.  
anul.  
h §. vlt. Inf.  
de art. per.  
i l. & seruo  
rum in pr.  
D. de sta.  
ho.  
k d. §. vlt. &  
in vlt. de li-  
berti §. li-  
bertinorū  
& §. sed de  
ditiorum  
& l. j. C. de  
Lat. liber.  
col. Salui a  
nus li. 3. ad  
eccl. cath.

Ac de macula quidem seruili, eum iam dicere non nihil cœperimus, placet isto, satis commodo (vt videtur) in loco, accuratiùs reliqua ex veterum petita libris, ad pleniorum quorundam iuris locorum intelligentiam depromere. Statim igitur, in seruorum conditione nullam esse differentiam Iustinianus h refert, ex Martiano: i qui vnam esse seruorum conditionem scripserat, intuitu liberorum hominum scilicet, quorum non vnus idēque status, vt seruorum est, sed multæ differentia: k aut enim ingenui aut libertini sunt: & libertinorum rursus quidam ciues Romani, ciuilibus iuris participes, qui maiorem & iustam (quam Saluianus lib. 3. ad eccles. cath. Romanam libertatem, Cicero in orat. pro Cæcina, & Seneca lib. 3. natur. quæst. sub init. ex iure Quiritium appellant) quidam Latini ex lege Iunia Norbana, qui minorem (quam Latinam libertatem Saluianus vocat) quidam ex lege Alia Sentia deditiorum numero, qui libertatem inferiorem conseruebantur: quorum postremorum pessima fuit conditio, quippe quæ à seruorum statu paulum abesset: Seruorum certè infimam conditionem fortunamque fuisse inquit Cicero lib. 1. de offic. Rursus in seruis ipsis omnium quidem vna erat conditio, seruilis scilicet status: at tamen vt inter ingenuos etiam alij ab alijs licet eiusdem status hominibus, honestate vitæ gradūque dignitatis separabantur: quod in magistratibus quidam alij senatores equites, alij vel plebeij, & ex his proletarij vel capite censi nonnulli, de quibus apud Gellium: ca. 10. li. 16. tum verò notati plurimi, nec frontis integræ, vt Iurisconf. l. loquitur: sic fuit etiam aliqua ex ministeriis, officiis, operibus, ac cibariis vrbis aut rusticis, seruorum, differentia: quæ tamen quoniam ex mero patris facta arbitrio plerumque pendebat, vt vel ad aliud artificium aliūve vsū siue officij ab ipso serui traducerentur m) (quorū qui forsitan asperiorē fieri grauiorēque seruitutem experti fuerant, ipsis hodie remissior leniorque dominus quasi mercenariis vteretur, operam exigeret, iusta præberet ex consilio Ciceronis li. 1. de officiis. & suos, vt ait Plinius, ad Paulinū li. 5. episto. molliter haberet) ideò vel nomine vel statu nemo magis altero seruus erat, sed eadem omnium seruitus: nihilominus tamen alia qua-

M



damtenus atque alia fuit seruorum eiusdem familiae conditio ( vt  
Jurisconsulti a verbo vtar) id est, qualitas b professio, nota, & macu-

--discrimina quaedam

Sunt famulis splendorque suus-

vt poeta cecinit: ex iis etenim quidam veteratores fuere, quidam noui  
tj d: praeterea qui saepe venditus vari orum dominorum seruitutem ex-  
pertus fuerat, aut propter noxam tortus in ergastulo & compedibus ha-  
bitus, ad bestias vel ad ferru traditus, stigmatias ac inscripti vultus ho-  
mo atque (vt Valerij Maximi e verbum vsurpem) non modo vinculo-  
rum poena coercitus seruus, sed etiam inexpiabili literaru nota per su-  
mam oris contumeliam inustus: hic profecto vilissimus, & extremæ in-  
ter ipsa mancipia notæ atq; conditionis existimabatur: & e contrario  
actor siue dispensator, bonæ frugi, atriensis, cubicularius, librarius, ana-  
gnostes, ordinarius deniq; seruus, aut vno domino qui vixerat: aliquan-  
to maioris, coquo, mulione, mediastino, vicario, scopario, lauandis &  
stercorandis latrinis adhiberi solito, verberone aliquo compedio, fur-  
cifero, arenariove dignationis (pene dixerim) atq; splendoris, hoc est  
qualitatis & existimationis habebatur: aut potius minore macula & in-  
famia notatus: quam obrem pro varietate seruilium personarum, illa-  
tæ ipsis iniuriæ crescebat vel minuebatur æstimatio: atq; hoc quidem  
auctores nostri perhibent f. Iidem seuerius animaduersum fuisse à ma-  
gistratibus in eum qui seruum actorem rerum, quam qui alium quem-  
libet seruum vt puta mediastinum corrupisset, non obscure signifi-  
cant s. Merito: actor quippe rerum siue dispensator qui in seruorum  
urbanorum numero fuit h (hactenus ab actore fundi i siue à villico se-  
paratus) dominica tractabat rationes k: sub procuratore saltem, qui  
bonorum rerumque omnium administrationem habebat l: cæterum  
si nec amplæ facultates nec latè diffusum esset patrimonium, eundem  
actorem ac procuratorem veteribus fuisse conicio, ex eo quod actor  
siue procurator prædiorum m, possessionem n, bonorum o dicebatur:  
& ex hac etiam procuratoris res agentis nota scilicet vulgarisq; signi-  
ficatione, festiuè Martialis in eum lusit, cuius vxor cum procuratore  
(qui res agere dicitur sed alio modo) rem quo nomine Venus etiam  
notatur (teste Aufonio) stuprique consuetudinem haberet: his omni-  
no versibus P,

Nil mihi respondes? vxoris res agit, inquit,

Ista mea sane certus es asper homo est,

Procuratorem vultu qui praeferat ipso:

& cætera: statim autem

Res vxoris agit? res nullas crispulus iste,

Res non vxoris, res agit iste tuas.

Idem verò res agens procurator aut actor simpliciter (vt alibi saepe) aut  
quod potius crediderim, actor in bonis ab Hermogeniano nostro q di-  
citur:  
D. de iure fisci. p. epigr. 62. lib. 5. q. 1. aufertur s. Actores D. de iure fisci.

aitur eadem loquendi figura: qua & apud Ciceronem a, apud Vlpia-  
num b, apud Dioclet. & Maximian. in Impp. c apud Iustinianum d de-  
nique, Dominium in bonis Seruum aut Dominum in bonis dictum  
legimus. Et Hermogeniani quidem in verbis cum hæreat macula,  
quæ, quo minùs id (quod monui modò) cernatur, impedit: ad hanc de-  
lendam, si parumper ab itinere, quod institi, excurrero, dum animo  
studiosius obsequor: pro meo iure proque scriptorum huius generis  
libertate fecero. Locus ille iurisconsulti passim in excusis omnibus,  
etiam Florentinis libris deprauatus cernitur, in hunc qui sequitur  
modum, Actores qui aliquod officium gerunt in bonis quæ distra-  
hant procuratores vñundare inconsultis principibus prohibentur:  
& si vaneant, venditio nullas vires habebit; A nobis ita castigatur:  
vt, his deletis, Qui aliquod officium gerunt, sic legantur cætera vt in  
excusis & Florentinis etiam codicibus, Actores in bonis quæ distra-  
hant procuratores, & quæ sequuntur. Scio me nonnullis visum iri au-  
daculum: sed qualis qualis sum, eius profectò mihi coniecturæ occa-  
sionem, & ratio iuris ciuilis, & iuriconsultorum stilus, & ipsa ver-  
borum significatio præbuit: quarum rerum aliquam certè nunc habe-  
re me notitiam conuenit: cum & adolescens, Iacobe Cuiaci, doctor  
optime, operam tibi dedi, & ex eo tempore veterum ac recentiorum  
scripta perpetuo versare non desisti: veruntamen gerere negotia, rem-  
pub. tutelam, bona, patrimonium in libris nostris frequenter: Officium  
gerere nullo alio in loco legimus: itaque vt maximè administrare of-  
ficium nostri e dicant, illud certè, Qui aliquod officium gerunt, nun-  
quam à Iuriconsulto ( præsertim non necessariò ) scriptum arbitra-  
bor, nisi tu contra senseris: interea vetusti cuiusdam interpretis non  
valde boni esse prædicabo, qui Accursium in eam errorem adduxe-  
rit, vt actores à procuratore fisci vel Cæsaris institutos: procuratores  
autem Castaldiones perperam diceret: cum ipse alibi f, Actores ser-  
uos Castaldiones vernaculo sed tamen satis apto ad rem intelligen-  
dam vocabulo, procuratores autem fisci vel Cæsaris optimè (vt ex a-  
lio loco s apparet) interpretetur: quod hinc quoque faciendum censeo:  
vt quemadmodum procurator totorum bonorum cui res administran-  
dæ mandata sunt, res domini neque mobiles neque immobiles, neque  
seruos sine speciali domini mandato alienare ( auctore Modestino h )  
potest: ita etiam bona quæ ad fiscum deuoluta sunt, vtiliter ad domi-  
nij translationem alienare non possint procuratores siue rationales  
Cæsaris, qui per procuraciones administrandis (vt ait Tacitus i) nego-  
tiis incumbunt: sed venditionis, donationis, transactionis causa nihil  
agant: quoniam non alienare ipsis rem Cæsaris, sed diligenter gere-  
re commissum est, id quod Vlpianus k tradit: hoc amplius, vt etiam  
bonorum fisco vindicatorum actores à Cæsaris vel fisci procurato-  
ribus frustra sine principis consensu distrahantur: nam et si rerum fis-  
calium præcipua cura sit penes procuratores Cæsaris: non est inutilis  
tamen actorum opera qui sunt sub dispositione prouincialium Cæsaris  
procuratorum, vt hi sub dispositione Comitum rerum priuatarum siue



a li. j. epi.  
 ibi, Dein-  
 de quod  
 no minus  
 vilequam  
 voluptuo-  
 su posse v-  
 traque ca-  
 dem opera  
 eodem via-  
 tico inuis-  
 re sub eo-  
 de procura-  
 tore ac pe-  
 ne hsdem  
 actoribus  
 habere, y-  
 nam villa  
 colere &  
 ornare al-  
 teram can-  
 sum tueri.  
 b in Traia-  
 ni panegy-  
 c Spartia-  
 nus in Se-  
 uero.  
 d l. j. t. 4. li.  
 ro. C. The.  
 e d. l. j. ver.  
 tde enim.  
 D. de offic.  
 procur.  
 Caf.  
 f l. fundo  
 legato 22. §  
 vl. D. de in-  
 str. lc. Pau-  
 lus lib. 3.  
 fen. ii. 6. de  
 leg. 9. fido  
 & 5. Actor.  
 g l. ne pro-  
 curatores  
 30. D. de  
 iure fisci.  
 & facit d. l.  
 Bonorum  
 eod. tit.  
 h l. Caij  
 Cassij D.  
 de fideico.  
 libert.  
 id. l. vl. D.  
 de of. pref.

patrimonij: & ita quidem, vt quemadmodum priuatorum quorumque  
 procurator ille quem diximus actores sub se complures interdum ha-  
 bet, si amplæ sint puta vel inter se distatæ possessiones ac villæ domini:  
 quæ singulæ suos actores habent (vt ante attigimus, & Plinius ad Cal-  
 uisium Ruffum<sup>a</sup> indicat) sic etiam vnus prouinciæ procurator sub se  
 multos actores habere possit, qui omnes imperio procuratoris pare-  
 ant: vnde idem Plinius ad Traianum<sup>b</sup>, Dicitur (inquit) actori atque  
 etiam procuratori tuo, In ius veni, sequere ad tribunal. Sub Seuero Im-  
 post multorum proseriptiones priuatarum rerum proeurationem pri-  
 mam constitutam fuisse historici<sup>c</sup> tradunt: quapropter vt procurato-  
 ris ita quoque actoris rerum priuatarum Constantinus Imperator<sup>d</sup> a-  
 licubi mentionem facit. Sanè eum procuratores qui rem Cæsaris tra-  
 dunt, tunc eius rei dominium transferant (Vlpiano<sup>e</sup> teste) cum nego-  
 tium Cæsaris gerentes consensu ipsius rem illam tradunt: dubitari non  
 ab re potest eur bona ipsa non item actores bonorū rectè distrahatur.  
 nā sine consensu Cæsaris non magis actores, quàm ipsa bona distrahi  
 prohibentur: imò verò multò minus: cum bonis (præsertim non mo-  
 diicis) accessionis loco sint: quod fundi instrumento contineri non du-  
 bitatur. <sup>f</sup> Ex quo sequitur, abnutiio articulo addito forsit, vt ita le-  
 gendum rectè quis dixerit, In bonis quæ non distrahunt: id eò puta, quia  
 non possunt: vel quod, etsi possint ex permisso Cæsaris: attamen di-  
 strahendam esse bonorum vniuersitatem non putant, denique alienare  
 bona nolunt: hoc sensu scilicet, Procuratores sine permisso principis  
 nec bona ad fiscum deuoluta fiscoque vindicata, nec verò bonorum  
 actores vtiliter distrahere: vel, quibus omnium bonorum distractio  
 specialiter à principe permissa est procuratoribus, ab ipsis bonorum  
 quæ cum possint nolunt vñundare, inutiliter actores sine bonis quo-  
 rum administrationi destinati fuerint, omnino distrahi. Sed præstat vt  
 abnutiium articulum ex omnium librorum fide retineamus: & quam-  
 uis bona fisco vindicata procuratores Cæsaris alienent ex permisso  
 principis, ipsos tamen actores bonorum nisi nominatim illis vt acto-  
 res quoque distraherent facultas concessa sit, alienari non posse Iuris-  
 consultus significet: nedum illo casu quo cætera bona non distrahun-  
 tur: quod ius ex Imperatorum constitutionibus<sup>g</sup> in solis actoribus non  
 in cæteris seruis obtinet: præsertim cum actorum huiusmodi siue dis-  
 pensatorum tam necessarius sit vsus, vt iis aut priuato aut fisco carere  
 (quomodo Modestinus<sup>h</sup> ait) non expediat, iactura verò ad totorum  
 bonorum euerisionem (auctore Paulo<sup>i</sup>) pertineat. Bonis igitur præpo-  
 sitos & rationibus dominicis actores honestissimo præ seruis reliquis  
 loco & gradu fuisse inde colligimus. Sed & atriensem Cicero, in  
 Paradoxo. 5. Plautus hoc amplius & villicum & peni procuratorem  
 inter lautiores seruos connumerat: apud eum etenim Pseudolo, Act.  
 2. Scen. 2.

Ha. Quid istuc verbi est?  
 Pseu. Condus promus procurator peni.  
 Ha. Quasi te dicat atriensem.

Pf. Ego?

Pl. Ego? imò atriensis ego impero.  
 & Casina, Act. 2. Sec. vlt.

Ch. Illuc est hunc quod hic præfecit villicum:  
 Et idem me pridem, quom es aduersum veneram,  
 Facere atriensem voluerat sub ianua.

& Asinaria, Act. 2. Sec. 2. & 4.

Ex templo facio facetum me atque magnificentum virum,  
 Dico me esse atriensem.

Mediastinos autem leoparios & focarios aliòsque his similes: qui tra-  
 ßarent ista, qui tergerent, qui vngerent, qui verrent, qui spargerent,  
 non honestissimum locū seruitutis tenuisse refert Paradoxo. 5. Cicero:  
 sordidioris operæ istos Seneca nominat: vterq; merito: cum essent ad-  
 modum vilia ista ministeria, imò verò (vt ipsius Senecæ li. 2. de tranqu-  
 vitæ cap. 15. verbis vtar) ignominiosa officia sortiti: & quæ citra iniu-  
 riam corporis (quod in seruis etiam probrosum atque postremum est,  
 vel Imperatoribus<sup>a</sup> testibus) exhiberi vix possent. Quamobrem ferre  
 non possum quod apud Vlpianum<sup>b</sup> atriarij focariis adiunguntur, & in  
 mediastorum numero ponuntur: ac si locus est integer, vt atriaro-  
 rum locum ostiarij (quos cum vetere more in catena essent ad ostium,  
 vt de Octacilio quodam rhetore Suetonius<sup>c</sup> loquitur, ideò catenariis  
 canibus comparat, & in extremis mancipiis connumerat Seneca<sup>d</sup>) subi-  
 re non debeant: certè quidem alios esse ab atriensibus atriaros existi-  
 maerim: illos minoris maculæ, hos minus honestos, veluti quosdam  
 illorum vicarios: qui forsitan atrium verrent atq; ad atrium perpe-  
 tuò tanquam ad ostium eius obseruandi gratia starent: cum atrienses a-  
 trio præfedi, ne quid ex imaginibus, stemmatibus, tablinisque ac cæte-  
 ris in atrio (vt Plinius<sup>e</sup> & Vitruuius<sup>f</sup> tradunt) reponi solitis, deperirer,  
 curam gererent: quomodo fornacarios à fornacatoribus (cum vtro-  
 rumque auctores nostri meminerint) diuersos ac separatos esse tentari  
 potest: qua de re alio forsitan loco tractabitur: nunc de seruili macula,  
 quod dicendum restat, exequar.

Seruorum qui sæpe venundati forent, tanquam ob improbos mores  
 & animum peruicacem ne vni quidem homini placere possent, maio-  
 rem maculam & infamiam fuisse antè admonui: quod Accursiani do-  
 ctiores non docent, ipse valde idoneis veterum auctorum hisce testi-  
 moniis comprobabo. Claudianus in Eutropium. <sup>g</sup>

—maculamque minorem

Conditionis habet, domino qui vixerit vno:  
 & alibi<sup>h</sup> in eundem

Seruitio non arte pares: hic sapius emptus,

Alter ad Hispanos nutritus verna penates.

Quintilianus in Gladiatore, Decla. 9. Parum est quod in nefarias (ait)  
 latronum manus præda perueni, & (quæ vltima malorum etiam seruo-  
 rum conditio est, sine exceptione vñnalis. Apud Tacitum in vita Iulij  
 Agricolæ, deniq; Galgacus Britannorum dux quidam ita loquitur, vt  
 miseriam & extremam conditionem esse mancipiorum qui sapius

M 3

a l. 39. C. T.  
 de decuri.  
 b l. 9. Cau-  
 pones. D.  
 Nautæ cau-  
 tab.  
 c in lib. de  
 clar. rheto.  
 & notauit  
 Brodus  
 cap. 3. li. 4.  
 Misc. vbi  
 hunc Ouidij  
 versum  
 ex r. Amo.  
 citat Iani-  
 tor indi-  
 gnè dura  
 religate ca-  
 tena.  
 d li. 3. de i-  
 ra. ca. 37.  
 e li. 35. nat.  
 hist. cap. 2.  
 f lib. 6. ca. 4.  
 ad finē vbi  
 de atriis.  
 meminuit  
 etiam Val.  
 Maximus  
 lib. 5. ca. 8.  
 vbi de Mā-  
 lio Torqua-  
 to. ad fin.  
 g lib. 5.  
 h lib.

distrahatur, leuiter significet: Nata seruituti mancipia semel vaneunt (ait) atque vitro à dominis aluntur: Britannia seruitutem suam quotidie emit, quotidie pascit: ac sicut in familia, recentissimus quisque seruorum, & conseruis ludibrio est: sic in hoc orbis terrarum vetere simulatu, noui nos & viles in excidium petimus. Cæterum vt in illo Quinciliani loco vltima conditio quorundam seruorum dicitur, ex quo non eandem omnium omnino sortem aut qualitatem esse colligimus: sic & alicubi<sup>a</sup> noster Vlpianus, Seruum compeditum vel male notum vel notæ extremæ: sic & ipse Seneca conditionis extremæ mancipia, vel quod idem est) extrema mancipia, cum vilissimos, abiectionissimos, & infimæ notæ seruos designaret, vt alibi<sup>b</sup> sæpe: sic in hoc loco<sup>c</sup> (quem, quod emendandus est, oculis subiiciam) nuncupauit. Iratum vidisti amicum tuum ostiario caudicem alicuius (sequitur aut vidisti vel aliàs audisti, quod totum deleo, tanquam adnotatum ad prius illud vidisti, ex margine in contextum venerit) quod intrantem submouerat, & ipse pro illo iratus extremo mancipio fuisti. Porro in extremæ notæ seruis, & eos olim connumeratos censeo, qui in arenam depugnandi causa intromissi essent: itaque hoc quoque nisi à venditore mancipij palam ac rectè pronunciatum foret, iudicium dabatur ex edicto ædilium, serui (vt Vlpianus<sup>d</sup> docet) redhibendi gratia: qui deinde manumissus ciuitatem Romanam sperare non poterat, sed dedititiorum numero habebatur: idque idem Vlpianus<sup>e</sup> Alia Sentia legi tribuit. Quæ seruorum differentia vt magni antiquitatis momenti fuerit, nihilominus tamen (sicut apud Iustinianum<sup>f</sup> est) omnes seruili macula imbuti, omnes seruili conditione maculati cenfebantur: itaque in quodam Imperatorum rescripto<sup>g</sup> eum seruum, qui non ignarus conditionis suæ, ad ædilitatem (hoc est magistratum municipalem) aspirasset, ob violatam seruili macula curiæ dignitatem poena congruenti afficiendum, sine vlla seruili officiorum aut ministeriorum distinctione, legimus. Præterea vt seruorum, ita sub Imperatoribus posterioribus & colonorum siue originariorum & adscriptitiorum, & verò curialium & cohortaliorum conditio, sine macula non fuit, Honorio ac Theodosio<sup>h</sup> ipsoque Iustiniano<sup>i</sup> auctoribus. Proximè tum quidem illi ad seruorum conditionem accedebant, vt de Constantinus colonos qui fugam meditentur, in seruilem conditionem ferro ligari, hoc est catenis & vinculis constringi voluit: vt officia, quæ liberis congruunt, merito seruilis conditionis implere compellerentur. Quid libertini sine macula fuerunt? Imò verò ipsos seruili macula esse aspersos Dioclet. & Maximianus alicubi<sup>k</sup> disertè pronuntiant: Eorum siquidem (nisi ius aureorum annulorum natalium restitutionem, liberamque testamenti factionem à principe impetrauerint) conditio seruili affinis est, magisque ad seruitutem quam ad ingenuitatem libertinitas accedit. Libertorum denique vt sanguis seruilis est, & ita nominatur à Suetonio in Augusto cap. 40. sic etiã seruilia dicuntur à Tacito ingenio, lib. 2. annal. seruilia imperia lib. 4. seruilia iussa, lib. 13. seruilis quoque animus illo in loco li.

a l. item apud Labeo nem. s. prætor sit. ver. Etenim multū de iniur. b epist. 71. & 81. c li. 3. de iura cap. 37.

d l. j. §. itē si quod D. de ædi. ed. e in fragm. Inf. siue regul. tit. de libe. s. Dedititiorū. f l. nemini licere 19. C. de episco. aud. quæ sumpta est ex l. j. & vl. in princ. C. de infra. expos. g l. 2. Si seruus aut libert. ad de curion. ac pit. C. lib. 10. h l. pen. de priuileg. cor. qui in sac. pal. mil. C. Th. li. 6. i d. l. ylt. §. j. C. de infant. exp. kl. j. C. Th. de fug. co. lo. li. 5. ti. 9. l. d. l. cum precum C. de libert. causa.

15. annal. Nam cum secum seruilis animus præmia perfidiæ reputauit, simulq; immensa pecunia & potentia obseruabantur, cessit fas & salus patroni & acceptæ libertatis memoria. Sed & ab eodem auctore libertos κατ' ἐξοχῆν, aut ἐμπατιστῆς seruitia nominari reperio, lib. 14. vbi de Polycleto liberto à Nerone in Britanniam missio ita loquitur, Sed hostibus irrisui fuit, apud quos flagrante etiam tum libertate nondum cognita libertorum potentia erat, mirabanturque quod dux & exercitus tanti belli confector seruitis obedirent. Plinius etiam Secundus vbi de Pallante quodam (quem Claudij principis libertum, etque à rationibus fuisse, prætorique ornamenta senatus iudicio suscepisse, narrat historia<sup>a</sup>) sic ferè ad Montanum lib. 8. epist. scribit, vt Pallantem eadem figura & seruum & mancipium nominet: Omitto quod Pallantif seruo (inquit) prætorique ornamenta offeruntur, quippe offeruntur à seruis: & statim, Imaginare Cæsarem liberti precibus, vel potius imperio coram senatu obtemperantem: & postea, Placuit cre signari omnes honores fastidiosissimi mancipij. Postremò, vt liberti seruitia, eorumque ingenia seruilia, sic & patroni vocantur ab ipso Tacito domini, ob id quod antè diximus: vel ea forsitan loquendi figura, qua Iuriconsultus<sup>b</sup> intelligere se ait, cum ex altera parte insulæ alueus fluminis exaruerit desuisse insulam esse: sed quo facilius res intelligeretur, eum agrum qui insula fuerat, insulam appellari: vt & apud Senecam, domini appellatione, significari eum, qui quondam dominus fuerit, intelligimus: nã huius hæc ferè verba sunt ex epist. 47. ad Lucilium, Stare antè limen Callixti dominum suum vidi: & eum qui illi impegerat titulum, qui inter ridicula mancipia produxerat, aliis intrantibus excludi, at ista Taciti lib. 8. ex annalibus, Gratū primoribus ciuitatis etiam plebs approbavit, quod reuersis ab exilio iura libertorum concessisset: quanquã id omnino seruilia ingenia corrumpebat, abditis pecuniis per occultos aut ambiciosos sinus: & quidem in domum Cæsaris transgressi atque ipsis dominis potentiores, Chrysippus profecto libertos adhuc esse δὲ λους dicebat, & ex libertinorum corpore antiquitus assumebantur, quos seruos publicos à Romanis veteribus nuncupatos verum est: quæ de re inferius cap. 24. agetur. Ac de macula quidem seruili hætenus.

Et seruis autem & libertinis, quorum artificiales operas domini vel patroni scenæ aut arenæ (præsertim ante legem Petroniam, siue Pætiani) identidem pro imperio locare aut suis vel amicorum ludis gratuitas exigere solebant Romani veteres<sup>c</sup>, in plerisque iuris nostri quæstionibus adiunctos atque comparatos legas, liberos homines etiam ingenuos, qui rei ludicræ causa in scenam prodirent: vel operas arenæ, id est, ad depugnandum siue ferro siue cum bestiis locarent: tanquam non miristorum nota (sic enim Paulus<sup>d</sup> quoque noster nominat) vitæque infamia, quam illorum esset: cum qui sponte hoc agerent, quod serui pantomimi & histriones ex præcepto dominorum, vel ad quod non modò patronis libertos<sup>e</sup>, sed ne dominis quidem seruos compellere inuitos ex iure constituto, nisi per iudicem antea designatos (vt ex superiore sermone diximus) quoniam sine periculo vitæ

a Sueton. in Claudio ca. 28. Tacitus lib. 12.

b I. insula §. 5. vl. D. de adquir. ter. dom.

c l. sed est quid 19. D. de usufr. l. vt iusturan di 7. §. dabitur. l. patris nus 25. l. si libertus 27. D. de oper. libert. d. l. lege Julia §. j. ver. an & is. D. de ritu nupt. l. h. de m. D. de oper. libe.

præstari non posset, ipsis non licebat: de sua non tantum existimatio-  
 ne, verum etiam conditione, statu & vita quodammodo transegitte,  
 pretiisque vilitate auctorati viderentur: tanquam ij qui pretium parti-  
 cipandum in seruitutem vaneunt: aut velut ij qui sibimanus intulerunt,  
 etiam si non perpetraverint, de se ipsi (vt Iuriconsultus a ait) senten-  
 tiam tulisse, suaque ipsorum sententia propemodum capitis deminu-  
 tionem passi censerentur: quibus ( auctore B. Augustino b societatem  
 ciuitatis, indoles Romana patere nolisset, qui cæterorum deniq; ci-  
 uium iure non amplius vterentur: sed (vt Constantini c verbis vtar) &  
 infamiae notam subirent, & alieni à Romanis legibus fierent. Est enim  
 ludieras quoque artes exercere honestum aliquando fuit in Græcia  
 (Tacito in dialogo de oratorib. Probo, in prin. lib. de vita Imp. & i-  
 pso Augustino lib. 2. de ciui. Dei cap. 10. & 11. testibus) attamen res me-  
 retricias turpissimas profectò, quæ in scenis ac theatris aut aguntur  
 aut pronunciantur, adeò censor animus respuit, vt ipsarum actores in-  
 honestos esse ciuile ius populi Rom. & inter capita computari iudicari  
 infamia: idque ab Arnobio d traditur, & nos altero libro e attigimus.  
 Imò verò infames adeò fuisse habitos à veteribus Romanis scenicos,  
 ex quarto Ciceronis de Republica B. Augustinus alicubi f addoet,  
 vt eum artem ludieram scenamque totam probro ducerent, genus id  
 hominum non modò honore ciuium reliquorum carere, sed etiam  
 tribu moueri notatione censoria voluerint quisquis ciuium Romano-  
 rum esse scenicus elegisset. Notæ causa censor antiquitus, non modò  
 senatores aut equites suis ordinibus, adempto lato clauo aut equo pu-  
 blico, sed & plebeios tribu mouebat, id est, ex honestiore tribu rustica  
 fortasse ( nam erant rusticæ tribus, auctore Plinio, s laudatissimæ ) in  
 urbanam transferebat (quod ignominiosum desidiæ probro fuisse, i-  
 dem Plinius memorat) aut, quod fuit turpius, vt suffragiis prorsus pri-  
 uaret, in Cærites siue Cæritum tabulas referri (teste Gellio h) iube-  
 bat: aut ærarios denique faciebat ( vt alicubi i Lilius loquitur, vel vt  
 Cicero k) in ærariis relinquebat, quò à militaribus stipendiis repelleret:  
 quod grauissimum censoriæ notæ opus à veteribus existimatum est.  
 Ac censoriæ quidem notæ, Plinius secundus l in epistolis: Censoriæ i-  
 gnominiæ, animaduersionis, auctoritatis, notationis, Cicero m & B.  
 Augustinus n: Probri censorij, & castigationis censoriæ. Plinius alter  
 in historia naturali o: Operis etiam censorij præter Ciceronem p, Gel-  
 lius duobus (quod sciam) locis q commemorat: Ex quibus omnibus, a-  
 pud Suetonium explicari. & emendari potest, quod ita passim in exe-  
 sis libris legitur, r Nudatos opere censorio aut sententia iudicium de  
 ambitu condemnatos restituit: Nam quin pro Nudatos reponi Nota-  
 tos oporteat vt & ab aliis pridem animaduersum est equidem non du-  
 bito: qui notatorum vocabulum in libris nostris, & ad eos qui nec fa-  
 mosi vel ignominiosi sunt, nec tribu mouentur (vt Attellanos Xylicos  
 & alios eiusmodi) pertinere, superiore libro t perspicuum feci: cætera  
 Suetonij verba posterius u exponam. Nunc ad illud reuertor, quod cœ-  
 pi dicere.

a l. vlti. §. si quis autem  
 D. de bon. eor.  
 b li. 2. de ci uir. Dei ca. 29.  
 c l. j. in pri. C. de natu ral. lib. d lib. 7. ad uer. gent. e ca. 20. li. j. semest. f li. 2. de ci uir. Dei ca. 13. vide & ca. 14. 27. & 29.  
 g li. 18. nat. hist. ca. 3. v. bi de laud. agricultur. facit quod est apud auctore li. de vitis il- lustris. vbi de sempro nio Græc- obo. h c. 13. l. 16. not. Atti. i. lib. 9. k li. j. de of fic. & in o- rar. pro Cluentio. l. ad Qua. dratū. li. 9. m pro Clu entio. n li. 5. de ci uir. Dei ca. 18. o lib. 18. ca. 3. & 6. p li. 2. de o rat. ad fin. q li. 4. noct. Atti. ca. 12. & li. 14. ca. 7. r in Iulio cap. 41. s Baptista Egnat. in A rian. xl. Spartian. t cap. 20. ad fin. u ca. prox. ad fin.

Cum

Cum iis qui artes ludieras exercent & quæstus causa in certamina de-  
 scendunt, vel propter præmium in scenam prodeunt, eos qui manus a-  
 renæ locant siue ad gladij ludum, siue ad bestias, etiam si nondum de-  
 pugnaverint: aut qui sine mercede ita depugnaverint, vt tamen se in a-  
 rena honorari paterentur, in libris nostris passim compositos videas:  
 itaq; famulos esse utrosque pro se tantum non pro aliis postulare pos-  
 se: præterea lege Iulia de vi in reum ipsi, propter notam & infamiã  
 vitæ suæ, ne testimonium dicere liceat: caueri b traditur: non tamen eū  
 qui iaculandi causa, hoc est ad feræ contis iaculisque perimendas (qua  
 dere capite septimo egimus) ad urbem peregrè missus, non ob merce-  
 dem aut quæstum, sed vt artem ac robur ostendat, in arenam prodie-  
 rit (hunc enim excipit nominatim Vlpianus c ab eorum numero, qui le-  
 ge Iulia de vi testimonium dicere veratur) sed nec eum qui operas suas  
 locauerit vt prodiret artis ludicræ causa, neque prodierit: quia non est  
 ea res adeò turpis, vt etiam consilium puniri debeat, quemadmodum  
 Caius d definit. In scenam prodire, ad pronuntiandum, aut ad rem lu-  
 dicram, quæstus gratia, turpe est: In arenam descendere (mercedis præ-  
 fertim gratia) non modò turpe, sed turpissimum: ac propè sceleratam  
 nefariumque est: idèd huius, non illius delicti siue turpitudinis vel i-  
 psum consilium puniri cum iuriconsulto arbitror: atque istius diuer-  
 sitatis hanc esse rationem, quòd in scenam qui prodeunt ( vt mimi &  
 scenici ) non quidem periculo sed ludibrio corporis sui quæstum fa-  
 ciunt: in teatro, inquam, & scena existimationis & honoris iactura  
 fit, de vita nullum est periculum: at in arena qui dimicant, eorum vita  
 & salus in discrimen veniat necesse est f: quamobrem nemo sic dam-  
 natur, in scenam prodeat, artem ve ludicram exerceat: nec enim vlla in  
 eo poena est, sed tantum infamia, quæ vel ipsa sententiæ pronuntiatio-  
 ne infligitur s, contra plerique ex delicto ( præsertim serui & libertini  
 & vilissimi quique, id quod antea docuimus ) vt in metallum, sic ad  
 vtrumque gladiatorium scilicet ac bestiarum ludum poenæ causa dam-  
 nari solent. Ex quo sequitur, vt qui spontaneas operas arenæ præbent,  
 ipsi se velut aliquo scelere alligatos quodammodo capitali damnent  
 supplicio, libertatèque sibi abiudicent: tanquam hi qui olim, quod  
 censerit nolissent, aut ad delectum non respondissent, in seruitutem  
 vanebant: nec iam pro infamibus tantum: sed & pro seruis haberi ve-  
 lint: quamobrem, si eodem iure censeantur, nulla ipsis iniuria fieri  
 videtur. Igitur in arenariis idem ius quod & in seruis obtinet. Imò non-  
 nunquam & ij qui ludieras artes exercent, seruis ac libertinis compa-  
 rantur: & libertinis quidem, in eo iure h, quo dicitur senatoris filiam  
 neptem proneptem libertino, vel ei qui artem ludicram exercuit, cuius  
 ve pater matèrve id fecerit, legitime nubere non posse, senatoris filia  
 quæ corpore quæstum vel artem ludicram fecerit, aut iudicio publico  
 damnata fuerit impunè liberto nubere, nec honorem ei seruari quæ se  
 in tantum foedus (sic habent Florentinæ Pandectæ i, pro eo quod Græ-  
 ci k; τὸ ἀίγρον dicunt hoc est pro turpitudine) deduxerit. Seruis autem  
 eos qui ludicram faciunt à nostris adiungi, quoniam hoc ad rem quam

a l. 1. §. Item S. consulto. D. de post. l. j. §. qui ac tis l. 2. §. Ait prætor qui in scenam. & §. vlt. D. de iis qui not. inf. b l. 5. lege Iulia. D. de testib. c lib. 9. de offi. pro- cō. in frag. Plithoan. tit. 9. d l. qui autē operas j. D. de iis qui notant. inf. e l. min. §. C. de epis. audienr. f l. vi. D. de ser. fugit. l. hæ demū 38. D. de o- per. libert. g arg. l. non alia. & l. i- cius fastiū. D. de iis qui no. inf. h l. semper 42. in fi. l. le- ge Iulia. in princ. & §. j. & l. sena- toris 47. D. de ritu nu. i d. l. sena- toris. k Andeci- des vel τὸ ἀίγρον καὶ τὸ ἀίγρον.

paro, proderit: subiectis hisce aliquot exemplis comprobabo. Militem æque puniendum capite, si artem ludicram fecerit, ac si in seruitutem se venire passus sit, Marcellus ex Menandro tradidit: quod multo magis in eo dicendum existimo, qui operas arenæ locauerit. Præterea ad accusationem ex lege Iulia maiestatis, ut histriones & reliqui famosi, qui ius accusandi propter delictum proprium non habent: ita serui quoque ac liberti admittuntur, idque Modestinus notat. Scenicæ mulieris malam esse conditionem, & inhonestam conuersationem, eiuſque maculam impetrato principis rescripto penitus dirimi, ut seruilem maculam, si seruus natalibus indulgentia principali restitutus fuerit, à Iustiniano alicubi constitutum memini. Denique serui responso non aliter, nisi habita prius de ipso quæstione, creditur (sic enim è libris nostris exponendum reor, quod apud Senecam legitur, seruo testi credi non solere) ita quoque, si ea sit rei de qua agitur conditio, ubi arenarium testem vel similem personam admittere cogimur: sine tormentis testimonio eius credendum non esse Arcadius tradit. Animaduerte autem, quod hæc Iurisc. Similem personam adiicit: cui voci hæc vis subiecta est, ut & eos qui artem ludicram faciunt, & manus arenæ locauerunt (quamuis in eam non descenderint) comprehendat. Sanè qui nondum in arenam descendit, sed operas arenæ iam locauit, non eius quidem notæ est, cuius in arenam damnatus (qui proculdubio libertatem perdidit, cum hic liber & ciuis maneat) neque verò cuius arenarius qui vel auctoratus est ad gladium, vel operas in bestiis conficiendis ad populi voluptatem exhibuit: sed cuius illè qui in scenam prodit, ut ex superioribus apparet: quamobrem sæpe copulantur qui artem ludicram fecerit quique operas arenæ locauerit: ut cum libertino patri quominus imposita libertatis causa præstet eos non prodesse Paulus significat. Verumtamen sæpe accidit, ut, quod de damnatis in arenam, id est, ad gladium aut bestias dicitur, id & ad eos qui sponte arenarij facti sunt protrahatur: & rursum ut quod de arenariis dicitur, id & ad scenicos mimosque & eos ad depugnandum arenæ se locauerunt (ob quandam personarum huiusmodi similitudinem) prudentum interpretatione atque auctoritate porrigatur: exempli causa, In lege Iulia de adulteriis explicanda Iurisc. tradunt, marito quoque adulterum vxoris suæ occidere permitti: sed non quemlibet ut patri: Quem igitur eum qui leno fuerit, qui artem ludicram fecerit, qui manus arenæ locauerit, eum qui seruus erit, & quosdam alios, ut ex illo Marciani responso colligitur, quod in Iustiniani Pandectis extat: & ex illo apud Paulum singularis libri de adulteriis fragmento: quod Pithæanus liber superiore sermone celebratus à nobis, si non integrum atq; incolumem, at qualem qualem hæctenus, non sine aliquo studioiorum antiquitatis commodo fructuque, conseruauit: vbi, Ergo secundum leges viro etiam filio fa. permittitur etiã domi suæ deprehensum adulterum interficere seruum (ait) & eum qui auctoramento rogatus est ad gladium, vel etiam illum qui operas suas ut cum bestiis pugnaret locauit, & cætera quæ sequuntur.

a l. quædam delicta. D. de poen.  
b l. famosi. D. ad leg. Iul. maiest.  
c l. Imperialis. itaque cum iniuriis, & seq. C. de nupt. d l. si sine § sed si seruus. D. de interrog. act. l. cum probatio. 7 D. de probat. l. serui responso 7 D. de testibus. l. quosies. C. de quaestio. e ad finem eontro. 9. lib. 3. f l. ob carmè. § si ea rei. D. de test. facit Nouellam. l. in. de testib. § si vero ignof. & §. seq. § l. 8. eius qui §. vit. D. de testa. l. qui ultimo D. de poen. l. aut damnatum. § qui eunque in Iudum. l. quod ad statum. in si. eod. tit. h l. qui libertinus. 37. in prin. D. de ope. libett. i l. marito. 24. in prin. D. ad leg. Iul. de adulter. k tit. 4. de adulterio.

Itaque

Itaque cum is in quem arena pœna statuitur, quæ seruitutem (vt modo dicebamus) irrogat, ideò ius legitimæ successione integrum nõ habeat, neque verò legatum aut hereditatem ex testamento (vt apud Vlpianum est) vel ab intestato capere possit, pœnæ seruus effectus, ad gladium, vel ad bestias, vel in metallum damnatus: quia seruitus (auctore ipso Vlp.) morti assimilatur: quamobrem pro non scripto sit, quod pœnæ vel hostium seruis, ut id quod mortuis relinquitur: arenarius autem sua sponte constitutus etsi testamentum non inutiliter facit, sed aut similis conditionis hominem, aut magna quoque auctoritate præditum aliquem heredem scribere ac de restituenda hereditate rogare potest, iusque legitimæ successione saluum habet (vt ab Imp. Alexandro rescriptum est) cum ipsi ciuitas & libertas maneat: de inofficioso tamen parentis testamento exheredatus queri aut præteritus bon. possessionem contra tab. petere non poterit: nam (vt idem Imp. ait) talem filium meritò quis indignum sua successione iudicat: siue diserte, cum nominatim exhereditat: siue tacite, cum eum non instituit sed præterit. Quæ cum ita sint in arenario constituta, & artem ludicram facere, à Iurisc. ponatur in delictis, & verò in iis non euentus & factum, sed consilium spectari solet: sitq; inhonestior eo qui artem ludicram facit, arenarius: propè est, ut in eo qui turpe consilium in arenam descendendi cepit, in eam rem ut operas locaret: aut qui in scenam prodit: ea quæ diximus obtinere debeant. Igitur his quæ non licebit parentis iudicium per querelam, aut bonor. possessionem contra tab. rescindere. Iustinianus profectò non arenarium, sed mimum quoque qui præter voluntatem patris artem ludicram fecerit (cui eum omnino ciuili iure cõparari docuimus, qui arenæ se locasset) merita de causa exheredari ab eo qui non sit eiusdem conditionis, Nouella sua constitutione præcipit. Rursum tali herede instituto qui infamie turpitudinis vel leuis notæ macula aspergitur, fratrem consanguineum de inofficioso testamento queri posse rescriptum est. Quod si qui operas locasset, aut artem ludicram fecisset, eius si non caput, existimatio quidem certè, auctoritate legum ex delicto adeò minuebatur, ut famosus effectus, nisi forsitan ætate minor esset (quem, etsi in ludicre artis ostentatione spectaculum sui populo præbuerit, inuiolatam existimationem obtinere, Imperatorum rescripto exprimitur) in ciuili prope numero non haberetur: quorum videlicet iure non utebatur, qui neque sententiam (vt antea) dicere in senatu, vel in comitiis suffragia ferre, ordine ac tribu motus, nec ad magistratus, & solitos Quiritium honores aditum habere poterat: cui autem Romano nisi ciuis Romanus vel ab intestato vel ex testamento non succederet: quamobrem ne Latini quidem ab intestatæ matris hereditatem legitimam filij, sed tantum ciues Romani auctore Paulo, admitterentur: porro autem si, qui in scenam produci se præmij causa passus fuerat, quive ut in arenam prodiret, operas locauerat vel auctoramento rogatus fuerat, is legis Glicie, quæ inofficiosi querelam induxit, prætorisque emancipatum præteritum inui-

a arg. à contrario sensu. l. in arenam. C. de inof. test. & vide l. capitis D. de legit. hered. b l. si quis mihi 25. §. j. vers. si quis planè D. de adqui. her. c l. intercidit. §. vl. D. de ioco adit. & dem. d l. si in metallu in pr. & §. j. & l. pe. D. de iis que pronõ scri. d. l. si quis mihi. vers. si quis planè. e l. sed & qui §. D. ad Treb. f d. l. in arenam. C. de inof. test. g l. quædam delicta. D. de poen. facit. l. senatoris filia. D. de ritu. nupt. h l. prius D. ad leg. Cor. de Sica. Paul. li. 5. sen. tit. 23. §. qui hominem. i Nouella. vt cum de appell. cog. 18. §. aliud quoque capitulum. k l. fratres. C. de inof. test. l. l. cognitio. num. §. j. D. de var. & ex praor. cog. m l. pe. C. Exqui. cau. l. nfa. irrog. n l. r. C. de here. inst. l. legitimis. §. D. vnde cogn. l. capiti.

D. de suis & legit. her. o lib. 4. sent. tit. 10.



tantis ad contra tabulas beneficio indignus existimabatur: merito dubi-  
tatum fuit, an intestatæ matris hereditatem ex nouo iure senatuscon-  
sulti Orfitiani possit capere, qui (cùm alioquin ipsi ex testamento ma-  
tris legitimam portionem idem Sen. consultum, teste Nicephoro, lib.  
eccliel. histor. 3. ca. 31. relinqui voluerit) siue tacite siue nominatim ex-  
heredatus, de iudicio matris, quæ talem, hoc est tam vilis & abiectæ  
conditionis filium posthabuerit, vt à se suaque successione prorsus a-  
lienum esse vellet: queri, aut per querelam inofficiosi testamenti por-  
tionem illam ex eodem S. consulto consequi non possit: præsertim eum  
ex quibus causis querelâ liberis denegatur, aut frustra intenditur, ex his  
plerunque (vt ad illam Iustiniani Nouellam eruditè ab ipso Cuiacio a-  
nimaduersum est) ab intestati successione velut indignos repelli, & fi-  
sco locum fieri constet. Igitur Iuriconsultus hac de re agens, eum qui  
operas vt eum bestiis pugnaret locauerat, ex S. C. Orfitiano ad matris  
hereditatem non admitti dixit: non quia disertis ipsius senatusconsulti  
verbis repelleretur: sed quasi, quem nominatim tenatus ad successio-  
nem matris non vocaret, eum tacite ciuili & legitima intestatæ matris  
hereditate indignum iudicasse videretur: vel tanquam nõ ciuem, quod  
pari cum cæteris ciuibus iure non vteretur: vel quoniam, etsi maximè  
ciuis haberetur, eius tamen conditionis foret, vt aduersus matris testa-  
mentum, quo vel præteritus vel exheredatus esset nullum ipsi iure ciui-  
li aut pratorio remedium daretur. Verumtamen humana interpreta-  
tione placuit, eum (vt inquit Iuriconsultus) ad hereditatem matris le-  
gitimam licet formosum & vicissim formosiam mulierem ex Tertyl-  
liano <sup>a</sup> ad legitimam hereditatem liberorum admitti: eum & ante S.  
consultum impetrata bon. possessione ex capite vnde cognati mutuo  
succeedere non prohiberentur: & verò eius existimatio læsata tantum  
& minuta non etiam consumpta est (quoniam ciuis nihilominus ma-  
net, iurèque ciuili non potest non matrem habere aut habuisse intelli-  
gi) propterea nec à legitima intestatæ matris successione sit excluden-  
dus, qui nec à legitima patris hereditate repellitur: & cui patris aut ma-  
tris hereditas testamentaria non inutiliter defertur: eum & ex testamen-  
to vel parentis vel etiam extranei cuiuslibet capere, aut edicto præto-  
ris de infamibus, aut vilo denique iure non vetetur. Quod enim Veti-  
bio lenoni bonorum possessionem secundum tabulas <sup>Q.</sup> Metellus in  
prætura vrbana olim (vt est apud Valerium lib. 7. cap. 7. denegauit: hoc  
profecò non fuit ex iure translatitio ac recepto: sed neque posteaquam  
ex edictis perpetuis prætores ius dicere coeperunt, ipsos Metelli exem-  
plum secutos, lenonibus, his qui in publicum saltandi, pronuntiandi,  
depugnandi causa (indemnitate tamen) prodissent, in eamve rem o-  
peras locassent, cæterisque infamia notatis ex edicto, bonorum pos-  
sessionem secundum contrav tabulas aut ab intestato denegasse le-  
gimus.

*Tractatus*

*Tractatus 2. ad S. C. Orfitianum. Quæ capitis minutio, quod ius legitima suc-  
cessionis perimat. Quatenus contrahat aut ex vltima ciuis voluntate pe-  
regrinus capiat: & à seruo pænæ quid differat. an peregrinitate, vt ser-  
uitute solvatur matrimonium: & de dotis exactione. Nec fideicommis-  
sane ab intestato quidem relinquere, nec manumittere deportatum: li-  
beros tamen habere intelligi: relicta incapacibus an fisco cedant. Pertine-  
re. Plerumque suppletur posse. Restitutio, Abolitio, Indulgentia com-  
munis siue generalis itemque specialis. Honor Senatui à principalibus ha-  
bitus. Explicantur præcipue l. amissione §. publicatione. D. pro socio. l. sed  
si alia in fi. D. de bon. dam. l. si deportati. 7. in princ. & §. j. D. de legat. 3.  
l. edicto & l. statius Florus. D. de iu. fisci. Tentatur emendatio. §. Qui o-  
peras l. j. D. ad Tertyllia. sine qua etiam adfertur ad eum §. noua inter-  
pretatio, ex homonymia vocabuli capitalis. Capitalia interdum dici que-  
cunque iudicij publici crimina. Ex capitalibus criminibus vtputa maie-  
statis aut falsi, non capitales quoque pænæ irrogari. De relegato vel or-  
dine moto ac restituto: itemque de capitis minutione quæ salvo statu con-  
tingit. Exponuntur præcipue l. pen. D. si ex noxa. causa aga. & §. omni-  
bus. l. hos accusare. D. de accusat. & d. l. j. §. capitis. D. ad Tertyllia.*

C A P. XIII.

Sequitur vt de rei capitalis damnato neque restituto videamus: quæ  
Sei qui operas ad depugnandum cum bestiis locauit, Vlpianus com-  
parat: non modò vt neutrum ipsis Orfitiani S. consulti verbis nomina-  
tüm ad hereditatem matris legitimam inuitari: verum etiam (opinionem  
quidem mea) vt vtrumque ad eam hereditatem tacita S. consulti men-  
te, humanaque ipsius interpretatione vocari atque admitti significet.  
Qua interpretatione non emendari & corrigi S. consultum, in quo nul-  
la sit eorum facta mentio: sed potius adiuuari atque declarari existi-  
mandum est: quod non percepit Accursius. Idem humanam istam in-  
terpretationem ad rei capitalis damnatum (de quo I. consultus poste-  
riore loco meminit) non pertinere: sed solum illum qui operas locauit  
(de quo prius actum fuerat) comprehendere, leuiter notat: quem cæ-  
teri Latini certè sequuntur interpretes, non quod rectè sentire illum  
existiment (nisi forsitan ipsi nihil omnino sentiunt) sed ne se in istum  
argumenti quod mox proponam laqueum, vteumq; ab ipso euitatum  
induant. Magna capitis deminutio, quæ libertatem vel certè ciuitatem  
adimat, liberis nocet ad legitimam hereditatem (vt paulo post ab ipso  
Vlpiano <sup>a</sup> traditur) rei capitalis damnatum sic accipere debemus (eo-  
dem I. consulto <sup>b</sup> auctore alio in loco) ex qua causa damnato vel mors  
vel seruitus, vel etiam ciuitatis amissio contingit: hinc itaque necessa-  
riò efficitur, vt rei capitalis damnatus, cui magna capitis deminutio-  
ne interueniente libertas aut ciuitas adimitur: nullo modo, nec huma-  
na (I. consulti quidem alicuius) interpretatione, ad hereditatem matris  
admittatur: ad quam liberis nocere illam capitis deminutionem dixi-

<sup>a</sup> l. 2. §. si mu-  
lier. D. ad  
S. C. Tertyl-  
lia.

<sup>a</sup> §. capitis.  
in fi. d. l. j.  
ad S. C. Ter-  
tyll.  
<sup>b</sup> l. 2. D. de  
pœn.



mus : quæ omnia latiore atque accuratiore tractatione digna esse iudicamus.

Ac primum legitimæ hereditatis ius quod ex xij. tab. descendit, capitis minutione amittebatur, auctore Vlpiano in frag. Instit. capitis minutione autem, non magna tantum sed illa etiam quæ salua ciuitate contingeret, quæ minima dicebatur: quoniam hæc quoque priuati hominis & familiæ eius iura perimeret: cum enim lege xij. tab. hereditas suis liberis primùm, post etiam agnatis deferatur: agnati autem, & verò sui esse rectè que dici familia mutata per emancipationem, adoptionem, adrogationem, ac forsitan per conuentionem quoque in manum, desinerent: consequens fuit (id quod à nostris etiam traditur) vt quibus nec suorum nec agnatorum nomen conueniret, illi à legitima etiam hereditate repellerentur, quam deferebant xij. tabulæ: non item ab illa, ad quam nouis legibus tenatùsve consulti liberi vocantur aut parentes, naturali (vt Paulus ait) nomine designati: qui etsi familiam mutent, minimamque capitis minutionem patiantur, nihilomagis liberorum aut parentum nomen amittunt: nihilominus liberi aut parentes esse vel iura sanguinis atq; cognationis (quæ cum sint naturalia nullo iure ciuili dirimi posse, alibi ostendimus) habere desinunt: Quemadmodum igitur si naturales emancipati & adoptati iterum emancipati sint, ad honorum intestati possessionem ex capite vnde liberi vocantur, atq; ita ipsos habere ius naturale liberorum à Paulo traditur: quamuis minima capitis deminutione passi per huiusmodi emancipationem fuerint: Sic etiam non obstat illis ea deminutio, quominus eodem (naturali videlicet) liberorum iure, intestatæ matris hereditatem ex Orfitiano consequantur: quoniam, quibus vt filiis illo S. consulto defertur hereditas, eos iure quidem legitimo succedere, sed sanguinis tamen ratione (sicuti I. consultus loquitur) & æquitate naturali vocatos oporteat. Ac de minima quidem capitis deminutione hætenus. Magna sanè interuertit ius hereditatis legitime, siue antiquis xij. tabularum, siue nouis legibus, aut S. consultis delatum: etenim qui maximam aut mediam capitis deminutionem patitur, eius adeo consumitur existimatio, vt vel libertatem ex iure gentium (in metallum forsitan, ad ludi gladium, aut ad bestias datus atque adeo pænæ seruus effectus) vel certè libertatem ex iure Quiritium, id est, ciuitatem (deportatus puta in insulam, aut in opus publicum perpetuò datus) amittat. Et is quidem qui quoquomodo in seruitutem iuris gentium deductus est, quoniam seruitutem morti ferè comparamus ex iuris regula, vel potius quoniam pro nullo seruus habetur (vt superiore sermone comprobauimus) ideò non dubitatur, quin iure ciuili aut honorario succedere ab intestato non possit: cum ne iuris quidem gentium communionem habeat. ἀπολις autem & ita peregrinus effectus pænæ causa, vt nullius certæ ciuitatis ciuis sit, non magis quàm is qui deditiorum numero est (de quo apud Vlpia. quodam loco agitur) ea tantum quæ iuris gentium sunt habet, quæ verò iuris ciuilibus sunt (Marciano teste) non habet: adeò vt, quòd ad hæc attinet, mortui loco deportatus habeatur, quemadmodum nostri

a titu. de lib. succes. vel bon. s. vit. b l. amissio ne. s. vit. l. seq. & l. tutel. s. sed legitima. D. de cap. minut. l. capitis. D. de suis & legit. hered. c d. l. i. iuse. las. s. ex no. uis. facit d. l. capitis in fine. d in com. men. ad l. 8. Iura san. guinis. D. de reg. iur. c l. 4. Si tab. testa. nulla ext. aliàs est l. 2. in fi. ne. D. vnde lib. fl. 2. D. Vn de cognar. g l. vi. D. de ca. min. l. cognitio. num. s. con. sumitur. D. de var. & extraord. cognit. iun. sta l. in me. tallum. De. nu. Et l. in metallum 36 D. de pœn. h interci. dit in fi. D. de cond. & dem. l. sed alia lege. s. in princip. D. de bon. damn. l. fer. uitutem 209. D. de reg. iur. i in frag. In stit. ti. de rest. k l. quidam sunt 17. in §. D. de pa.

fri docent. Exempli gratia, contractus iure gentium introductos re ac vitulter deportatus celebrat: itaque mandare cuiquam potest, vt bona quæ sibi deportatio abstulit & publicata sunt, comparet: nam & acquirere sibi potest, idque quod adquisierit post deportationem, bonorumque publicationem, fisco non sequitur: nisi deportato mortuo, vt statim docebimus. Præterea cum nuptias consensus faciat & maritalis affectio, eademque coniugum affectio illas retineat, in quibus & naturale ius & pudorem inspicere solemus: publicèq; inter sit nuptias durare: quamobrè aliquo casu, & si non iure contractæ sint (puta inter filios familiæ, sine illorù volûtate quorum in potestate sunt) nihilomagis tamen soluantur: ideò seruitute quidem quasi morte matrimonium dirimitur, & cuius retinendi affectionem habere seruus non intelligitur, qui nullius loco est: deportatione non dissoluitur: quod iure gentium ac ciuili rectè inter ciues Romanos copulatum fuit matrimonium, si eius retinendi animus vterq; coniugum habeat: quæ ipsos qui liberi sunt non serui, habere nihil prohibet: idque ab Vlp. traditur. Ex quo sequitur, vt donationes inter virum & vxorè quæ morte confir mantur, seruitute itidem alterutrius non etiã deportatione conualescat: Itemque vt cum dos matrimoniũ sequatur: ibiq; dos esse debeat, vbi matrimonij sunt onera: vxori, deportato marito (cũ quo retinendi ma trimonij voluntatè habet) dotis exactio ipso iure non cõpetat: quãquam hoc casu, cum iniuquum sit eam (cuius animus in maritum inopẽ, matrimonijque retinendi sanè n̄ propositum laudari debet: quæque, si dissoluere matrimonium voluisset, quemadmodum potuit, dotem omnino recuperasset) esse indotatam: exactiõem dotis humanitate suggerente (vt rescripsit Alexander Imperator) vxori concedemus, etiam constante matrimonio: vel propter inopiam mariti: qua ex causa dotis exactiõem, & si deportatus non esset, vxori competere (auctore Vlpiano) dicemus. Ex diuerso si non maritus sed vxor deportata fuerit ex eius criminis causa: ex qua ipse dotis publicatio nominatim à legibus non infligitur, & retinendi matrimonij, vterque animus habeat: dotem non fisco interim cedere, sed penes maritum remanere, Vlpianus disertè scribit: P cum interim constante matrimonio maritus adeò sit dotis dominus, vt res dotales vxor vendicare aut vendere non possit: sed ob eas actio mariti sit, in cuius patrimonium ipsæ saltem iure ciuili, transferint: denique in bonis mariti res dotales esse ab Alexandro rescriptum est: sanè si post vxoris deportationem soluantur aut diuortio aut viri morte matrimonij: quæri non immeritò potest, exactio dotis vtrum fisco an mulieri deportatæ competat: & ex iuris quidem ciuilibus subtilitate (cum deportationis ipsum per se nomẽ honorum omnium spoliatio sit), adeò vt qui deportatur amissis bonis & ciuitate relicta nudus exulet\*) dicendum videretur ad fisco exactiõem dotis, vt cetera de portatæ bonæ (in quibus haud dubiè rei quoque vxoris actio vel origine

l. amissio ne §. publi. cauone. D. pro soc. l. j. §. deporta. tos D. de bon. poss. cont. tab. l. 4. §. si de. portatus de bon. liber. facit l. quo. tieny quod. pure. §. vit. D. de no. uat. b l. si m̄ da. uero. §. is. cuius D. Mand. c l. nuptias 30. D. de reg. iur. d l. cum hic status. §. si. diuortium. vers. si mu. lier. D. de. don. int. vi. & vxor. e l. adopti. uus §. vnde. nec vulgo. D. de ritu. nupt. f Paul. lib. 2. sent. tit. 9. de nu. §. i. g l. 1. D. de diuort. h l. sed si mors 14. D. de donat. int. vir. & vx. l. j. C. de repud. i l. sed si alia §. j. D. de bo. dān. kl. res vxor. is C. de do. nat. int. vi. & vxor. iun. sta l. sed si mors. §. j. D. eod. tit. ll. si is qui 57. §. j. D. de in. dot. iusta. l. pro. oneribus. C. eod. tit. m l. j. C. de repud. n dista l. r. §. vit. D. de bon. damnat. q l. doce ancillam. C. de rei vind. r l. si prædium. C. de iu. dot. f l. in reb. in pr. D. de iu. dor. t l. 2. C. greg. De inoff. testam. u l. vit. §. vit. C. de sent. pass. & restit. x l. tutel. s. vit. D. de cap. min. iun. sta. l. j. D. ad leg. iul. pecul.

o l. si constante in princip. D. sol. matr. iun. sta. l. vbi l. in rebus C. de iu. dor. p d. l. sed si alia §. vit. D. de bon. damnat. q l. doce ancillam. C. de rei vind. r l. si prædium. C. de iu. dot. f l. in reb. in pr. D. de iu. dor. t l. 2. C. greg. De inoff. testam. u l. vit. §. vit. C. de sent. pass. & restit. x l. tutel. s. vit. D. de cap. min. iun. sta. l. j. D. ad leg. iul. pecul.

in (pecta inerat) pertinere: præsertim cum & ante deportationem, naturali certè iure, dos proprium mulieris patrimonium, & in ipsius dominio fuerit: verum tamen Vlpianus in propofita specie, foluto matrimonio poffe deportatam agere tradi<sup>b</sup>, quafi humanitatis intuitu hodie nata actione: quod Accurfius non intelligit: ego fic explico: vt quafi nunc demum actio dotis nata fit, cum diffoluitur viri morte vel diuortio matrimonium: nec damnationis tempore (qua deportatio mulieri cum bonorum publicatione irrogata eft) in bonis vxoris fuerit, eam de dote actionem (quæ in bonum & æquum concepta eft) ipfa exerceat: resque dotales tanquam poft pœnam (quam quæfitas. Deportata, quoad vixerit, ex iure gentium poffideat: utque proinde vtatur ac fuis: propterea quod publicatione non continentur, quæ poft damnationem à deportatis adquifita fuerint: quæ ipfi locare, vendere, permutare, pignorique obligare poffunt, vt ante admonui: & ex Marciano<sup>d</sup> interpretes Græci, fic ferè in Baſilico tradunt, ὁ περιουσιμὸς τῶν πολιτῶν δὲ ἀπολλύεται, ἢ μὴ ἢ ἰλευθερίαν καὶ τῶν ἰδιωτῶν νόμων τῆς πολιτείας ἀπολλύεται, ὅτις ἐθνομὸς δὲ κέρχεται ἀγοράζει γὰρ καὶ πωλεῖ, μισθῶν χρημίσματα, καὶ κατὰλλάσσει, καὶ δάνειον, καὶ τὰ λοιπὰ τὰ παραπλήσια καὶ τὰ ἄλλα ἐν τῇ ἐνεχυράσει, εἰ μὴ ἐπὶ περιουσίᾳ τῆς δημοσίας, τῆς μέλλοντος αὐτῶν ἐξεδέχεται, ἢ ἐνεχυράσει τὰ γὰρ πρότερα πράγματα δημοσίων ἐκποιεῖν ἢ δύναιται. [Deportatus ciuitatem amittit: non tamen libertatem & iura ciuilia amittit, sed naturalia retinet. Nam emit & vendit: locat & conducit, commercio vititur, & reliquis similibus: oppignerat acquisita: nisi ea publicatione contineantur, quæ obligauerit quacunque in futurum haberet. Nec enim ipse potest eximere ea quæ fuerunt publicata vel fisco addicta.]

Ex quibus colligitur à deportatis quoque omnes iurifgentium contractus pro arbitrio (dum tamen ne quid fiat in fraudem fisci, quem folum mortui deportati fuccefforem habent: cum pœna etiam poft mortem, teste Marciano<sup>e</sup>, maneat) idè celebrari vt iliter: quoniam deportationis pœna ciuitatè modo Romanam adimit<sup>f</sup>, eaque iura quæ folis ciuibus competunt: non item libertatem, nec ea quæ ex iure gentium aut naturali originem habent, funtq; non ciuibus tantum, fed peregrinis omnibusque inter fe hominibus communia: hæc autem propterea non aufert (vt opinor) quia fcilicet fine ipsis, atque adèd fine commercio tolerari facile vita (fi tamen damnati, exulis, deferti ab omnibus vita eft: quod negat Cicero<sup>g</sup>) non potest: ei verò qui viuendi (vt ait Imperator<sup>h</sup>) ſententiam patitur, id eft, cui vita conceditur, dandi funt vitæ vt ſus (quomodo Tiberium in quadam cognitione dixiſſe Tacitus<sup>i</sup> refert) ſij faltem.

*Quæ humana ſibi doleat natura negatis;*  
vt Horatius loquitur Sat. i. lib. i. ſerm. Quoniam autem ea quæ funt iuris naturalis aut gentium deportati habent, non item ferui: propterea in metallum, ad gladium, vel ad beſtias damnatis (cum non ſint Cæſaris, fed pœnæ ferui) fruſtra hereditas, legatum vel fideicommiſſum, extra cauſam alimentorum relinquitur, & pro non ſcripto eſt (quemadmodum

a d. l. in rebus. §. j. C. de iud. dot. l. 3. §. ergo etiam filias. D. de minor. 25. ann. l. si constat §. si matris. in fi. D. folu. mari. b d. l. sed si alia. in fi. D. de bon. damnat. c l. eas obligationes §. D. de cap. min. d l. 15. D. de in iud. & releg. quæ tamen in libris Latinis deest.

e l. 1. D. de cadau. puni. fl. l. interpretas. D. de interd. & releg.

g pro Au. Cluentio. h l. 3. C. Th. de bo. proſcript. li. 9. tit. 42. i l. 4. Ann.

modum reſcripto Diui Pij<sup>a</sup> continetur) quod tamen valeret feruo priuati relictum, propter perſonam domini, qui capax eſt, & cuius perſona inſpicitur vt cum ſeruo fit teſtamenti factio<sup>b</sup>, quemadmodum & in hoc, vt cum ſeruo minore quaſi maiore vt iliter contrahatur<sup>c</sup>. Deportati autem, cum ea quæ funt iurifgentium, habeant, non ea quæ funt iuris ciuilibus, quia ipſi peregrini ſunt non ciues: idèd ex peregrinorum teſtamenti iurifgentium conditiſ poffunt (vt puto) capere, non ex teſtamenti ciuium Romanorum: in quorum iure quia non verſantur, cum non ſint ciues: ſequitur neceſſariò, vt neque ciuium Romanorum hereditates adire poffint: quemadmodum ex diuerſo, ſi quis hereditatem ciuis Romani adierit, hunc in ciuium Romanorum iure verſatum. atque adèd ciuem eſſe: Cicero<sup>d</sup> colligit. Sanè ita è ciuium teſtamenti deportati non capiunt; niſi forſitan iure militari facta ſint: quod militum voluntas quæque teſtamentum eſt<sup>e</sup>, liberumque arbitrium quibus velint relinquendi ſine obſeruatione iuris ciuilibus regularum habent itemque niſi forſitan pagani ciues fideicommiſſum dederint: nam fideicommiſſa & militum teſtamenta inuicem à Marcello<sup>f</sup> comparantur: hæc quidem nuda teſtamentorum voluntate perficiuntur, atque ſuſtinentur<sup>h</sup>, & quomodocunq; facta ſint, valent, hoc eſt etiam ſine legitima obſeruatione: vt in inſtitutionibus Vlpianus reſert: illa etiam ex rigore iuris ciuilibus nõ proſciſcuntur, ſed ex voluntate dantur relinquētis (vt idem<sup>k</sup> auctor eſt) & nuda quidem voluntate, qua etiam ea quæ inutiliter data ſunt, conualeſcunt: ſunt enim fideicommiſſa iuris gentium, non ciuilibus: & idèd nutum ſine vlla ſolemnitate & quibuscunq; verbis, non modò Latinis & ciuilibus, ſed etiam Græcis, Punicis, Gallicis, vel alterius cuiuſcunque gentis relinquere poffunt: atque adèd non modò ciuibus, ſed etiam deportatis & quibuscunq; peregrinis (qui ea quæ ſunt iurifgentium habent) reſcè relinquuntur: Latinos quidem certè Iunianos fideicommiſſum capere poſſe, licet legatum capere non poſſint: & Græcè fideicommiſſum ſcriptum valere licet, legatum Græcè ſcriptum non valeat, idem Vlpianus in inſtitutionibus auctor eſt: vbi, quod ait de Latinis Iunianis, ſic accipe, & ſi Latini manſerint: Nam legatum quoque Iuniani & hæreditatem capiunt, ſi modò Latini non manſerint, ſed intra centum dies vel intra diem cretionis ius Quintium conſequuti fuerint: hætenus enim eſt cum Iunianis teſtamenti factio, idque ab eodem I. conſulto traditur. Deportati deteriore conditione ſunt, quam Iuniani: quoniam Iunianicommercium, quod iuris ciuilibus eſt, & cum ciuibus Romanis (vt idem admonet) teſtamenti que factio nem habent: atque heredes, legatarij, familiaræ emptores, libripen des atque teſtes fieri poſſunt, quamuis teſtamentum facere prohibeantur lege Iunia<sup>l</sup>. Deportati exemplo deditiorum (cum ſint vtrique peregrini, ſed ἀπόλιτες) commercium quod iuris eſt gentium (vt puto) vendendi emendi pignorandi ius) cum ciuibus & peregrinis habent, & dominium in bonis (quod iuris eſt gentium) traditione conſequuntur: non tamen omnino, ſed intra modum lege Iulia cōceſſum, vt

a quod citatur ab Vlp. & Marciano. l. si quis mihi bona 25. §. si quis plane D. de adq. her. l. si in metallum. D. de hisque pro non script. b l. debitor. §. vl. D. de l. 2. c l. §. vlti. D. de nino. 25. annal. d in orat. pro Arch. poeta. e l. eius militis in fi. D. de teſt. mi. fl. ex teſtamento. §. C. de teſt. mi. g l. si à milite 30. §. editum. D. de teſtament. mi. h l. 1. §. pen. & l. miles. 26. eod. tit. i in fragm. tit. 23. Que. teſta. iij. k tit. 25. de fideicom. in fragm. l. 1. §. si filiusfamil. §. si quis plane D. de l. 3. m. nutu. D. de leg. 7. l. & in epiſtola. C. co. ti. Vlpian. in frag. tit. 25. §. etiã nutu n l. fideicō m. in prin. D. de leg. 2. o in fragm. tit. 25. de fideicom. p in fragm. Inſtit. tit. 17. & 22. q. tit. 19. de domin. r Vlpia. in frag. tit. 20. de teſtament.

ex Dione pridem doctor meus cap. 3. lib. 6. obseruat animaduertit: quod iuris est ciuili non habent: itaq; nec ipsis nec ab ipsis recte quidquam (vt puto) aut mancipatur, aut in iure ceditur: inter eos locus denique dominio ex iure Quiritium nullus est.

Quod ad condendi ius testamenti attinet, nec iure ciuili testamentum faciunt, quod solis ciuibus licet (vnde illud Ciceronis, vt ciuem Romanum fuisse Archiam probet, Et testamentum sæpe facit nostris legibus) nec iure gentium (cùm & si peregrini, nullius tamen certæ ciuitatis sint ciues) possunt testamentum condere: aut etiam quia dedititij quidem, quasi serui moriuntur, deportati verò sine facultatibus, nec habent isti quidquam proprium, vt de eo statuere post mortem possint: quæ ubi contigit, fiscus suo iure confestim bona, quæ post damnationem deportati facta sunt, occupat: sic enim accipiendum, quod auctores

a l. vlt. §. vi. D. de bon. dam.

b l. 4. D. de interd. & releg.

Basilicon, ex Paulo a Græcis verbis ita retulerunt, cùm in Latinis codicibus desit, relegatum quidem in insulam, testamenti faciendi ius & alia omnia sua iura retinere (ciuilia scilicet, in quibus esse patriam quæque in liberis potestatem Marcianus tradit b) deportatum vero amissa ciuitate heredem habere non posse, ne ex testamento quidem: quod acquisita post deportationem fiscus capiat. *ὁ γὰρ εἰς τὴν ἑξοικισθεῖς (aiunt) ἐχθρὸς τῷ θεῷ τὸν θεῶν ἀδελφόν, ὡς καὶ τὰ λοιπὰ δίνουσα: εἰ δὲ ἀπελευθερωμένος ᾖ, ἐπειδὴ τὴν πολιτείαν ἀπολλύων ἢ δυνάτα κληρονόμον ἔχει, καὶ τὰ ἑπιπένηθέντα ὁ δὴ νόστος λαμβάνει. [Nam relegatus in insulam, habet facultatem testandi & reliqua iura. Sed deportatus, quandoquidem amisit ciuitatem: non potest heredem habere. Nam fiscus accipit quacumq; acquisiuit.]*

c l. ciuis qui §. j. D. de test.

Bonorum deniq; publicatio ius faciendi testamenti perimit, vt quodam loco c) subindicat iurisconsultus. Atque vt deportati facere testamentum nec ex iure quidem gentium queant, id ius originem duxisse à cōstitutione Tiberij reperio: qua vetuit eos quibus aqua & igne interdictum esset, facere testamentum: qua de re scribit Dio, lib. 57. *ἀπέπεσε ὁ Τιβέριος τοῖς πύρρος καὶ ὑδάτος εἰρηθεῖσι, μὴ ἔστιν εἶδαι, καὶ τοῦτο καὶ νῦν φυλάττεται. [Interdixit etiam Tiberius his quibus aqua & igni esset interdictum testamenti compositionem quod interdictum hodie valet.]* Sed uti ex eo iure quod in Pandectas relatum, iurisconsultorum nostrorum ætate viguit: saltem fideicommissa relinquere deportati poterunt? Sunt quidem ista iuris gentium (vt antè diximus) veruntamen regulariter traditur d), eos demùm qui testandi ius habent, posse

d l. diuus §. Codicillos D. de iur. Codic. l. 2. D. de leg. i. facit l. r. in prin. D. de leg. 3. e l. 1. §. ij. quibus D. de leg. 3. f l. legatum §. 37. de leg. 2

codicillos facere, aut fideicommissum relinquere: Vlpianus autem eos quibus aqua & igni interdictum est, item deportatos fideicommissum relinquere non posse: quia nec testamenti faciendi ius habeant, cùm sint ἀπολλύες: disertè pronuntiat e): quod iure quidem ciuili omnino verum est: sed si fideicommissum est iuris gentium, cur non id saltem ab intestato, si non ciuibus, certè peregrinis deportatus relinquet vtiliter? Respondeo quoniam fideicommissum qui relinquit, donat f), vel certè, vtcunq; alienat: quod deportatus in fraudem fisci successoris faceret, qui ne inter viuos quidem (vt antè docuimus) alienare, aut vllum ex iure gentium contactum

tractum in fisci fraudem habere potest: nec verò manūmittere: id quod, cùm in imperatoris Pij rescripto Marcianus definiat a): hanc vim habere arbitror, vt non modò non ciuem fieri posse manūmissum à deportato, qui ciuis ipse non sit: sed neque liberum ex iure gentium Latinūve, tanquam à domino in bonis non ex iure Quiritium, vel vt à peregrino manūmissum fieri peregrinum: quia vix possit non in fraudem facta videri manūmissio, à deportato cuius omnia bona tandem fisco cessura sunt: cùm deportati (vt Alexander ipse rescripsit b) ne earum quidem rerum quas post pœnam irrogatam habuerint, heredem habere possint: sed & has publicari oporteat. Sanè ante diuum Pium iis qui deportati erant, vsque ad certum numerum (viginti scilicet) vt seruos ita liberos habendi, atque ad eò manūmittendi, & (si non ciues) liberos certè faciendi, ius fuisse videtur ex lege Iulia: qua libertatem negociandi, contrahendi, manūmittendi ex iure gentium deportatis concessam Augustus coercuit (Dione teste c) non sustulit. Primus deportatus Pius manūmissione qualibet seruorum post deportationem quæ sitorum, tanquam in fisci fraudem facta omnimodo interdixit: legi que Iulie ac iuri veteri hac in parte obrogauit: quod Cathedrarij doctores nequaquam intelligunt.

a l. 2. D. de in. erd. & releg.

b l. 2. C. de bo. proser.

c lib. 56. Ac tigit. Cusa. cap. 38. li. 6. obseruat.

Porro deportatos atque dedititios esse incapaces ex testamento ciuis Romani, qui nisi secundum iuris ciuili regulas testari non potest, iam antè diximus: & illos quidem tanquam peregrinos capere non posse, ab Antonino rescriptum est d): soli namque ciues ciuibus succedunt. Ex peregrinorum testamentis quæ iure gentium valent, vtroque vtiliter capere, idque quod ceperint, quoad viuunt, pro suo possidere, non item pœnæ seruos, id eò existimamus: quoniam & ex militum testamentis, illi, non hi capiunt: cùm iure gentium vltimæ voluntates militum reguntur: quod ius seruos quidem à liberis, non peregrinos à ciuibus seceruit. Atque hoc est quod Vlpianus e) ad edictum, Deportati & ferè omnes (ait) ij qui testamenti factionem non habent (in his dedititios pono) à milite heredes institui possunt: sed si seruorum pœnæ heredem instituat, institutio non valebit. Multo magis fideicommissum deportati ex militis voluntate capient: atque Vlpianus idem libro primo fideicommissorum f), Si miles deportato (inquit, fideicommissum reliquerit, verius est (quod & Marcellus probat) capere eum posse. Sed utiùm & ex pagani ciuis testamento fideicommissum deportati rectè, interim capiant, id eò quia sit iuris gentium: an verò non capiant, debetari potest: præsertim cùm de milite tantum eo loci agatur. Et dicit aliquis, non capere, ne fideicommissum quidem, sed ipsis viuis id fisco statim vindicari: atque hoc etiam vtetur argumento: regulam iuris ciuili esse Pomponius tradit g), quæ efficit vt quibus ipsis legare possimus: eorum quoque seruis legare possimus: ex quo etiam citur, vt eum testamenti factio cum seruis ex persona dominorum introducta sit, nec ab eis seruos heredes instituere possimus, quàm eorum quos ipsius facere permissum est h), id eò vice versa, quosum seruis legari

d l. r. C. de here. insti.

e l. idem §. 13. §. j. alias est l. neque enim 14. §. j. D. de testam. mil.

f l. si deportati §. j. D. de leg. 3.

g l. si mihi & tibi §. regula D. de leg. 1. facit l. neq; per C. de her. red. insti. h l. non minus l. seruū meū in pr. D. de her. insti.

a d. l. si de-  
portati. 7.  
in prin. de  
lc. 3.

non possit, ne ipsis quidem liceat: Vlpianus verò, libro 1. fideicom. a  
si deportati seruo fideicommissum fuerit adscriptum, ad fiscum perti-  
nere dicendum: his totidem verbis admonet. Quamobrem depor-  
tato etiam ipsi relictum fideicommissum fisco statim adquiri, nec depor-  
tati esse: optimè colligitur. Diu me multum quætor sit ille Vlpiani lo-  
cus: ac (ne quid dissimulem) vrit adhuc angustie aliquantulum: ve-  
rùm tamen de tota quæstione, paucis quod sentio; in medium profe-  
ram: si forte; dum id consector quod verisimile iudico, id quod ve-  
rùm est aliquando tandem odorari possim. Aut deportatus est incapax  
aut non: & deportatum fuisse fingimus, aut eum ei seruo ve. ipsius fi-  
deicommissum relinquetur, aut postquam relictum est: & deporta-  
tum, viuo testatore: nam & in exceptione de alienato seruo a depor-  
tato (quæ statim subicitur) tempus vitæ testatoris nominatim I. con-  
sultus exprimit. Si non est incapax deportatus fideicommissi (vt ipsi  
credimus, quod tamen alij non docent) non potest ipsi aut eius seruo  
ante vel post deportationem relictum, sed post deportationem adqui-  
ritum, interim ad fiscum pertinere: verum naturalem deportati mor-  
talem expectet necesse est, vt eum in ius ipsius successerit, tunc demum  
fiscus ex persona deportati fideicommissum persequatur. Rursum &  
si deportatus est incapax fideicommissi vt legati aut hereditatis: si te-  
stamenti quidem ac fideicommissi relictum tempore deportatus fuit, ve-  
lut mortuo relictum statim deficit, ac pro non scripto est: ideoque pe-

b s. in pri-  
mo l. vni. C.  
de cad. tol.  
facit. l. in  
fraudem s.  
j. l. vlt. in fi.  
D. de his  
quæ vt in-  
dig. aufer.  
c s. & cum  
triplic. vet.  
& viuo. C.  
de cad. tol.  
d. d. l. si in  
metallum  
s. l.  
er. l. in me-  
tallum 12.  
D. de in-  
fisci.

nes heredem remanet, nec fisco locus fit<sup>b</sup>: Nam nec ad fiscum perti-  
net, si seruo poenæ (vt puta in metallum damnato) relinquatur, quem  
admodum à diuo Pio rescriptum à Marciano relatum est, & ipse supe-  
rius exposui. Sed & (iisdem auctoribus) si post testamentum factum,  
atque aded post legatum aut hereditatem alicui relictam, is in metal-  
lum viuo testatore damnatus fuerit: quantum in causa caduci esse vi-  
deatur, ideoque ex lege Papia caducaria ipso iure ad fiscum pertinere:  
attamen in eiusdem Pij rescripto, ex iure inquam constitutionum  
ad fiscum hoc quoque casu non pertinere, quod relictum est: sed pro  
non scripto haberi, ab ipso Marciano<sup>d</sup> & Callistrato<sup>e</sup> traditur. Quod  
si fisco non capit relictum ei qui postea poenæ seruus effectus est, non  
video cur id potius capiat, quod ei datum est; qui ciuitate tantum a-  
missa libertatem retinet, aut cur non fideicommissario deportato &  
ad peregrinitatem redacto, proinde ac poenæ seruo effecto: penes he-  
redes fideicommissum remaneat: nisi quod Vlpianus ipse noster ali-

fin fragm.  
inst. tit. 17.  
de cad.  
g l. interci-  
dis 59. D. de  
cond. & de  
monst.

bi<sup>f</sup>, si ex parte heredis scriptus vel legatarius ante apertas tabulas de-  
cesserit, vel peregrinus factus sit, caducum fieri nominatim scribitur  
quo sequitur; vt & ad fiscum pertineat: qua in specie facti, mirum  
est, constitutionem Pij (quæ circa damnatos ad metallum legibus ca-  
ducariis derogauit) non ausum esse (vt tamen plerumque fit) Vlpia-  
num ad peregrinos extendere: præsertim cum essent odiosæ caduca-  
riæ leges: & in conditionali legato (quod intercidit mortuo inte-  
rim aut poenæ seruo effecto legatario) idem Vlpianus<sup>g</sup>; deporta-  
to eo in insulam, quia restitui in ciuitate possit, non intercidere  
legatum

legatum dixerit. Ac verò propius est, vt eo loci ius ipsum legis caduca-  
riæ Vlpianus non item constitutionum tractauerit: ante quas forsitan  
constitutiones additus metallo, seruus non poenæ (vt à diuo Pio referi-  
ptum esse I. consulti significant) sed fisci habebatur: ideoque quod ipsi  
relinqueretur (præsertim qui antea priuati cuiuspiam seruus fuisset) nõ  
erat pro non scripto, sed ad fiscum pertinebat: & consequenter eo in  
metallum dato: quod antea ipsi relictum foret, non vt caducum vel in  
causa caduci, ad fiscum pertinebat, sed tanquam ad nouum dominum.  
Quamobrem de caducis tractans, non de seruo poenæ (quasi nullus ex  
veteri iure seruus poenæ haberetur) sed de peregrino tantum I. consul-  
tus egisse videri potest: quamquam in rebus antiquis cum ea quæ si-  
milia veri sint (vt ait Liuius lib. 5.) pro veris accipi debeant: non pro  
verò nos istud, sed, vt in coniectura positum, pro verisimili tradi-  
mus.

Illud constat (vt ad rem redeam) ea quæ incapacibus (qui testamen-  
ti factionem nõ habent) relictæ sunt, ad fiscum non pertinere, sed iuro  
heredis cedere: quippe quæ pro non scriptis habeantur. Nec mutat,  
quod Paulus quodam loco<sup>a</sup> inquit, ea quæ incapacibus relinquuntur,  
siue palam siue tacite, ad fiscum pertinere: ideoque si quis antequam  
causa eius ad ærarium deferatur, eam rem professus fuerit capere sibi  
non licere: partem ex ea fisco inferre debere, partem sibi ex beneficio  
edicti diui Traiani retinere posse: non enim hoc de poenæ seruis aut pe-  
reginis: sed de his accipi debet (vt puto) qui capere non possunt ex ca-  
ducariis legibus, Iulia scilicet Papiæque, Poppææ: ex quibus (cum non-  
nulla caduca sint, quædam in causa caduci, quædam ereptitia) caduca  
fisco vindicari<sup>b</sup> (verbi gratia, si cœlibi vel Latino Iuniano legatum fue-  
rit, nec intra dies centum vel cœlebs legi paruerit, vel Latinus ius  
Quiritium consequutus sit) ab Vlpiano<sup>c</sup> disertè traditur. Ereptitia e-  
tiam vt caduca ex lege Papia adquiri I. consultus idem addocet<sup>d</sup>: ea  
sanè quæ vt indignis auferuntur quasi caduca fisco vindicari constat  
ad quæ cum edictum illud Traiani Paulus<sup>e</sup> pertinere neget, profecto  
ad ea referendum videtur, non quæ pro non scriptis sunt (vt puta mor-  
tuis, iisve qui pro mortuis habentur, verbi gratia seruis poenæ vel pere-  
grinis data) quæ semper omni iure penes heredem remanere, non fi-  
sco adquiri oportuit<sup>f</sup>, sed ad tacita fideicommissa incapacibus relictæ,  
quæ ideo non possunt penes heredem remanere, quod is in frau-  
dem fisci fidem defuncto accommodauerit<sup>h</sup>: item ad ea quæ cadu-  
ca vel in causa caduci sunt, iis relictæ qui non quidem ab initio sunt  
incapaces, imò verò eum ius est factio testamenti: sed ex post fa-  
cto, quia legibus intra tempus constitutum non paruerint, incap-  
aces sunt: quod ipsos leges illæ caducariæ solidum aut partem  
quam acceperint, capere (hoc est sibi acquirere vt non aufera-  
tur) prohibent: quales sunt cœlibes aut orbi, qui ius liberorum  
non habent: qua de re ab ipso Vlpiano in fragmentis institutio-  
num<sup>i</sup> differitur, estque à nobis non nihil alio loco<sup>k</sup> disputatum. At-  
que hanc quidem opinionem valde confirmant illa I. consulti

a l. edicto  
13. in princ.  
& s. eos. &  
l. pe. D. de  
iu. fisci.  
b l. item ve-  
niunt s. cũ  
antequam  
1. & 2. D. de  
hered. per.  
c in fragm.  
inst. tit. 17.  
de cad.  
d tit. 19. in  
frag. de do-  
min. s. lege  
e l. Papiña  
nus s. me-  
minisse. in  
s. D. de in-  
of. test. iun-  
cta l. cum  
fisco. D. ad  
Syl. 13. in  
pr. l. si ini-  
micitia in  
fi. l. mulie-  
rem. D. de  
his quæ vt  
indig.  
f l. post le-  
gata. s. vlt.  
D. de his  
quæ vt in-  
dig. d. l. edi-  
cto. s. eos  
qui D. de  
iu. fisci.  
g l. i. C. de  
hered. inst.  
& s. & cum  
triplici. s.  
in primo. l.  
vn. C. de  
ca. tol.  
h l. in frau-  
dem. D. de  
his quæ vt  
indig. d. l.  
edicto s. ite  
Diui. & s.  
cũ ante. D.  
d. iun. si iun-  
cta l. pe. eo-  
tit.  
i tit. 16. de  
sol. capa &  
ti. 17. de ca.  
fac. l. si is  
qui s. D. de  
vulg. l. sed  
si hoc s. j.  
D. de eb. &  
demonst. l.  
vlt. C. de in-  
firm. poen-  
cœlib.  
k ad l. nõ vi-  
detur s. D.  
de reg. iur.



a d.l. edict. sub init. vers. idem postea.

Verba a, Et probasset iam id ad fiscum pertinere: nec enim illud, iam otiosum est, sed ab initio ad fiscum non pertinuisse significat: quod in ea causa nimirum esset, vt si legibus caducariis Iunia ve legataris aut heres paruisset, id potuisset capere: valde itidem confirmat ipsum illius capitis extremum, in quo de illo agitur, qui cum solidum capere posset, per errorem se detulit: ipsa denique inscriptio adiuuat: quando id caput ex libro Pauli septimo ad legem Iuliam & Papiam desumptum esse Pandectae Florentinae fidem faciunt. Quae cum ita sint omnia, nec verisimile videatur Vlpianum contra Imperatoris Pij rescriptum imprimis fauorabile (quo ad fiscum non pertinere, in metallum damnatis relicta continetur) in relictis ei eiusve seruo qui deportatus sit, pro fisco respondere voluisse (cum in dubiis potissimum quaestionibus contra fiscum ex Modestini b consilio responderi oporteat) non de nihilo est, quod quaerimus: quid senserit I. consultus, cum ita scribit. Si deportati seruo fideicommissum fuerit adscriptum, ad fiscum pertinere dicendum est: nisi si eum deportatus viuo testatore alienauerit, vel fuerit restitutus: tunc enim ad ipsum debet pertinere. Equidem hoc loco Vlpianum aliquando credidi de seruo Titij deportati agere, qui seruus olim quidem, cum ipsi fideicommissum relinqueretur, Titij fuerit: postea vero per deportationem Titij bonorumque deportati omnium publicationem (quae illam, vt ante monui, necessariò comitatur) deportati seruus esse deserit, & cum reliquis bonis ipse quoque seruus, cum sua omni causa, in dominium fisci peruenerit: quod autem subiicit I. consultus de alienatione viuo testatore facta: de illa intelligebam scilicet, quae modò ante deportationem à domino facta sit, qui fideicommissarium seruum viuo testatore alienat, quo casu posteriori serui domino fideicommissum acquiritur: aut ad priorem dominum, quando nulla facta sit alienatio, si tamen viuo testatore fuerit in integrum restitutus, pertinet: quod si ante deportationem, sed mortuo iam testatore apertisque tabulis facta esset alienatio serui fideicommissarij: fideicommissum aut eius persequendi ius, vt pote post cessionem diei iamque in deportati bonis repertum, fisco (vt ante dixi) cederet: aut sine alienatione: deportatus cedente iam fideie. die (id est post mortem testatoris & apertas tabulas) dominus ac restitutus, id cum caeteris bonis recuperaret: ante apertas testatoris tabulas deportato, postea vero cum iam fideicommissi dies cessisset restituito domino, id fideicommissum (quod in bonis deportati nunquam fuisset) fisco per fideicommissarij. serui personam semel acquisitum, ob istam deportati restitutionem non auocaretur. Nondum huius me pi-

b l. no pu. to. 10. D. de iure fisci. e d. l. si deportati. 7. p. de leg. 3.

get sententiae, praesertim cum nihil prohibeat per anticipationem temporis deportatum dici, qui cum seruo ipsius fideicommissum adscriberetur nondum sententiam passus fuerat, sed postea deportatus fuit: nam & hac ratione I. consultus hereditatem quodam loco d. nominat; viui hominis bona: quamuis in rerum natura non sit viui hominis hereditas, vt à Pomponio e traditur: quemadmodum e contrario, seruus alienius esse dicitur, cuius tamen potestate liberatus est: & libertis seruitiorum seruumve,

rumve, patronis dominorum nomen tribuitur: idque superiore proximo sermone ostendimus.

Verumtamen si quis tantum tribuit verborum ordini, vt eo commotus nostram illam opinionem ferri non posse arguat: deque seruo post damnationem adquisito ex iure gentium ab eo qui deportatus est, eum Vlpiani locum cum Accursio interpretari malit: per aetuosas syrtis vt in portum euadat, hac ratione tentare poterit: in ea facti specie, fideicommissum seruo (siue antequam is deportati fieret siue posteaquam in portum deportati peruenit) adscriptum, fisco cedere: propterea quod fideicommissum testamento relictum sit seruo deportati, non nuda voluntate (vt ex eo colligitur, quod postea subiicit, viuo testatore) cum deportato autem atque aded eum seruo eius non sit (iure quidem civili) factio testamenti: quamobrem fideicommissum & si ab intestato deportatus, non tamen ex cuius Romani testamento possit capere: nonnunquam enim accidere, vt fideicommissum ab intestato valeat, quod testamento inutiliter datum foret a (vt puta si testamentum iure non valeat: ex eo enim nec fideicommissum quidem, si non ab intestato quidem succedentes rogati probentur, peti posse rescriptum est) b & in alia iuris quaestione codicilli ab intestato facti, distant ab iis qui ex testamento siue ad testamentum facti sunt: & similiter donationes causa mortis à testatore factae censentur iure legatorum, ab intestato factae, instar legatorum non obtinent d. Sed rursum, si non capit deportatus, aut si illicite ipsi relinquitur: cur non apud eum à quo relictum est, remanet, aut cur fisco vindicatur? cum pro non scripto sit, quod deportato, e atque aded quod seruo deportati relinquitur: vt & quod poena seruo datum sit? forsitan verius dicetur, Testatoris nomen eum quoque comprehendere, qui fideicommissum vltima, licet non solemniter, sed nuda, voluntate reliquerit: quamuis diuersum iis instrumentis, quod idem non possint, vocabulum impositum Constantinus dicat: eius autem fideicommissi à testatore milite aut à pagano intestato relictæ, ex iure gentium non sit incapax deportatus: sed ita, vt nihilominus ad fiscum tamen (auctore Vlpiano e) pertineat, quod deportato seruo ve deportati relictum fuerit. Potest quis defendere haec non esse contraria. Quid ergo dicemus? idne, quod nemo non absurdum statim existimet, ad vtrumque pertinere quod vni datum est? Sanè: sed diuersis modis: Ad deportatum, principaliter, & statim, & quoad viuet: Ad fiscum, per consequentias, & ex post facto, & cum deportatus naturaliter morietur: interim ad fiscum non pertinebit naturaliter: sed euiliter: ita vt aliquando (mortuo scilicet deportato) pleno iure pertinere possit: interim ad deportatum pertinebit, vt naturaliter tantum possideat: velut usufructuarius aliquis aut bonitarius dominus: nec tamen efficere possit aut non agnoscendo neque persequendo fideicommissum, aut agnitum & acquisitum alienando in fraudem fisci, quominus plena rei per fideicommissum relictae proprietates tandem ad fiscum perueniat: qui suo iure deportato successurus est. Interim denique fideicommissum

a l. j. si filiusfamil. D. de leg. 3. b l. ex testamento. C. de fideicom. c l. j. in pr. & l. ab intestato. D. de leg. 3. d l. si filius. D. de leg. 3. e d. l. j. C. de hered. instit.

f l. si idem. C. de eodi.

g d. l. si deportati.



deportati seruo relicto ad fiscum pertinet. hoc est pertinere potest. Si  
 nē si viuo testatore seruum fideicommissarium deportatus alienauerit  
 (quod potest non in fisci fraudem facere) fideicommissum ad nouum  
 serui dominum pertinebit: aut pleno iure ad deportatum in vita testa-  
 toris restitutum in integrum: ideoq; ista exceptio à I. consulto apponi-  
 tur. Nam si mortuo testatore fiat restitutio, non dubitandum quin bo-  
 na post deportationē quæ sita (in quibus fideicommissum istud est) ple-  
 no iure habeat restitutus: cum & ea recuperet quæ per deportationem  
 amiserat: qui si ante restitutionē mortuo testatore seruum fideicommiss-  
 arium alienauerit: quod ad fideicommissum attinet, perinde habebitur  
 (cum eius dies iā cesserit) atq; si seruum deportatus in potestate habere  
 nō defuisset. Interim igitur fideicommissum deportati erit: sed vt interim  
 (hoc est quādiu non restituitur deportatus) ad fiscum pertineat fidei-  
 commissum, id est, pertinere possit. Sic enim audacter interpretor illud Vlpiani,  
 verbum, Ad fiscum pertinet: exemplo Labconis admonitus: qui apud  
 Pomponium illa verba, Si rationes diligenter tractasse videbitur,  
 consimiliter exponit: cum ita scribit, Et quod ita scriptū est, videbitur,  
 pro hoc accipi debet, videri poterit: sic & verba legis xij. tabularum ve-  
 teres interpretati sunt, Si aqua pluuia nocet, id est, si nocere poterit. Ha-  
 ctenus ille. Plus est quod dicam: vt, Illa videtur, & Nocet: sic istud Per-  
 tinet, necessariō aliis quoq; I. consultorum locis (de quibus tamē aliter  
 nonnullis primæ notæ antecessoribus videri non ignoro) ita omnino  
 explicandū esse: cum illi aiunt<sup>b</sup>, legatum hereditatēve ad aliquē per-  
 tinere: cui nondum tamen ea adquisita, sed, tantū delata sunt, vt vel  
 quæri vel adhuc repudiari possint: aut cum heredem aliquē extraneo-  
 rum pronunciant<sup>c</sup>, quod solummodō delatum sit, & (vt alibi traditur<sup>e</sup>)  
 de quo actio tantū personalis acquisita fuerit. Quamobrē in isto quo-  
 que Vlpiani loco, ad fiscum pertinet, fideicommissum, quod pertinere  
 potest: quod & si nondum fisco vindicatum sit, nec ab ipso dominij vel  
 possessionis iure teneatur, attamen in ea causa est, vt teneri possit. Nam  
 verbum istud, pertinere, cum latissimē pateat (auctore Pomponio<sup>f</sup>) in  
 que rebus petendis aptum sit, non modō quæ dominij nostri sunt:  
 sed & iis quæ non sunt, iure tamen aliquo possidentur: vterius adhuc  
 significatio ipsius porrigitur, cum pertinere ad nos etiam ea dicimus,  
 quæ in nulla eorum causa sunt, sed esse possunt: quæ omnia idem  
 Pomponius (vt à me relata sunt) definit. Et hac quidem postrema  
 significatione id verbi à Callistrato I. consulto ponitur<sup>h</sup>, quo loco,  
 Si ager ex exemptionis causa (inquit) ad aliquem pertineat, non re-  
 ctè hac actione agi poterit, antequam traditus sit ager, tuncque pos-  
 sessio amissa sit. Quod de deportato dixi, vt contrahere, vt fidei-  
 commissum capere quadamtenus possit: non ausim sine lege vel au-  
 thoritate, hoc est, vetusto I. consulti cuiuspiam testimonio, ad opere pu-  
 blico damnatum trahere, qui, & si liber est, & mediā tantummodō ca-  
 pitis deminutionem patitur, attamē & vilior, & grauiori quodam mo-  
 do poenæ addictus est. Vt cumque se res habeat, deportatus certè, siue  
 per

a l. Labeo  
 21. in prin.  
 D. de statu  
 lib.

b l. si postu-  
 mus 14. in  
 prin. D. de  
 h. & post. l.  
 si ad que  
 22. D. de  
 adq. here.  
 l. si fundū.  
 §. si Titius  
 de leg. 1. l. si  
 ita scribitur.  
 §. j. & l. non  
 oportet de  
 leg. 2. & l. j.  
 C. de fidei.  
 e l. pater 93  
 in prin. D.  
 de adq. he.  
 d l. quæ sitū  
 §. si mihi  
 seruus. D.  
 de le. 1.  
 e l. filius fa-  
 milias. §.  
 vlt. D. de  
 testam.  
 f l. verbum  
 illud perti-  
 net 81. de  
 verb. signi-  
 g l. nō pos-  
 sunt. n. & l.  
 sequ. D. de  
 iu. fise.  
 h l. si ager  
 50. de rei  
 vend.

per se, siue per interpositam serui personam, hereditatem legatum fi-  
 deicommissum ex militis testamento: ex pagani autem intestati nuda  
 voluntate fideicommissum capit: quod interim quasi dominus ex iure  
 gentium possidet, sed fisco tunc vindicandum scilicet vbi deportatus  
 decesserit. Equiparantur enim & in ea re (vt antè diximus) fideicom-  
 missum intestati pagani, ac militare testamentum: quoniam in vtroque  
 ius gentium & naturale sequimur, in neutro iuris ciuilis regulas obser-  
 uamus: ego neque Catonianam (cui tamen in legatis non conditiona-  
 libus sed puris locus est) regulam<sup>a</sup> siue sententiam: id quod, & si ab aliis  
 non animaduerti scio, attentè tamen consideratis duobus Vlpiani re-  
 sponis<sup>b</sup> facile studio cuique apparebit: & ea propter aclicubi<sup>c</sup> Cel-  
 sum de heredibus bonorum possessoribus & legatariis loqui, de fidei-  
 commissariis verbum non facere.  
 Diximus suprā deportatum ea quæ sunt iuris gentium, aut naturalis  
 hominum facultatis habere: seruum poenæ non habere: cum tamen v-  
 terq; rei capitalis æquè dānatus sit. Ex illa differentia vt summa, quæ-  
 dam aliæ nascuntur, quas ab interpretibus minimè perceptas, è re factū  
 esse me, si ex responsis I. consultorum eruerim, atque hęc retule-  
 rim, arbitror. Ille igitur ex præcedenti matrimonio quod deportatio-  
 ne solutum non sit, liberus potest suscipere: qui erunt quidem legiti-  
 mi, sed peregrini non ciues, nec in patris deportati potestate: quoniam  
 ius patriæ potestatis ciuile est, & in proprium ciuium Romanorum:  
 itaque Vlpianus<sup>d</sup> si patri vel filio aqua & igni interdictum sit patriam  
 potestatem tolli, non (vt est apud Iustinianum<sup>e</sup> (quia pro mortuo ha-  
 beatur, qui è ciuium numero ea ratione sublatu est) (quod verum esse  
 non nego) sed, quod propius est, ideo scribit, quia peregrinus iste sit:  
 neque autem peregrinus ciuem Romanum neque ciuis Romanus pe-  
 regrinum in potestate habere possit. Quamobrē deportatus filius,  
 quia peregrinus efficitur, ipse quoque, si non ditione parentum (in qua  
 vis atque lex naturæ semper liberos esse iussit, teste Plinio in panegy-  
 Traiani) patria tamen ciuium Romanorum potestate ideo liberatur,  
 quia pater ciuis maneat: quæ omnia ex Caij quoque institutionibus  
 vteunque ab Aniano<sup>f</sup> interpolatis addiscimus. Filius profectō ad pe-  
 regrinitatem deportatione redactus, adeo patria potestate liberatur, vt  
 neque si patriæ ac dignitati postea generali principis indulgentia resti-  
 tutus fuerit, in patriam potestatem (cuius vinculo semel exemptus est)  
 recidat: nec verò deportatus pater ac restitutus potestatem in libertos  
 ciues (vt rescriptum est ab Imperatoribus<sup>g</sup>) recuperet: nisi specialiter  
 impetrauerit: aut nisi pater filiusve qui deportationem passus est, non  
 ex communi & generali sed specialis principis indulgentia beneficio  
 que restitutionem in integrum siue simpliciter siue illo etiam expres-  
 so impetrauerit<sup>h</sup>: non restitutus autem ex deportatione pater, nec in  
 liberos ante poenam conceptos retineat: nec in quæ sitos post deporta-  
 tionem legitimos quidem, sed peregrinos patriam potestatem habeat:  
 hi verò nec deportato ipsi proderunt, quo magis conditio, si sine libe-  
 ris decesserit, postea deficiat: non quod non sint legitimi, sed quod ab

a l. cetera  
 41. §. j. D.  
 de leg. 1.  
 b l. idē est.  
 13. alius est.  
 l. neque e-  
 nim. §. j. D.  
 de mil. test  
 iunct. l. j. §.  
 si filius fa.  
 §. si quis  
 planē. D.  
 de leg. 3. fa  
 cil. in frau-  
 dem. §. te-  
 stamentū.  
 D. de test.  
 mi.  
 c l. libe. ho-  
 mo 59. §. si  
 heres. D.  
 here. Inst.  
 d in frag.  
 Inst. tit. 10.  
 & Caius  
 tit. 6.  
 e §. cum au-  
 tem Inst.  
 quib. mo-  
 ius pater. pot.  
 solu.  
 f Inst. tit. 6.  
 quib. mo-  
 fil. ex. de  
 pot. patr.  
 g l. in infu-  
 lā. §. l. si pa-  
 ter. C. de  
 sentē. pass.  
 h l. vlt. in  
 prin. C. eo.  
 tit. & §. cum  
 autem. Inst.  
 quib. mod.  
 ius pater. po-  
 solu.

alio quàm ab illo de quo testator sensit suscepti videantur: cum, & si matrimonium publicæ honestatis gratia duret neque dissoluatur: ipse tamen pater statum mutauerit, & iam alius homo esse iure civili ex ciue peregrinus effectus existimetur: sic enim accipio quod ab Vlpiano alicubi<sup>a</sup> responsum est: & huiusmodi liberos post deportationem ex peregrino conceptos atque adeò peregrinos, ius consanguinitatis, cognationis, aut successionis vllum (Romanis quidem legibus) inter se, vel cum parentibus, vel cum fratribus ante communis patris deportationem natis aut conceptis non habere sed omnino in vicem esse extraneos. Sanè quod ait Hermogenianus<sup>b</sup>, natos post mortem patris vel post captiuitatem siue deportationem, ius inter se consanguinitatis habere: sed & cum iis, qui eo tempore, quo capiebatur vel deportabatur pater, in potestate fuerunt, etsi heredes patri non existierint, sicut exheredatos: de natis post deportationem aut captiuitatem, qui tamen antea concepti essent, intelligi conuenit: quos etiam ex bonis parentum damnatorum portionem accipere Callistratus<sup>c</sup> disertè significat. Deportatus quantum ad ipsius commodum (vt puta honores & successiones) attinet, pro mortuo habetur<sup>d</sup>: in cæteris, non habetur pro mortuo: sed mors naturalis expectabitur: vt ecce in insulam deportato reo promittendi, stipulatio ita concepta, Cum morieris dari, non nisi moriente eo committitur<sup>e</sup>. Deportatus potest eligere post deportationem: hac, inquam, poena non perimitur facultas eligendi ex pluribus ante deportationem conceptis liberis, cui fideicommissum post deportationem restituat (quod pietas naturalis in liberos suadet, nec forsitan ad extraneos trahendum est) & si rogatus sit post mortem suam vel cum morietur, hereditatem aliudue quidpiam præstare aut restituere: mors eius naturalis expectari debet, ex Papiniani<sup>f</sup> sententia: quem Vlpianus in hanc rem alibi<sup>g</sup> citat. Seruus poenæ post damnationem, non tantum alius homo est, quod statum permutauerit: sed (vt Pomponius<sup>h</sup> loquitur) nullus homo est, aut (vt alij I. consulti<sup>i</sup> referunt) quod ad ius civile attinet, vel apud prætorem, pro nullo seruus habetur, & est pro mortuo, etiam ex iure gentium: quoniam seruitutem, quæ ab eodem iure proficiscitur, mortalitati ferè comparamus ex antiqua iuris civilis regula<sup>k</sup>, quam initio sermonis huius proposui: adeò vt quæuis ex iure naturali, non itidem pro nullo habeantur, ex quo omnes homines æquales sunt (vt apud Vlpianum diximus<sup>l</sup>) attachen in iis in quibus naturale ius inspicitur, pro nullo, pro mortuo seruus habeatur: quamobrem stipulationem ita conceptam, Cum morieris dari: seruo poenæ reo promittendi effecto statim committi, non expectata, secus ac in deportato nunc dicebam, naturali morte, arbitror: tum verò, vt morte, sic etiam seruitute matrimonium dirimit: ac ne inter volentes quidem retineri, quod aliter in deportato habet, antè ostendimus: præterea seruilium coniunctionem non pro cõubio aut matrimonio civile ius agnoscit, sed pro meretricio, pro vili certè ac vulgari contubernio: ex quo natos nec in potestate patris (quasi iam decesserit) nec pro ciuibus, nec pro liberis quidem habet: nisi è serui fortè cõ-

plexu

plexu liberâ vel ciuis Romana pepererit: quoniam secundum iuris regulam non interueniente connubio matrem partus sequitur<sup>a</sup>: ex seruo & ciue Romana genitus vulgò quæsitus est & spurius, certè velut spurius habetur (vt Imperatores aiunt<sup>b</sup>) sed inter ipsum & matrem (quæ certa est) ius esse legitimæ successionis ex Orfitiano ac Tertulliano S. consultis constitit<sup>c</sup>: Nam & ipse cum matre, itè que cum vterinis licet legitimis fratribus, ius habet, non consanguinitatis quidem (quoniam hoc à patre oritur) sed cognationis & proximitatis<sup>d</sup>. At cum iis, qui ante patris seruitutem ex legitimo eius connubio non eadem matre nati sunt, ne cognationis quidem ius habet: itaque rogatus de restituenda, cum morietur, cui ex liberis voluerit hereditate: poenæ postea seruus effectus, liberos (nisi qui ex eo ante damnationem editi aut concepti fuerint) habere posse non intelligitur, cum iam decessisse videatur: quamobrem neque mors eius naturalis eo casu expectanda est ad restitutionem fideicommissi: cum cuius causa fisco damnati bona vindicantur: quod enim herede (qui post mortem suam, hereditatem restituere rogatus est) condemnato, bonisque omnibus à fisco occupatis nondum fideicommissi diem venisse: quia fideicommissarius ipse prius mori possit: ideòque repellendum interim, donec heres damnatus decesserit, à petitione fideicommissi traditur<sup>e</sup>, de deportato aut forsitan etiã ad opus publicum perpetuum dato: non item de seruo poenæ accipiendum est. Sed & huius omnes liberi ante seruitutem concepti (licet postea editi) pariter ad fideicommissi persecutionem statim post patris damnationem admittuntur: quoniam pater qui non modò ciuis, sed liber esse desit, & nullius loco est: nec liberos vltra suscipiendi nec è procreatis aut conceptis ante seruitutem eligendi liberum arbitrium habere intelligitur<sup>f</sup> ex quibus perspicuam esse reor Papiniani sententiã, quæ ab Vlpiano paucis & strictim relata est.

His omnibus rectè perpensis (vt aliquando me colligam) satis euigilano ac intelligenti homini manifestum esse arbitror: cum hi qui maximam aut mediam capitis deminutionem patiuntur, vt libertatem aut ciuitatem certè Romanam profusus amittant, & eotum quæ sunt iuris ciuilibus aut honorarij (quod eius partem facit) cõmunionem non habeant: nec ipsos in potestate ciuium Romanorum esse, nec in sua ciues Romanos habere: itè que; nec ipsos ciuibus Romanis nec ciues Romanos ipsis ex testamento vel ab intestato iure civili aut prætorio posse succedere: ideòque; nec matris ciuis Romanæ intestato mortuæ legitimam hereditatè ex Orfitiano S. consulto filium poenæ seruum aut peregrinum effectum acquirere: quod disertè Vlpianus etiã noster expressit paulò post, cum ait capitis deminutionem saluo statu hominis contingentem liberis nihil nocere ad legitimam matris hereditatè: hæc tamen exceptione addita, Nisi magna capitis deminutio interueniat quæ vel ciuitatem adimit vtputa si deportetur. Quibus verbis cum innuat, imò verò luce clarius demostret capite minutum filium, vt in seruitutem aut peregrinitatem redactus sit, matri ex Orfitiano non succedere: sequitur necessariò, ne alioqui (quod verisimile non est) pugnantia eodem propè-

<sup>a</sup> Vlpia. in frag. Insti. tit. 5.  
<sup>b</sup> l. ex libe. c. de suis & leg. her. c. l. j. s. sed & vulgo l. 2. s. j. D. ad Tertyl.  
<sup>c</sup> l. 4. si spurius D. vnde cogn.

<sup>d</sup> l. Statu<sup>9</sup> Florus D. de iur. fisci.

<sup>e</sup> l. Prædus 7. s. vlt. D. de recept. arb. l. illa verba 68. D. de verbi.

<sup>f</sup> d. l. s. capitis D. ad S. C. Tertyl.

in loco. I. consultum pronuntiasse fateamur: vt quod paulo antè dixit, rei capitalis damnatum humana interpretatione admitti ad matris hereditatem: de seruo aut peregrino, ac nisi de ciue, intelligi non possit: cum soli ciues ciuibus succedant: ciuesque Romanos in non ciuium, sed peregrinorum, aut peregrinos in ciuium Romanorum patria potestate (quæ iuris ciuili est) haberi, iuris ciuili ratio non sinat, vt antè ostendimus: Vlpianus verò noster idem dicendum esse adseribat (de acquirenda scilicet matris hereditate à filio) & si hic filius in eius sit potestate, qui in causa supra scripta sit: in eius scilicet qui operas locauerit, qui ve rei capitalis damnatus sit: quod proculdubio ad seruum pœnæ vel deportatum (quorum ille seruus, hic peregrinus est, vterque magnam capitis deminutionem patitur: qua patriam potestatem omnino tolli demonstrauimus) nequaquam pertinet. Quid igitur dicendum? fuit cum existimarem, abnutium articulum hinc tolli oportere, vbi sic legitur, Qui ve rei capitalis damnatus neque restitutus est, & reponendum, damnatus atque restitutus: vel, sine coniunctione, damnatus, restitutus est: vt qui operas ad depugnandum eum bestiis locasset, qui ve rei capitalis damnatus postea restitutus esset, ex S. consulto quidem Orfitiano non admitteretur, quantum scilicet ad verba pertinet (nam hanc quoque interpretationem Venuleium Iur. consultum<sup>a</sup> tenuisse video) propterea quod ipsi nominatim eo S. consulto appellati essent, nihilominus tamen quos senatus à legitima successione matris discretè non exclusisset, eos humana interpretatione S. consulti (licet ignominiosos & infames, attamen ciues) perinde iure ciuili nouisque legibus ad hereditatem: vt à prætorè quasi cognatos ex capite vnde proximi cognati ad bonorum possessionem ab intestato admitti, Sanè qui rei capitalis damnatus, in integrum à principe restitutus est, is cognationis quoque iura recepisse intelligitur: ideoque si mater aut filius aut vterque damnati capitis, & vel in seruitutem pœnæ deducti vel ad peregrinitatem redacti, deinde à principe restituti fuerint: aut si mulier in metallum damnata, eum quem conceperat ediderit, deinde restituta sit: quoniam liberum & ciuem peperit (cum ei qui nascitur, sufficiat talem matrem vel quando concipitur,

<sup>a</sup> l. hoc ac-  
cusare. §. o-  
mnibus. D.  
de accus.

<sup>b</sup> l. & ser-  
uorū §. in-  
genui. D.  
de sta. ho.  
e. l. vl. D. de  
sent. pass.

<sup>d</sup> l. 2. §. j. D.  
ad S. C.  
Tertyll.

<sup>e</sup> l. 4. sen-  
ten. ci. §. de  
inte. §. suc-  
cess. sic &  
in l. j. C. de  
sent. pass.

vel quando nascitur, vel etiam medio tempore habuisse<sup>b</sup> humanius dicit Paulus<sup>c</sup> ait, etiam cognationis iura huic restituta videri: qua mobrem & ex capite vnde cognati bonorum possessione petita, sed ex capite vnde legitimi, aut iure ciuili ex Tertylliano & Orfitiano admittitur legitima hereditate in vicem successuri sunt: idque Vlpianus scribit<sup>d</sup>.  
Postulare videtur hic locus, vt restitutum, quo modo, & à quo accipiamus: quis denique in integrum restitutionis huius effectus sit, edisseram: id quod quam breuissimè poterit, sed nihil quod ad rem faciat prætermittitur, pro more meo expediero. Igitur ei qui damnatus fuerat, iure ciuitatis restitutus, ius itidem cognationis, & cum hoc, successione quoque ius esse redditum intelligimus: non modò cum speciali principis beneficio, cum per omnia (vt Paulus<sup>e</sup> loquitur) hoc est sine

vlla

vlla exceptione fit in integrum restitutio: sed & cum indulgentia communi & generali reditus exulibus ac deportatis aut in metallum datis tribuitur, & si enim neque potestatem patriam, honorem, existimationem, neque bona plerumque, vt illo casu, recuperent<sup>a</sup>, ea tamen quæ ciues non habere non queunt, hoc est iura naturalia cognationis (meo quidem animo) recipiunt: illo verò casu, & agnationis & potestatis iura, & bona, & honores, cæteraque si quæ ciuibus competunt: nisi quædam excepta forsitan intelligantur, à senatu scilicet aut principe. Fit namque ab his restitutio, qua de agimus: non item à prætorè aut præside, licet ei qui notens videbatur postea ratio innocentie confiterit: cum enim suam sententiam mutare nemo possit, idque quod pronunciatuè rescindere: prætorè aut præsidem scribere oportebit principi, vt ipse restituat, cuius solius non item illorum est ea de re potestas aut iurisdicção, idque Vlpianus scribit<sup>b</sup>. Filio denique qui matris in ortis tempore ciuis Romanus fuit, si ante aditam hereditatem in seruitutem deducatur, idem iuris auctor admonet<sup>c</sup> legitimam hereditatem non deferri: nec si postea liber factus sit, hac exceptione addita, Nisi forte<sup>d</sup> inquit) seruus pœnæ effectus; beneficio principis sit restitutus. Restitutio quippe exigatur, quæ fiat nõ à prætorè, sed à principe, vel senatu: ea ius postliminij quoddam est, & ita nominatur ab Imperatoribus<sup>e</sup>, vbi mulieri quæ sine probabili causa diuenterit à marito, non solum secundi viri copulam, sed etiam supplicio deportationis addictæ postliminij ius negare se scribunt. Certè restitutio, postliminij ius imitatur: idèd ab hostibus capti testamentum irritum fieri, postliminio reuersi vires suas recipere iure postliminij, & si quisdam damnatus capite in integrum indulgentia principis sit restitutus, testamentum eius eò iure traditur: ergo & in successione intestati Paulus<sup>f</sup>, vbi dixit ab hostibus captum neque sui neque legitimi heredi ius amittere, postliminio reuersum, subiicit statim; Quod & circa eos, qui in insulam deportantur, vel serui pœnæ effecti sunt, placuit obseruari: si per omnia in integrum indulgentia principali restituantur: quibus verbis à contrario sensu ducto argumento, tacite significatur, nec suum nec legitimum heredem esse; qui seruus hostium aut pœnæ vel peregrinus manserit: qui nec ab hostibus nec ab exilio vel metallo redierit, qui deniq; vel beneficio principali vel iure postliminij restitutus in integrum non fuerit. Nam quod ait Paulus, per omnia, eò vt arbitrator indulgentiam communem & generalem non excludit: quominus ij quibus tributa fuerit, iura cognationis atque adeò materna de quibus agitur in S. consultis, aut ea denique patronis vel emancipatis quæ prætorio iure competunt concessa intelligantur: sed vt, nisi speciali beneficio situe exceptione restitutum, familiam, agnationem, potestatem patriam, ius denique sui & legitimi heredis quod ex xij. proficiscitur, ad hereditatem intestati (de qua eo toto titulo, qui de hereditatibus intestatorum est, loquitur) adquirendam non recuperare demonstrat, aut nisi hoc quoque indulgentia communi nominatim princeps comprehenderit, se cum ciuitate cætera quoque vel quædam vel omnia iura, iis qui

<sup>a</sup> l. vl. C. de  
de gene. a-  
bol. l. 2. l. tu  
cor. §. gene-  
ralis. C. de  
sent. pass.

<sup>b</sup> l. j. §. de in  
de adiecit  
prætor qui  
ex omnib.  
D. de post.  
iura l. j.  
§. vl. de qu.  
l. 4. in fi. l.  
D. in fra-  
tres depor.  
l. penam  
C. cod. tit.  
e. l. §. filio  
D. ad S. C.  
Tertyll.

<sup>d</sup> l. 2. §. de  
reput. li. 3.  
apud The.  
e. l. si quis  
filio §. §. p.  
D. de i. nu.  
rup. §. test.  
fi. 4. sent.  
ci. 8. de in-  
test. succo.

<sup>e</sup> l. 2. §. de  
reput. li. 3.  
apud The.  
e. l. si quis  
filio §. §. p.  
D. de i. nu.  
rup. §. test.  
fi. 4. sent.  
ci. 8. de in-  
test. succo.

<sup>f</sup> l. 2. §. de  
reput. li. 3.  
apud The.  
e. l. si quis  
filio §. §. p.  
D. de i. nu.  
rup. §. test.  
fi. 4. sent.  
ci. 8. de in-  
test. succo.

exilio, metallo, alijsve pœnis eximuntur voluisse reddere. Cùm de restitutus à principe loquimur: hoc quoque, vel à senatu (qui & stante re publica remotus eius administratione in integrum inducto priore decreto restituebat, ut est apud Suetonium in Iul. c. p. 16.) intelligi volumus. Quamvis enim de restitutione à senatu facta vno tantum loco

<sup>a d. l. j. de Pandectarum apud Vlpianum</sup> fiat mentio, attamen optimos quosque principes senatui plurimum detulisse constat, Adrianum, Antoninum Pium, Marcum philosophum, & verò Pertinacem, adeò vt senatui legitimo cùm in vrbe vel iuxta urbem esset, semper Adrianus interfuerit: & cùm ipse princeps causas audiret Romæ vel in prouincijs cognosceret, senatores in consilium (Spartiano teste in Adriano) vocauerit eum prætoribus atque consulibus. Marcus etiam Antoninus philosophus: qui capitales causas hominum honestiorum ipse cognouit, non modò semper cùm potuit, senatui interfuerit, etiam si nihil esset referendum, si Romæ fuit: si verò aliquid referre voluit etiam de Campania ipse venerit: verùm etiam senatum multis cognitionibus & maxime ad se pertinentibus iudicem dederit: in senatus autem honorificentiam multis & prætoris & consulis priuatis decidenda negotia delegauerit, quo magis eorum cum exercitio iuris auctoritas cresceret: idque Capitolinus refert: in Marco Ant. philof. & Pertinacem Imperatorem senatui legitimo semper interfuisse, ac semper aliquid retulisse. Cùm igitur senatus in grauibus causis aut cum principe, aut vice principis cognosceret, non mirum si & indulgentiam ac veniam interdum damnatis vrputa exulibus daret, eosque in integrum ex causa restitueret. Ergo Antoninus Pius ipse Imperator qui ad indulgentias pronissimus fuit, his quos Adrianus damnauerat, in senatu indulgentias (vt ait Capitolinus, in Anton. Pio. hoc est abolutiones aut in integrum restitutiones) petit, dicens etiam ipsum Adrianum hoc fuisse facturum: Marcus autem Antoninus philosophus paucissimis centurionibus ob

defectionem Cassianam punitis deportatos reuocari iussit<sup>b</sup>: Pertinax deinde quæstione maiestatis sublata cum iureiurando, reuocauit etiam eos qui deportati fuerant crimine maiestatis, eorum memoria restituta qui occisi fuerat: Antoninum Caracallam, Spartianus scribit sub veste senatoria loricam habentem curiamque cum armatis militibus ingressum, oratione habita post hoc relegatis deportatisque reditum in patriam restituisse: sub Aureliano denique amnestiam etiam delictorum publicorum decretam esse de exemplo Atheniensium, cuius rei etiam

Tullius in Philippicis meminit, ex Vopisco didicimus. Amnestia non est quidem in integrum restitutio, sed abolutio: nã in veteribus glossis, Abolutio, ἀμνηστία, ἀφένσις, ἀπαλευσις (ita legendum arbitror) at nihilominus abolutionem quoque communem publicè indulgeri ac fieri, nõ modò à principe<sup>d</sup>, verùm etiam à senatu, docet Vlpianus noster<sup>e</sup>, ex harumce aliqua causa, ob diem insignem, publicam gratulationem, rem prosperè gestam, honorem domus diuinæ, ac denique lætitiã aliquam: eaque indulgentia crimina extingui dubium non est. Quæ omnia, si vera sunt (vt equidem sentio) parum abest: quin adhuc existimem Vlpianum

<sup>a d. l. j. de Pandectarum apud Vlpianum</sup> fiat mentio, attamen optimos quosque principes senatui plurimum detulisse constat, Adrianum, Antoninum Pium, Marcum philosophum, & verò Pertinacem, adeò vt senatui legitimo cùm in vrbe vel iuxta urbem esset, semper Adrianus interfuerit: & cùm ipse princeps causas audiret Romæ vel in prouincijs cognosceret, senatores in consilium (Spartiano teste in Adriano) vocauerit eum prætoribus atque consulibus. Marcus etiam Antoninus philosophus: qui capitales causas hominum honestiorum ipse cognouit, non modò semper cùm potuit, senatui interfuerit, etiam si nihil esset referendum, si Romæ fuit: si verò aliquid referre voluit etiam de Campania ipse venerit: verùm etiam senatum multis cognitionibus & maxime ad se pertinentibus iudicem dederit: in senatus autem honorificentiam multis & prætoris & consulis priuatis decidenda negotia delegauerit, quo magis eorum cum exercitio iuris auctoritas cresceret: idque Capitolinus refert: in Marco Ant. philof. & Pertinacem Imperatorem senatui legitimo semper interfuisse, ac semper aliquid retulisse. Cùm igitur senatus in grauibus causis aut cum principe, aut vice principis cognosceret, non mirum si & indulgentiam ac veniam interdum damnatis vrputa exulibus daret, eosque in integrum ex causa restitueret. Ergo Antoninus Pius ipse Imperator qui ad indulgentias pronissimus fuit, his quos Adrianus damnauerat, in senatu indulgentias (vt ait Capitolinus, in Anton. Pio. hoc est abolutiones aut in integrum restitutiones) petit, dicens etiam ipsum Adrianum hoc fuisse facturum: Marcus autem Antoninus philosophus paucissimis centurionibus ob

<sup>b vide Capitolin. in Marc. Ant. Gallio. in Cassio. vide Capitolin. in Pertinax.</sup>

<sup>d l. 2. c. de gen. abolutio. si interueniente. iudicial. abolutio. & l. 1. de sequ. D. ad S. C. Turpi. & l. 2. de Iet. D. de cust. rco. d. l. 2. c. de gen. ab.</sup>

pianum nostrum in eo quem illustrare conamur loco, de damnato rei capitalis agere: qui à principe senatue restitutus sit in integrum: vt scilicet matri succedat ex Orfitiano: proinde atque is qui operas locauit, qui famosus est: præsertim cùm idem auctor postea, vbi de Tertulliano S. consulto loquitur, cuius eadem quæ Orfitiani est æquitas, eadem ratio: matrem filio succedere atque ad legitimam hereditatem admitti, etiam si famosa sit vel post pœnam capitalem in integrum restituta fuerit, nominatim definiat. Vtrobique autem de restitutione illa sentire I. consultum dicerem, vt de difficiliore casu egisse videretur, cùm is qui restituitur notatus & famosus manet: nisi postea de filio, qui in restituti potestate sit, loqueretur: quod ad filium antè pœnam conceptum referre ius prohibet, cùm in eo potestatem patriam hoc genere restitutus pater non recipiat: ad filium post indulgentiam generale editum coartare, aut de illo etiam ante pœnam concepto exponere, ac vt in potestatem restituti recidat indulgentia communi specialiter comprehensum fuisse dicere, diuinatorium forsitan alicui iure videri possit: huc accedat quod etiam si qui per omnia<sup>b</sup> vel simpliciter speciali principis beneficio restituitur (de quo potius loquutum, vt nunc quidem est, Vlpianum crediderim) & famam & bona & honores & in liberos quãdòcunq; conceptos aut editos patriam potestatem & iura denique ceteraque damnatione interciderant, recuperet: attamen, quoniam sublata infamiae nota & macula, nihilominus adhuc litura (vt aiebat ille apud Suetonium in Claudio cap. 16.) extaret, atque ob vetustam delicti pœnam pudor eius qui beneficio, indulgentia, & misericordiae opus habuit, apud bonos & graues oneratus opinioque grauata esse ista restitutione videatur: Vt vnum S. consulti beneficio ad legitimam hereditatem admitteretur, idèò dubitari non immeritò potuit: ex humana tamen interpretatione admitti placuisse restitutum, vt pote recuperato cum ciuitate cui restituitur cognationis etiam atque adeò successionis iure, Vlpianus illo responso, ita castigato à nobis, vt supra diximus, optime definiat.

Sed quoniam desperatis duntaxat locis (vt mihi quidem videtur) extrema ista emendationum quasi cauteriorum remedia, & suspensio leuique brachio, & quàm rarissimè fieri potest, adhibenda sunt, quærendum censeo, si fortè aliquam non ineptam interpretationem illa (vt in Florentinis & omnibus denique scriptis ac impressis libris leguntur) I. consulti verba ferre possint: quibus rei capitalis damnatum neque restitutum, humana iuris interpretatione matri succedere significat. Quod cùm vno verbo explicari non possit: si longior forsitan in reliquo sermone visus fuero: non tam vlla fecunditate mea, quàm rei materiamque huius (quæ plurimas latebras ac recessus habet) necessitate factum, existimari volo. Hic autem cùm de acquirenda ciuis hereditate, deque patria potestate iuriconsultus verba faciat de ciue loquatur, necesse est: idque iam satis superque comprobatum argumentis necessariis, clarisque ac perspicuis testimoniis fuit. Illud igitur videndum fieri ne possit, vt aliquis rei capitalis damnatus capite nõ minuatur:

<sup>a l. si pater C. de sent. pass. facit l. in infulam 6. cod. tit.</sup>

<sup>b vt in l. j. de sen. pass. & resti. C. & apud Paulu l. 4. sent. tit. 8.</sup>

<sup>c l. ea quæ l. verbu. C. ex qui. cau. infirrog. l. est libidine 2. C. ad leg. Iul. de adult.</sup>



nec ciuis esse, non modò liber, desinat. Equidem & si præter omnium interpretum sententiam, nihilominus ita existimo, verbumque istud, Rei capitalis, esse *πολύσημον*: id quod inde iam olim deprehendere visus sum, cum iuris auctores (quod alioqui frustra esset) quoties rei capitalis mentionem facerent, interpretationem statim subiicere animaduerti. Postea factum est, ut huius quoque vocabuli significationem (sicut aliorum in iure ciuili complurium) pro subiecta materia vel extendi vel contrahi colligerem, ac denique pro explorato haberem. Vulgaris & ordinaria (vt ita loquar) interpretatio I. consultorum nostrorum ista est, vt rei capitalis damnatus intelligatur, cui vita, libertas, aut etiam ciuitas adimitur. huc pertinet quod Modestinus ita genera-

a l. licet capitalis ioy. D. de verb. sign. b l. 3. D. de publ. iudi.

liter definit<sup>a</sup>. Licet capitalis Latine loquentibus omnis causa existimationis videatur, tamen appellatio capitalis mortis vel amissionis ciuitatis intelligenda est. Cum itaque publicorum iudiciorum quædam capitalia sint, quædam non capitalia: esse capitalia Paulus<sup>b</sup> ait, ex quibus poena mors aut exilium est; hoc est, aquæ & ignis interdictio: per has enim poenas eximitur caput de ciuitate: non capitalia verò ex quibus pecuniaria aut in corpus aliqua coercitio poena est. Ex iudiciis publicis poenæ sequuntur auctores criminum & reos: idè hæc similiter aut sunt capitales, aut non capitales. In capitalibus quidam gradus: summum siue vltimum supplicium primo gradu: quod mortem solam interpretamur, siue per decollationem & capitis amputationem, aut crucem, aut furcam, aut laqueum, siue per damnationem ad bestias infligatur.

c l. capitulum in pr. in Ga. l. qui vltimo & l. vltima D. de poen. d. d. f. capitalium.

Deinde & sequenti gradu proxima morti poena, Metallum coercitio: deinde verò in insulam deportatio, vt inquit Callistratus<sup>d</sup>: cæteræ namque poenæ ad existimationem & non ad capitis periculum pertinent, veluti relegatio ad tempus vel in perpetuum vel in insulam: vel cum plebeius aliquis, in opus publicum datur ad tempus, aut factum is qui subicitur: & his quidem poenis, quas non capitales dicimus, minuitur tantum existimatio: quoniam manente libertate imò verò etiam ciuitate, circa statum dignitatis reus plectitur: caput non minuitur eius quia liber & ciuis post poenam manet. Illis verò capitalibus poenis con-

e l. cognitio n. s. minuitur & s. vl. D. de va. & extra ord. cogn. f. d. l. 2. D. de pub. iug. l. sed si a. lia, in pri. D. de bon. damnat. h. l. 2. D. de poe. in pri. l. 3. s. fin autè D. An per al. cau. appel. red. post. facit l. 2. C. de procurat.

sumitur existimatio & capite reus plectitur: siue tollatur è medio, quod inflicto vltimo supplicio accidit, siue non tollatur quidem, sed minuatur caput damnati: cum liber aut ciuis esse desinat, in metallum puta vel exilium datus: vt ex alio quodam ipsius Callistrati responso colligimus. Capitales itaque poenæ sunt, quæ caput contingunt, hoc est non modo statum dignitatis & existimationis, sed etiam statum hominis: eumque vel omnino tollunt, adempta vita: vel minuunt, adempto libertatis aut ciuitatis iure: cum de ciuitate caput eximitur. Rectè igitur Vlpianus eam quæ serua poenæ efficitur, capitis punitam alicubi dicit, & generaliter alio loco<sup>h</sup>, Rei capitalis damnatum sit accipere debemus, ex qua causa damnato vel mors vel etiam ciuitatis amissio vel seruitus contingat. Quapropter apud eundem I. consultum alibi<sup>i</sup> capitalem causam sic debemus accipere, in qua de vita, libertate, & ciuitate hominis non de sola existimatione vel pecunia discrimen ver-

vertitur. Sin autè non sit pecuniaria causa (inquit) sed capitalis, per procuratorem agi non licet: sed & si ea causa sit, ex qua sequi solet poena vltimæ ad relegationem, non oportet per aliam causam agi. Ex quo apparet capitalis rei verbo non contineri plerumque relegationem in insulam, certè non esse peræquè capitalem poenam, vt cæteras quibus ius ciuitatis Romanæ tollitur: licet infamia & insulæ vinculo atque aded mutatione sedium (sublato scilicet è cæterorum coetu & oculis ciue) ipsaq; bonorum ademptione huic poenæ nonnunquam adiaci solita, de portationem repræsentet: quam obrem ab illa distinguitur atque separatur in compluribus iuris questionibus, quasi deportatione benignior & mitior. Ecce enim, cum bonorum possessio edicto prætoris denegetur is qui rei capitalis damnatus nec in integrum restituti sunt: Africanus<sup>a</sup> rei capitalis damnatum intelligi eum cui poena mors aut aqua & ignis interdictio sit, hoc addito quod sequitur, refert: Cum autem in relegationem quis erit, ad bonorum possessionem admittitur: quod sic exponendum (aliter atq; alij faciant) censeo: vt, quamuis relegatus rei capitalis damnatus imitetur, ac propemodum referat, imò verò ipse quoque rei capitalis damnatus dici, latissima eius verbi significatione possit: propterea quod Latine loquentibus (vt antè, Modestino auctore, docuimus) omnis causa existimationis etiam capitalis esse videatur: nihilominus tamen in hoc iure, quo prohibetur à successione damnatus rei capitalis, exceptum esse relegatum intelligamus: eumque licet iudicio publico damnatum neque restitutum (vt pote ciuem, licet famosum) integrorum etiam ciuium hereditatem bonorumve possessionem posse capere. Nam si appellatio rei capitalis damnati, nunquam relegatum comprehenderet, aut certè si non maximam cum illo similitudinem & affinitatem hic haberet, quò bonum fuit, cum de illo ageretur, hunc à I. consulto excipi: aut quis rei capitalis damnatus intelligeretur explicari? Sic in eo iure, orto primò ex legibus (vt arbitror) caducariis (auctore ipsarum interprete Terentio Clemète) tum deinde edicto prætoris confirmato: quo placuit<sup>b</sup> eum patronum qui capitis libertum accusasset excludi à bonorum possessione contra tabulas (veluti indignum scilicet, vt pote calumniatorem: de quo sensit prætor, sicuti à Tribonino<sup>c</sup> exponitur) idèq; partem ex edicto alioqui patrono debitam fisco adquiri (sic enim interpretor) apud eundem Terentium<sup>d</sup> existimabat Labeo, capitis accusationem eam esse, cuius poena mors aut exilium esset: & in eandem sententiam Vlpianus<sup>e</sup> respondit, eum demum videri capitis accusasse, qui tali iudicio appetit; cuius poena aut supplicium habuit aut exilium quòd sit vice deportationis, vbi ciuitas amittitur: quam obrem: qui accusauerit nec probauerit, repelli vt calumniatorem: sin autem probauerit patronus, restituito postea liberto ipsum non repelli: quoniam crimen quod intenderat, perfecerit: sed & si crimen quod in liberto probatum est, meruerat capitis poenam, benignius autem punitus est libertus veluti tantum relegatus: itidem non repelli patronum, à nostris traditur: in quorum responsis ista verba, Existimabat, Videtur, Accipere debemus, intelligitur, & alia consimilia

a l. edicta 13. D. de bon. pos.

b l. eum patronum 10 D. de iur. patr. l. qui cõnatus 14. in pri. & s. is demum D. de bo. li. facit l. 3. §. si capitis eod. tit. c. l. idè est. 15. in fi. D. de bo. lib. d. d. l. eum patronum e. d. s. is demum.



quibus vtuntur in interpretatione rei capitalis: indicant satis ( vt Opti-  
 nor) aliud atque aliud diuersis in locis, non idem vbiq; illo vocabu-  
 lo designari. Et sanè ita nonnunquam arctatur capitis aut capitalis rei  
 significatio, vt ad naturalem scilicet mortem, vltimūq; supplicium,  
 atque ad eò ad primum gradum capitalium poenarum referatur. Sic ac-  
 cipe quod I. consultus ait, <sup>a</sup> Acurius intelligere non videtur: capitis  
 poenam esse vel bestijs obijci, vel alias similes poenas pati, vel animad-  
 uerti: vbi Animaduerti, est capitis amputatione plecti<sup>b</sup>: Similes, id est,  
 eiusdem gradus poenae sunt, ignibus, cruci, & vltimo cuiuscunq; suppli-  
 cio addici, atque (vt verbo Imper. Constantini<sup>c</sup> vtat) poenae mortiferae  
 subiici: & ita vbiq; de feruis agitur, capitalis poenae causae crimi-  
 nis vocabulum accipio. Præterea capitis poenam ipse apud Vlpianum  
 ita interpretor, quo loco <sup>d</sup> aduersus absentes vsq; ad relegationem pro-  
 cedi scribit: verum si quid grauius irrogandum fuisset, puta in metallū  
 vel capitis poenam non esse absentibus irrogandam. Ita deniq; Impera-  
 tores Diocletianus<sup>e</sup> & Maximianus capitale crimen, quod poenam sei-  
 licet sanguinis, id est, mortis naturalis continet, appellant: quo loco  
 transigere vel pacisci de crimine capitali prohibitum non esse, in alijs  
 autem publicis criminibus quæ sanguinis poenam non ingerunt, transi-  
 gere non licere definiunt: cum in omnibus causis (vt ait Vlpianus<sup>f</sup>, tam  
 publicorum scilicet quam extraordinariorum criminum: aut etiam pri-  
 uatorum delictorum, in quibus intelligitur confiteri crimen qui pacif-  
 citur, ideòq; simili modo ex edicto prætoris infamis fit<sup>h</sup>) præterquam  
 in sanguine: qui delatorem corruperit ex S. consulto pro victo habea-  
 tur, itaque idem I. consultus quod à principibus (Seuero, vt arbitror, &  
 Antonino) decretum antea fuerat, in capitalibus criminibus non noc-  
 re ei qui aduersarium corruperit ita exponit<sup>i</sup>, vt non in quibuscunq;  
 capitalibus locum obtineat: sed in his demum quæ poenam mortis  
 continent: Nam ignoscendum (inquit) censuerunt ei qui sanguinem  
 suum qualiter qualiter redemptum voluit. Capitalium igitur genera-  
 le criminum nomen, in illis Imperatorum rescriptis ( vt in alijs<sup>k</sup> quo-  
 que nonnullis) ad ea tantum pertinere, quorum poena sit mors natura-  
 lis, non ciuitatis, aut libertatis amissio, magna que capitis deminutio  
 cognoscimus. Hoc exemplo poenam capitis, id est, sanguinis & mortis  
 accipiendam censeo apud I. consultum<sup>l</sup>, vbi de Scopelismo, Hanc rem  
 præfides (ait) exequi solent grauius, vsque ad poenam capitis, quia &  
 ipsa res mortem comminatur. Et capitale supplicium pro vltimo & ex-  
 tremo non modò apud Plinium, ad Aristonem lib. 8. epist. Senecam,  
 lib. 2. natur. quæst. cap. vi. & Gallianum: in Auidio Cassio, sed & apud  
 Imperatorem Constantinum, in illo loco, l. quoniam. C. ad leg. Iul. de  
 vi pub. Et non iam relegatione aut deportatione insulæ plectatur, sed  
 supplicium capitale excipiat.  
 Quinetiam hoc poenæ capitis aut capitalis nomen strictius quam di-  
 xi, plerumq; ponitur: vt non quodecunq; supplicium extremum, non  
 quam-

<sup>a</sup> l. respici-  
 edū in fi.  
 D. de poe.  
 b l. milites  
 g. saluo in  
 etal. vlt. s.  
 fraudulen-  
 ter D. de  
 cust. reo. l.  
 aut damni  
 s. j. de poe.  
 l. j. & vl. D.  
 de cada. pu-  
 nit.  
 e l. vn. C.  
 Th. si quis  
 fol. cir. ext.  
 inci.  
 d. f. feruus  
 in causa D.  
 de sta. hō.  
 l. ille fer-  
 uus s. j. qui  
 & a quib.  
 man. l. scilicet  
 dū de pub.  
 iud. l. si fer-  
 uum D. de  
 accu. l. 2. de  
 eust. reo l.  
 vl. s. alia  
 quoque le.  
 deter. mo.  
 l. j. C. de  
 bo. præfer.  
 e l. absen-  
 tem s. j. de  
 poen.  
 f l. transige  
 re. C. de  
 transf.  
 g l. vl. D.  
 de præua-  
 ricat.  
 h l. j. s. qui  
 furti l. 4. s.  
 vl. & l. seq.  
 D. de his  
 qui not.  
 inf.  
 i l. j. D. bo.  
 eor.  
 k l. vn. C.  
 de cri. pē-  
 sul. vt ap-  
 paret ex l.  
 j. C. Th.  
 eo. tit. iun-  
 etal. s. C.  
 Th. ad le.  
 Iul. repet.  
 & apud  
 Constanti-  
 num in l.  
 quoniam C.  
 ad leg. Iul.  
 de vi. & in  
 leg. vl. C. si re. vel. accus. mort. fue. l. vl. C. de bon. damnat. l. leg. pen. s. sunt quædam in fin. D. de  
 extr. criminib.

quamlibet mortis (vt nostri loquuntur) & sanguinis poenam; sed so-  
 lam decollationem notet: quemadmodum cum dicitur capite puniri  
 militem qui artem ludicram fecerit, vel in seruitutem vanierit<sup>b</sup>: mi-  
 litem qui pecunia accepta custodiam dimiserit, turbatorēve pacis,  
 capite puniendum esse<sup>c</sup>: & vbiq; milites, veteranos, decuriones,  
 ipsorumque liberos, eos denique qui priuilegium in poenis habent, ca-  
 pite plecti scribitur: nam plebeiōrum poenis affici non posse con-  
 stitit, atque ad eò nec ad bestias, nec in metallum nec in opus metalli  
 vel publicum dari, nec furæ subiici, vel viuos exuri<sup>d</sup>: cum habeantur  
 pro honestioribus: quamobrem plerumque eum ipsi deportantur, cæ-  
 teros plebeiōrum scilicet aliqua sanguinis poena plecti solere: at ex graui o-  
 ribus & atrocioribus eriminibus honestiores decollari, cæteros furæ,  
 cruci, bestijs, ignibus addici constet. Itaque qui eadem admiserint (spō-  
 te dolōve malo, in honore aliquo positos deportari, qui secundo gra-  
 du sunt capite puniri, Modestinus<sup>e</sup> ait: poena si quidem legis Corneliae  
 de sicariis est aquæ & ignis interdictio, in quam deportatio cum tacita  
 bonorum omnium publicatione successit: eam poenam ij tantum su-  
 sunt qui honestiore loco sunt: humiliores etenim hodie capite pu-  
 niri, ex Imperatorum (vt sentio) rescriptis, ob quædam tamen facino-  
 ra, quæ ad eius legis sententiam pertinent, honestiores capite plecti, hu-  
 miliores qui vltimo loco sunt (vt puta seruos) cruci aut bestijs, non et-  
 iam ludo addici solere traditur<sup>f</sup>. Eademque distinctione adhibita, poe-  
 nis illis plectuntur, qui hominem inuitum sinentēve castrauerint, li-  
 bros magicæ artis apud se habuerint, itē venenarij, quīve medica-  
 mentum dederint, ex quo homo perierit<sup>g</sup>. Capite autem, id est, ampu-  
 tatione capitis (vt sæpe alias<sup>h</sup>) non deportatione, aut alia qualibet ca-  
 pitali poena: non magis quam, vbi ex edicto Adriani (quo gradus poe-  
 narum in exulibus, itēque in custodijs constituti sunt) qui deportatus  
 euaserit, capite puniri<sup>i</sup>: vbi eius testamentum irritum fieri traditur,  
 qui fuerit capite damnatus, vel ad bestias, vel ad gladium, vel ad aliam  
 poenam, quæ vitam adimit<sup>k</sup>: vbi denique Constantinus<sup>l</sup>, postquam o-  
 mnes solidos vno pretio æstimari ac vendi præcepit, in ipsa legis san-  
 ctione ita pronuntiant, Quod si quis aliter fecerit aut capite puniri de-  
 bet, aut flammis tradi, vel alia poena mortifera. Ergo & apud Venule-  
 ium<sup>m</sup>, eum ait eos qui in numero vel ordine decurionum essent Di-  
 uum Adrianum capite puniri prohibuisse, nisi si qui parentes occidif-  
 sent, verum poena legis Corneliae puniendos mandatis plenissimè cau-  
 tum esse: capitis vocabulo decollatio significatur: nam nec metallo,  
 nec bestijs, aut cruci, aut similibus poenis decuriones addicuntur: decol-  
 lantur, si parentes occiderint: si alios quam parentes occiderint, depor-  
 tantur in insulā: hæc enim poena est legis Corneliae: sed quoniam hodie  
 qui lege Cornelia de sicariis tenentur capite puniri solēt, ad eò vt humi-  
 liores vel bestijs obijciantur: soli altiōres, vt puta decuriones deporten-  
 tur in insulam, poenamque legis sustineant, vt supra monui, propterea

O 2  
 h. j. sen. t. 22. de fedit. s. vl. & tit. 21. s. qui nouas & tit. 4. de inu. s. qui puero. l. 4. l. capitali s. in exulibus D.  
 de poe. k l. 6. s. sed & si quis D. de inu. testam. l. vn. C. Th. si quis sol. circ. exten. inc. m. l. diuus D. de poen.  
 a l. j. D. de  
 bo. eo. qui  
 ante feat.  
 l. vl. de præ-  
 l. transige-  
 re. C. de  
 transfact.  
 b l. quædā  
 14. de poe.  
 c l. si quis  
 aliquid s.  
 miles. D.  
 de poen. l.  
 milites s. e  
 ius & l. vl.  
 D. de te  
 milit. Pau-  
 lus li. 5. sec.  
 tit. 31.  
 d l. moris  
 s. sed enim  
 D. de poen.  
 l. si quis s.  
 quod si  
 quis D. de  
 ini. rup. l. j.  
 & j. D. de  
 priuil. vet.  
 e l. pen. D.  
 ad le. Cor.  
 de sic.  
 f l. j. s. poe.  
 eo. ci. Pau-  
 lus lib. 5.  
 sent. tit. 23.  
 in princ. s.  
 qui sacra.  
 qui homi-  
 nem im-  
 molauerit  
 & s. magi-  
 ca.  
 g d. l. j. s.  
 qui homi-  
 nem l. 4. s.  
 vl. D. ad  
 leg. Corn.  
 de sic. l. ca-  
 pitalium s.  
 venenarij  
 D. de poe.  
 Paulus li. 5.  
 sent. s. qui  
 hominē in-  
 uitum & s.  
 pen. & vl.  
 h l. j. s. vl.  
 D. de ex-  
 traor. cri. l.  
 7. lex Iulia.  
 s. vl. D. ad  
 l. Iul. rep.  
 l. capitali s.  
 s. solent &  
 s. Grassato  
 res. D. de  
 poen. Paul<sup>o</sup>

non de decurionibus aliorumque loci hominibus, sed generaliter de me-  
 dia aut infima, hoc est plebeia conditionis hominibus tractas Mode-  
 stinus \*, ait eos qui alias personas occiderint praeter patrem & matrem &  
 avum & aviam capitis poena plebei, aut ultimo supplicio mactari: quo  
 in loco poenam capitis, non (ut Accursius facit) deportationis interpre-  
 tor; nam, & si non ignoro ex lege Pompeia, parricidij poenam eandem  
 esse cum lege Cornelia de sicariis b (quae lex honestioribus deportatio-  
 nem irrogat) cum tamen de iure constitutionum, non de iure veterum  
 legum plerumque nostri loquantur, quorum tempore supplicia exacer-  
 bari ad homines a maleficiis deterrendos oportuit: & eo loci de ho-  
 nestioribus Modestinus verba non faciat, & ipsum Adriani rescriptum  
 commemorat: ideo non improbabiler capitis poenam ad animaduer-  
 sionem, id est, capitis amputationem refero: Ultimi vero supplicij vo-  
 cabulum ad caeteras sanguinis poenas, id est, ad crucem, ad gladium, ad  
 cremationem, atque ad bestias: quae supplicia similium poenarum no-  
 mine complexum esse quodam loco I. consultum antea diximus: ne a-  
 lioqui de eodem Adriani principis rescripto cum agant Modestinus &  
 Venuleius, aliter atque aliter (quod non est verisimile (capitis poenam  
 intellexisse videantur. Adde quod nusquam capitis poenam de sola de-  
 portatione sic accipi, ut a caeteris, quae mortem vel servitutem irrogat;  
 supplicij fecernatur, existimo.

Caeterum quoniam a capitis iudicio pecuniae iudicium, a re pecunia-  
 ria & familiari crimen capitale plerumque separatur d: Et si publicorum  
 iudiciorum, quaedam sint capitalia, quaedam non capitalia: nihil omni-  
 nis tamen quodcumque publicum iudicium quaedam tenus capitale est:  
 & ita recte nuncupatur, quoniam eo quasi caput non modo fortunae  
 hominis petimus defendimusque, hoc est iniuriae criminisque publici  
 vindictam principaliter, non rem familiarem persequimur. Nec movet  
 quod ex publicis iudiciis nonnulla esse dicuntur, in quibus quaestio prin-  
 cipalis ablatae pecuniae moveatur, ut repetundarum, peculatus, ac de re  
 fiduis e: nam haec quoque ad eod ad scelere ultione spectant, ut reis (etiam  
 cum quibus nihil actum est) mortuis, adversus heredes non pecuniae ta-  
 tum repetitio detur: sed honorum ademptionis, ut fisco vindicentur,  
 poena transeat. Illa sane ratione in privatis quoque iudiciis, quaedam ex  
 poenalibus actiones cum Vlpiano f capitales nominamus (quod alij non  
 animadverunt) non quaecumque ex maleficiis ac delictis descendunt,  
 sed quibus poenam hoc est vindictam & ultionem directam ac principa-  
 liter exequimur: ut puta iniuriarum, aut de moribus actionem, quarum  
 utraque priuata est, & si pro utilitate publica exerceatur: ut actiones po-  
 pulares de sepulchro violato, & de deiectis & effusis, quae de eo quod li-  
 ber homo perisse dicitur, competit: & alias si quae sunt eius generis at-  
 que conditionis. Hac itaque ratione, vel etiam propterea quod publici  
 iudicij quodcumque; crimen famosum est, omnis vero causa existimatio-  
 nis Latine loquentibus (auctore I. consulto h) ut puta Ciceronis, capita-  
 lis, aut poenae capitis esse videatur: capitalis rei appellatio ad quodlibet  
 iudicij publici crimen (etiam si, ut in usu plerumque loquimur, non ca-  
 pitale

a l. pe. qui  
 alias D. ad  
 l. Pomp. de  
 parric.

b l. j. eo. ti.  
 c. l. aut fa-  
 cta s. vlt. &  
 l. Capitaliu  
 s. famofos  
 D. de pec.  
 & l. vlt. D.  
 ad leg. Fab.  
 de plag.

d l. vlt. D. de  
 fer. l. j. in  
 pr. s. j. D.  
 an per al.  
 cau. ap. re.  
 pof. l. lex lu-  
 lia. 7. sub i-  
 nit. ad l.  
 Jul. repet.  
 l. vlt. ad Tu-  
 iuncta l. 4.  
 de pub. iu.  
 Paulus l. 1.  
 s. sent. tit.  
 26. s. ferui.  
 e l. vlt. D. ad  
 le. Jul. pec.  
 f l. pe. D. si  
 ex no. cau.  
 g.  
 g l. infame  
 D. de pub.  
 iudic.  
 h l. licet ca-  
 pitale 103.  
 de ver. sig.  
 i in orati.  
 pro Quint.  
 & pro Ros.  
 Comae.

pitale sit) merito interdum extenditur. Nam & capitis aut rei criminis  
 ve capitalis (quae coniugata sunt, & ideo alterum ab altero vim diuer-  
 sam non habet) significatio, non ad statum hominis duntaxat quatenus  
 civis aut liber est, sed ad famam etiam ac statum dignitatis pertinet:  
 eire quem qui poena plebitur (etiam si civis esse non desinat, ideoque  
 reuera nec minuitur capite a) propè est tamen, ut etiam quando non  
 consumitur, sed tantum minuitur existimatio, ipsum quoque caput de-  
 minutum esse videatur: praesertim cum eius persona vel frons non esse  
 integra dicatur b. Exempli gratia in eos auctores, qui famulos libellos  
 in contumeliam alterius proposuerint, extraordinem interdictione rei  
 eertae, temporali vel perpetuo exilio, & vique ad relegationem insulae  
 vindicatur: Extraordinem gravius quam ordine crimina plerumque  
 puniuntur: poena huius criminis ordinaria & legitima haec fuit, ut ob-  
 scurum famosum damnatus intestabilis fieret: quod eod pertinebat ut  
 nec ipse testamentum facere nec ad testamentum adhiberi, sed nec e-  
 ius testimonium recipi nec ipsi testimonium dici posset: id quod au-  
 ctores nostri variis in locis addocent. Quamobrem ex ea causa relega-  
 tus, cum haecenus sacer, iniustus, conceleratus habeatur, ut sit intesta-  
 bilis: etiam si retinet civitatem, attamen qui civis ac propemodum ho-  
 minis dignitate iam careat, capitalem quodammodo poenam passus vi-  
 deri potest: quod & de damnato repetundarum ex lege Iulia consimi-  
 liter dici convenit: qua lege testimonium publice dicere ad testamen-  
 tum adhiberi, iudex esse, postulareve prohibetur e: Licet non gravius  
 quam relegatione, nisi extraordinem, puniatur f. Sane cum in capitali-  
 bus causis reo tres dilationes, accusatori duas dari posse causa cognita  
 Paulus definit g, quascumque iudicij publici causas (vno forsitan adulterij  
 crimine excepto, in quo nullam dandam esse dilationem: nisi ut per-  
 sonae exhibeantur, aut iudex hoc ex qualitate negotij motus causa co-  
 gnita permiserit: nominatim responsum est h) etiam si relegationis tan-  
 tum non deportationis poena ex ijs infligi debeat, intellexisse arbitror.  
 Similiter cum ait Marcianus i de Turpilliano agens incidere in hoc S.  
 consultum, & qui accusatorem summittit aut instigat, aut qui mendat  
 alicui & instruit eum ad accusationem capitalem, dando probationes,  
 allegando accusationes & cat. quod capitalem nominat, iudicij pu-  
 blici quaestionem (licet non ad hominis, sed ad dignitatis statum  
 spectet) eo verbo designare vult: plane qui iudicij publici quaestionem  
 citra veniam abolitionis deseruerunt, eos ignominia notari, veluti ca-  
 lumniae causa iudicio publico damnatos, alibi trahitur k. Denique in  
 S. consultum Turpillianum eos incidere, qui subiecissent accusato-  
 res, aut subiecti postulassent nec peregissent reos, aut aliter quam a-  
 bolitione facta destitissent: nulla inter capitalia vel non capitalia cri-  
 mina distinctione adhibita Macer tradidit l. Postremo cum ait I. con-  
 sultus m pro aliis ne postulent prohiberi caecum & foeminam perso-  
 nasque turpitudine notabiles: in quibus enumerat eum, qui corpore  
 suo muliebria passus est (quod translaticium ex veteribus Athenien-  
 sibus) a d. l. cogni-  
 tionu s. e-  
 xistimatio  
 de var. &  
 extra. co.  
 b l. 4. D. de  
 popu. ac. l.  
 questru D.  
 de i. lib.  
 c l. crimi-  
 nis C. q. ac  
 cul. no. po.  
 iuc. l. 3. s. vl.  
 l. 4. l. si mi-  
 tor. D. de  
 iust. pu. l. 3.  
 C. de calu.  
 l. 8. C. ex  
 quib. cau.  
 inf. i. ro.  
 d Iu. obca-  
 men D. de  
 test. l. is cui  
 leg. s. vl. &  
 l. cu leg. D.  
 qu. est. fac.  
 post. l. 5. s.  
 vl. & l. seq.  
 D. de iniu.  
 e l. 2. D. de  
 Sen. l. repe-  
 tundaru de  
 test. l. qui  
 testameto  
 s. eum qui  
 lege. Qui  
 test. fa. pos.  
 l. eadem s.  
 jad. le. Iul.  
 reper.  
 f d. l. 2. & 3.  
 de Sen. l. 7.  
 s. vl. ad l.  
 Jul. reper.  
 Paulus l. 5.  
 sent. tit. 28.  
 Plinius ad  
 Arri & ad  
 Quad. l. 2.  
 & 6. epi-  
 stol.  
 g l. vl. D.  
 de feris.  
 h Iu. cri-  
 mine. Dad  
 leg. Jul. de  
 adul. Poul.  
 li. j. sente-  
 tit. 26 s. vl.  
 i l. j. s. inci-  
 dit. ad Tur.  
 k l. spumij s.  
 qui iudicij  
 de Decur.  
 l. l. in S. co-  
 sultum. in  
 prin. D. ad  
 Turpill.

m l. j. s. secundo loco. & s. remouet. & seq. D. de postul.

a li.j. de vi  
ta philoso.  
in Solone. fimum legibus esse probat, non modò quòd Solonem Diogenes Laërt.<sup>a</sup> refert, τὸν ἡταρηνότα ἐργάζεσθαι βήματα: sed vel ipsa Æschinis aduersus Timarchum oratio) qui operas suas vt cum bestiis depugnaret locauit, capitali crimine denique aut calumniæ publici iudicij damnatum. Capitali crimine damnatum accipio, quocumque iudicij publici crimine damnatum, & si non deportatus, sed relegatus tantum, aut magistratu, senatu, vel ordine motus ex ea causa fuerit: imò verò hunc tantum modò (præsertim cū de ipso non agatur in tertio edicti capite) nō etiam in seruitutem aut peregrinitatem pœnæ causa redactum: de quo necesse non fuit (cū dubitatio nulla incidere posset) quidquam exprimi. Dixi ordine vel senatu motum: quoniam hunc quoq; iudicare testimoni-

um ve dicere lex Iulia repetundarum vetuit<sup>b</sup>; quam obrem nec postulationem ei permissam arbitror: præsertim cū aded infamis fuerit ac turpis habitus (lege forsitan de vi priuata damnatus: ) ex qua bonorum pars tertia publicatur, & cautum est ne senator sit, nec decurio, aut vltimum honorem capiat, neve in eum ordinem, vel (vti noster Cuiacius ex notis acutè legendum conicit) neve in xiiij. ordinibus (cedat, neve iudex sit, & videlicet omni honore quasi infamis careat<sup>c</sup>) vt vix tandem & Romæ ipsum morari posse nec minui capite post Veri & Antonini rescriptum I. consulti, qui hac de re olim dubitarant, exploratum habuerit<sup>d</sup>. At grauior est ordinis aut senatoriæ dignitatis locum & gradum tenuisse antiquitus, neque iudicandi, ius dicendi aut postulandi, facultatem habuisse crediderim: itaque Opilium Macrinum à Seuero re-

motum etiam à miserrimis officijs, relegatumq; in Africam, sibi vt infamiam damnationis tegeter, lectioni operam dedisse, egisse causulas, declamasse, ius postremo dixisse (ne scilicet alioqui relegatus & exul videretur) ex Aurelio Victore Lampridius in Opil. Maer. refert. Sed & si non in perpetuum, sed ad tempus ordine motus aut relegatus quis esset, ex alicuius criminis causa: interim eorum quæ supra diximus, potestati scilicet, ius dicendi, iudicandi, honorè (ve aliquos gerendi potestas ipsi vt pote turpi ac infami personæ non fuit: expleto tamen tempore interdictionis aut exsilij pristinam dignitatem & existimationem recipiebat: adeoque remissa decurionatus prohibitione, ab exilio reuersus postulare potuit: ne scilicet alioqui pœna tempore determinata contra sententiæ fidem vterius porrigeretur: nisi tamen ea pœna leuior esset quàm leges permitterent: quæ omnia nostri auctores variis in locis tradunt: vt interim deteriorem relegati ac restituti, quàm ordine remoti ac restituti, post pœnæ tempus expletum, fuisse conditionem doceant<sup>e</sup> quòd ille quasi nouus in ordinem veniat, nec in locum suum restituatur, hic verò eundem ordinem habeat quem primùm telegem Iul. de vi priu. l. 2. & l. fer in ordinem legi non possit<sup>f</sup>.

Plus est quod dicam: non modò damnatum lege Iulia de vi priuata (cuius pœna fuit tertiæ partis bonorum publicatio cum infamia<sup>h</sup>), sed etiam lege Iulia de ambitu (cuius pœna legitima quidem, vt ex Dio-

ne didicimus, fuit in decennium relegatio: vel ex S. consulto, vt monet I. consultus<sup>b</sup>, infamia & centum aurei qui fisco inferuntur) aut lege Fabia de plagiariis (cuius criminis quidem accusatio publici iudicij, pœna pecuniaria fuit antiquitus<sup>c</sup>) Damnatum, inquam, iis legibus, & si quæ sunt similes (vt de residuis & de annonæ: ex quibus etiam pecuniariæ pœnæ irrogari solent<sup>d</sup>) quoniam tamen ignominiam atque infamiam important, cum publica omnia iudicia famosa sint, vt antè ostendimus: propterea postulare non potuisse (nisi fortè quòd lege Iulia de ambitu damnatus, eadem lege alium accusandi ius habuisse videtur: vt in integrum ipse restitueretur, si vinceret<sup>e</sup>) illisque I. consulti verbis quæ capitali crimine damnatum à postulando prohibent, contineri arbitror: præsertim cū alibi<sup>f</sup> eum qui iudicio publico damnatus est, ius accusandi non habere: alibi<sup>g</sup> testimonium ei ex lege Iulia de vi dicere in reum non licere definiatur: & vtroque eum eo qui iudicio publico damnatus est coniungatur is qui aduersus bestias vt depugnaret operas locauerit: qui & in edicto de postulando adiungitur damnato capitali crimine: & rei capitalis damnato, apud Vlpianum nostrum de materna ex Orfitiano successione differentem eo loco: in cuius explanatione non inutiliter (opinor) tantum olei ac operæ à nobis hæcenus insumptum est: cū interim illustres alias quæstiones occasione arrepta, partim animi nostri, partim studiosorum iuris ciuiliis hominum gratia, non infeliciter tractasse: atque ad vmbilicum propè iam peruenisse videar. In eò certè loco Vlpianus noster ita de rei capitalis damnato nec restituto loquitur: vi in lege Iulia de vi verbis illis, Qui ve iudicio publico damnatus erit, adduntur extemplo ista, Qui ve eorum in integrum restitutus non erit: quæ ad eum qui & si non sit restitutus, cuius tamen nihilominus maneat: non ad eum cui libertas aut ciuitas adempta sit, referri debere colligimus: primùm ex eo quod minimè dubitandum fuit, quin is qui ob crimen aliquod ad peregrinitatem redactus esset, nec accusare, nec omnino postulare, nec publice testimonium dicere: nec verò ciuis Romani hereditatem aut bonorum possessionem capere posset: deinde verò quod ei qui iudicio publico, qui capitali crimine, rei capitalis damnatus neque restitutus est, applicantur & in superioribus, & in aliis itidem locis<sup>h</sup>, tanquam in eadem causa, eiusdem conditionis ac notæ sint: hi scilicet, qui cum bestiis in arenam depugnandi causa vel intromissus est, vel operas locauit, qui artem ludicram, vel lenociniū palam ve quæstum fecerit, qui ob testimonium dicendum vel non dicendum, ob accusandum negociūmve cui faciendū pecuniā accepisse iudicatus erit, præuaricationis calūniæve causa quid fecisse iudicio publico pronūtiatus erit: quos re vera ciues manere, atq; adeò à ciuium successione non arceri: verum tamen propter notā & infamiam viæ suæ (vt I. consulti verbum vsurpem) cæterorum ciuiū iure & priuilegiis carere, superiori sermone ostendimus: quibus quoniā is quoque prohibetur, qui publico iudicio damnatus nec restitutus fuerit: propè est, vt quasi ciuis esse desierit, capitali pœna damnatus esse videatur. Nec mutat, quod ὁ ἐξ ὁμοῦ (vt ex Pomponio auctores Basilicik

deest.

ne didicimus, fuit in decennium relegatio: vel ex S. consulto, vt monet I. consultus<sup>b</sup>, infamia & centum aurei qui fisco inferuntur) aut lege Fabia de plagiariis (cuius criminis quidem accusatio publici iudicij, pœna pecuniaria fuit antiquitus<sup>c</sup>) Damnatum, inquam, iis legibus, & si quæ sunt similes (vt de residuis & de annonæ: ex quibus etiam pecuniariæ pœnæ irrogari solent<sup>d</sup>) quoniam tamen ignominiam atque infamiam important, cum publica omnia iudicia famosa sint, vt antè ostendimus: propterea postulare non potuisse (nisi fortè quòd lege Iulia de ambitu damnatus, eadem lege alium accusandi ius habuisse videtur: vt in integrum ipse restitueretur, si vinceret<sup>e</sup>) illisque I. consulti verbis quæ capitali crimine damnatum à postulando prohibent, contineri arbitror: præsertim cū alibi<sup>f</sup> eum qui iudicio publico damnatus est, ius accusandi non habere: alibi<sup>g</sup> testimonium ei ex lege Iulia de vi dicere in reum non licere definiatur: & vtroque eum eo qui iudicio publico damnatus est coniungatur is qui aduersus bestias vt depugnaret operas locauerit: qui & in edicto de postulando adiungitur damnato capitali crimine: & rei capitalis damnato, apud Vlpianum nostrum de materna ex Orfitiano successione differentem eo loco: in cuius explanatione non inutiliter (opinor) tantum olei ac operæ à nobis hæcenus insumptum est: cū interim illustres alias quæstiones occasione arrepta, partim animi nostri, partim studiosorum iuris ciuiliis hominum gratia, non infeliciter tractasse: atque ad vmbilicum propè iam peruenisse videar. In eò certè loco Vlpianus noster ita de rei capitalis damnato nec restituto loquitur: vi in lege Iulia de vi verbis illis, Qui ve iudicio publico damnatus erit, adduntur extemplo ista, Qui ve eorum in integrum restitutus non erit: quæ ad eum qui & si non sit restitutus, cuius tamen nihilominus maneat: non ad eum cui libertas aut ciuitas adempta sit, referri debere colligimus: primùm ex eo quod minimè dubitandum fuit, quin is qui ob crimen aliquod ad peregrinitatem redactus esset, nec accusare, nec omnino postulare, nec publice testimonium dicere: nec verò ciuis Romani hereditatem aut bonorum possessionem capere posset: deinde verò quod ei qui iudicio publico, qui capitali crimine, rei capitalis damnatus neque restitutus est, applicantur & in superioribus, & in aliis itidem locis<sup>h</sup>, tanquam in eadem causa, eiusdem conditionis ac notæ sint: hi scilicet, qui cum bestiis in arenam depugnandi causa vel intromissus est, vel operas locauit, qui artem ludicram, vel lenociniū palam ve quæstum fecerit, qui ob testimonium dicendum vel non dicendum, ob accusandum negociūmve cui faciendū pecuniā accepisse iudicatus erit, præuaricationis calūniæve causa quid fecisse iudicio publico pronūtiatus erit: quos re vera ciues manere, atq; adeò à ciuium successione non arceri: verum tamen propter notā & infamiam viæ suæ (vt I. consulti verbum vsurpem) cæterorum ciuiū iure & priuilegiis carere, superiori sermone ostendimus: quibus quoniā is quoque prohibetur, qui publico iudicio damnatus nec restitutus fuerit: propè est, vt quasi ciuis esse desierit, capitali pœna damnatus esse videatur. Nec mutat, quod ὁ ἐξ ὁμοῦ (vt ex Pomponio auctores Basilicik

deest.

a li.j. de vi  
ta philoso.  
in Solone.  
b l. 1. de se-  
nar. l. cum  
prator. §.  
non autē  
ver. lege D  
de iudic.  
c l. j. D. ad  
le. iul. de vi  
priu. quam  
Cuiacius e  
mendatca.  
16. li. 9. obf.  
d l. 3. D. de  
senator.  
e l. Impera-  
tor. de po-  
I. l. §. j. ad  
leg. Corne.  
de fals. l. 2.  
l. 3. §. j. l. ad  
tempus. de  
Decur. l.  
ordine. D.  
ad municipi.  
iū d. l. j. &  
2. C. de iis  
qui in ex.  
dat. vel or.  
mo. sunt.  
li. 10. & l. 3.  
C. ex qu.  
cau. inf. ut  
rog.  
f l. 2. in pri.  
de dec. D.  
g l. pen. iū-  
d. l. 3. in  
prin. D. de  
decur.  
h d. l. j. ad  
legem Iul.  
de vi priu.  
l. 2. & l. fer  
in ordinem  
legi non possit  
i uos. §. j. C.  
eod. l. hos  
accusare. §.  
omnibus.  
D. de accu.

lib. 37.  
b l. j. §. j. ad  
leg. Iul. de  
ambitu.  
c l. 1. vl. D. ad  
legē Fa. de  
plagia. Tim  
fuga. l. &  
plagi. §. C.  
eod.  
d l. 1. 2. D. ad  
leg. Iul. de  
ann. l. 4. §.  
lege Iulia.  
D. ad leg.  
Iul. pec.  
e l. j. §. j. D.  
ad leg. Iul.  
de amb.  
f l. 4. de ac-  
cus.  
g l. 3. §. lege  
Iulia. de re  
testib.  
h l. marito  
quoque D.  
ad leg. Iul.  
de adult.  
i l. 3. §. lege  
Iul. in fine.  
D. de test.  
k l. 17. D.  
de inter. &  
releg. quæ  
in Latinis  
Pandectis  
deest.

tradunt) *εκαλύεται σήλας η ειόσι τιμαδου*, status & columnis relegatus (nisi forsitan ex maiestatis causa relegatus <sup>a</sup>) non prohibeatur: nam neque plebeis, vilibus, turpibusque personis hoc ipsum denegatur: primisq; omnium Theodosius Arcad. & Honorius pantomimum, agitatore, histrionem (inhonestas videlicet personas) in publicis porticibus, vel in his ciuitatum locis, in quibus imagines principum consecrari solent, adnotari vetuerunt <sup>b</sup>, vt tamen in aditu circi, vel in theatri prosceniis collocari non prohiberent.

Cum igitur vt ei qui per egestatem abiectus est in facem vilitatemque plebeiam, damnum famae non esse iniuriam Honorius & Theodosius rescripserunt, id est, humiliorem aliquem non ideo punitum esse videri, quod ignominiae macula ipsi aspersa fuerit: quamobrem ob iniuriam suam & egestatem contemnere iniuriarum iudicium possit, si de atrocem ipse iniuriam alicui fecerit <sup>d</sup>: sic etiam in iudice aliove quopiam honestioris loci homine, supplicium existimationis extremum esse, atq; adeo capitale Gratianus, Valentinianus, ac Theodosius significent: & Arcadius atque Honorius <sup>e</sup>, vbi promotorum quemlibet ad idem munus denuo irrepentem grauissimis affectum suppliciis possible nam deportationis excipere constituunt: quamobrem infamiae supplicium alibi quoque ab ipsis Gratiano, Valentiniano, ac Theodosio Imperatoribus, aut apud eos a Triboniano nuncupatur: porro autem aliquo iudicij publici crimine damnatus (& si non modò vitam, sed libertatem ac ciuitatem, & bona quoque omnia retineat) non possit tamen, famae, dignitatis ac existimationis iacturam non facere: quae homini (potissimum honestiori) grauissima profectò cenferi debet: quidni altioris dignitatis aliquem (qui famam & existimationem, vel ipsa vita meritò chariorem habeat) eum aut relegatur aut ordine mouetur ex aliquo iudicij publici crimine, vt infamis fiat, & (quemadmodum

Imperatores loquuntur <sup>h</sup>) vt ablatis codicillorum insignibus, & honore exutus inter pessimos quosque & plebeios habeatur: cur non, inquam, ipsum capitis reive capitalis damnatum poenave capitali affectum redè possimus (praesertim cum Latinè loquentibus) dicere? Vlpianus profectò eum qui in exsilium salua ciuitate abiit, atque adeo interdictum aut relegatum non etiam deportatum, rei capitalis damnatum dici, satis apertè significat: vbi, postquam ei qui cautionibus iudicio sistendi causa factis non obtemperauerit, ideo quia rei capitalis antea condemnatus iudicio sistere se non potuerit, meritò ignosci, & exceptionem dari respondit: reiq; capitalis condemnatum accipi debere, qui morte exsiliove coërcitus sit: statim hæc verba subdit, Dixerit aliquis, quò ergo hæc exceptio dānato? Sed respondebitur fideiussoribus eius esse necessariā: aut si fortè in exsilium salua ciuitate abiit, vbi (sic est Florentiae: sed malim, Ibi, pro Tūm, siue Illo casu) defensori eius exceptio ista proderit. Deniq; Venuleius <sup>k</sup> lege Iulia de vi priuata, & omnibus iis legibus seruos accusari, reosq; fieri nō posse, nominatim tradit: quibus pecuniaria poena irrogatur, vel etiam capitis, quae seruorū poenis nō cōuenit, sicuti relegatio: quo in loco, cum accusari ac puniri ser-

<sup>k</sup> l. hos accusare §. omnibus D. de accus.

<sup>h</sup> l. j. C. Th. ad leg. Iul. repet. l. in dices C. de dign. l. 12. j. l. sed & si quis in prin. D. si quis cau.

<sup>c</sup> l. 1. C. vt int. cer. re. crim. quæ. ter. iū. l. j. C. Th. de bo. profect. d. l. si quis iniuria 35. D. de inu. e. l. 9. C. Th. de tyroni. lib. 7. fl. 2. C. Th. de am. l. 9. g. l. nostris 8. C. de calum.

<sup>b</sup> l. 4. C. de spect. li. ii.

<sup>a</sup> arg. legis eorum D. de poen.

uos (ordine scilicet) iis legibus neget, quibus relegatio aut minores relegatione poenæ (vt puta pecuniariae) praestitutæ sunt. similiter tamè (hoc est proinde quasi leges illæ nominatim de seruis loquerentur: sed seuerius ipsos scilicet, duriusque quàm liberos) extraordinem plesti significat: & interim superioribus verbis apertè (meo quidem iudicio) relegationem ex iis capitalibus poenis esse arguit, quæ seruo irrogari nō soleant: quem in numerum referri deportationem vt relegationem ipsam debere: quamuis non hæc, sed illa caput de ciuitate tollat, & ad capitis periculum (vt ait Callistratus <sup>b</sup>) pertineat: sermone huius libri quinto demonstraui: vbi exsilij quoque nomen propriè ad deportationem, plerumque tamen ad relegationem duntaxat siue interdictionem pertinere, qua ius ciuitatis non adimitur, comprobatum fuit.

Cæterum Vlpianus noster ad maternam successionem cum admitti rei capitalis damnatum refert: non modò relegatum, sed vel senatu ordinèue motum, vel interdictione rei certæ coërcitum, vel pecuniaria poena, vel sola denique ignominia & infamia ex aliquo iudicij publici crimine affectum: ita vt ciuitatem patriam que adeo potestatem nihilominus retineat, proculdubio intelligit. Et quod ait, Neq; restitutus est, eum alioqui restitui beneficio principis aut senatus in integrum hi potissimum dicantur, qui talem sententiam passi sunt, ex qua libertatem aut ciuitatem amiserint: hoc tamen in loco & aliis consimilibus quos modò indicabam, id verbū de illis accipi debet qui rei capitalis ita dānati sunt, vt neq; libertatis, neque ciuitatis: sed cū aliqua bonorū parte, vel etiam sine pecuniaria poena solius dignitatis & existimationis damno mulctati publico iudicio ex alicuius criminis causa fuerint: vt in specie facti, quæ a Caio I. consulto alicubi <sup>d</sup> proponitur, his serè verbis: Quidam relegatus facto testamēto post heredis institutionem & post legata quibusdam data, ita subiecit, Si quis ex heredibus cæterisve amicis quorum hoc testamento mentionem habui, siue quis alius restitutionem mihi impetrauerit ab Imperatore, & antè decessero quàm ei gratias agerem, & cætera quæ sequuntur. Sic fuisse in insula quempiam ex poena ipsi irrogata, cuius restitutionem a principe impetrauerit, apud Vlpianum alibi <sup>e</sup> legimus: quod de relegato non de deportato intelligendum esse demonstrat illud de bonis non adeptis, quod statim ibi subiicitur: cum in deportationem qui deducitur, amittat bona & nudus exulet <sup>f</sup>, relegatus omnia bona retineat præterea, si qua ipsi adempta fuerint <sup>g</sup>. Huc pertinet quod a Claudio principe Agrippina, ne malis tantum facinoribus notesceret, veniam exsilij pro Annæo Seneca simul præturam impetrasse apud Cornelium Tacitum lib. 12. dicitur: quod Nero (vt scribit idem Tacitus lib. 14. annal.) quò grauaret inuidiam matris, ea quæ demota auctam lenitatem suam testificaretur: scæminas illustres Iuniam & Calpurniam, præfectura functos Valerium Capitonem & Licinum Gabulum, sedibus patriis reddidit, quosque ipse nuper relegauerat Iturium & Caluissium poena exoluit. Sic in integrum restitui damnatum ambitus ex lege Iulia (cuius poena vel sit pe-

<sup>a</sup> vide I ser uos. C. ad leg. Iul. de vi pub. vel priu.

<sup>b</sup> l. capita- lisi in prin. D. de poen.

<sup>c</sup> toto ti. D. & C. de sen. Pass. & rest.

<sup>d</sup> l. 6. i npr. D. de reb. dub.

<sup>e</sup> l. si qua militi §. j. D. ex quib. cau. mai. <sup>f</sup> l. tutelæ in fi. D. de cap. min. l. 3. D. ad leg. Iul. pecu. g l. 4. D. de interd. & releg.



cuniaria, vel certè relegationem & quidem temporariam non excedat) si eadem lege ambitus alium damnauerit, antè admonui: Iulium Cæsarem profectò Suetonius <sup>a</sup> auctor est, notatos opere censorio, aut sententia iudicum de ambitu condemnatos restituisse. Sic denique in integrum restitui dicitur à Marcello <sup>b</sup>, qui tantum senatu motus est ob turpitudinem: vt puta ob auaritiam & sordes, ob accepta dona & munera supra centum aureos, ob ipsa repetundarum crimina, furta & rapinas: de quibus & Plinius ad Vrsum <sup>c</sup> atque Arrianum <sup>d</sup>, & ex nostris etiam I. consultis <sup>e</sup> Venuleius loquitur. Itaque redditum Othonis temporibus Cadio Rufo Peditio Blaeso Sæuino Pontio senatorium locum, qui repetundarum criminibus sub Claudio ac Nerone ceciderant: cum placuisset ignoscantibus verso nomine quod auaritia fuerat, videri maiestatem, cuius tum odio etiam bonæ leges peribant, ex Tacito lib. 17. intelligimus: qui Plautium quoque Lateranum Claudij temporibus ob adulterium Messalinæ ordine remotum, à Nerone postea senatui redditum narrat, lib. 13. hæc itidem fuit in integrum restitutio. Ergo apud Vlpianum nostrum, rei capitalis damnatus neque restitutus accipitur, qui pœna etiam capitali affectus est: sed ea capitali scilicet, quæ tamen ciuitatem: iuræque ciuitatis & patriam potestatem non adimat: nec existimationem consumat, sed tantummodò lædat ac minuat: quemadmodum fat multis verbis exposuisse videor.

Veruntamen adhuc altera non minùs eleganti & commoda, sed minùs trita minùsque nostris hominibus nota interpretatione, hic Vlpiani locus illustrari potest: quam attentè considerari à lectoribus optimis & expendi cupio: quibus tanto excusator esse debebo, si fortè in hac parte lapsus fuero: quanto illi etiam, quibus plurimarum aut potius omnium iuris quæstionum agitatio frequens, nihil ignotum esse patiebatur, grauiùs ac turpiùs peccarunt. Ecce autem, ex capitalibus criminibus capitales pœnas infligi hodie nihil necesse est: propterea quòd sublato exercendorum publicorum iudiciorum capitalium ordine, quamuis pœna legum duret <sup>f</sup>: attamen vt olim (auctore Plinio <sup>g</sup>) mitigare leges & intendere senatui licebat, sic hodie licet ei qui extrordinem de crimine cognoscit, quam vult sententiam ferre vel grauiorem vel leuiorem & pro qualitate personæ scilicet, proque rei conditione, & temporis, & ætatis, & sexus, vel seueriùs vel elementius statuere: sed ita tamen vt in vtroque moderationem non excedat:

cum facti quidem quæstio sit in potestate iudicantium, iuris autem auctoritas non sit, vt alibi <sup>h</sup> noster Vlpianus tradit. Vice versa, ob non capitale crimen, vt puta repetundarum (cuius ordinariam pœnam ex lege Iulia relegatione mitiorem, certè non grauiorem fuisse credimus: ex eo, quòd repetundarum conuictos etiam ordine senatorio motos à Iulio Cæsare, cum pœnas facinorum au-xisset, Suetonius <sup>i</sup> narret, hanc ei crimini grauißimam ab illo principe impositam fuisse pœnam significans) nonnunquam tamen si seueritatem legis immanitate criminis reus excessisset ( vt Plin. ad

Qua-

Quadratam lib. 6. epist. loquitur) vt puta si pœnas innocentium vendidisset, id est, ob innocentes condemnandos, interficiendos etiam pecunias accepisset (qua de re, idem auctor ad Arrianum lib. 2. epist. scribit) Capitalis pœna extraordinem (teste Marciano I. consulto <sup>a</sup>) infligebatur, ex mandatis & constitutionibus Principum, sicut Alexandri Seueri, qui fures, provinciales scilicet, id est, repetundarum aut peculatus reos iudicare iussit in ciuitatibus vllis nunquam videri, & si essent visi iussit deportari per rectores prouinciarum <sup>b</sup>: sicut Aureliani, qui fures prouinciales repetundarum ac peculatus reos ultra militare modum est persequutus, vt eos ingentibus suppliciiis cruciatibusque puniret, si Vopisco in Aurel. credimus: sicut Valentis denique, qui furibus & in peculatu deprehensis iudicibus (auctore Marcellino libr. 31. histor.) inimicus alper & vehemens fuit. Firminum sanè Hostilium Marij Prisci Africæ proconsulis legatum, qui operam ei ad turpissimum ministerium commodauerat, ipseque præterea sestertium decem millia vnguentarij nomine titulone foedissimo accepisse probabatur, inductum in senatum Plinij secundi temporibus (cum ordine mouendum Cornutus Tertullus censuisset) acutiùs Nerua in sortitione prouinciæ rationem eius non habendam dixit, quæ sententia (vt idem Plinius in libris ad Arrianum libr. 1. Epist. memorat) tanquam mitior vicit. hæc igitur cum ita, vt dixi, se habeant, & pœnæ sint in iudicium arbitrio, qui extraordinem plerumque de criminibus cognoscunt: & ita quidem vt ob capitalia pœnas minimè capitales irrogent, non capitalia maleficia delictaque pœnis capitalibus, prout inciderit, repensent: non erit à vero ac ratione alienum (vt opinor) si rei capitalis damnatum hoc in loco, ab eodem Vlpiano illum intelligi dicemus, qui ex causa criminè capitali (cuius criminis ordinaria & legitima pœna vel ciuitatem adimat) reus delatus, receptus, accusatus, conuictus fuerit: sed benignius quàm crimen postularet, quod capitalem pœnam merebatur, cum eo actum sit (vt alibi I. consultus <sup>c</sup> loquitur) ipseque alia pœna sit affectus, ea scilicet quæ aut exsilium (hoc est interdictionem, relegationemve) aut leuiorem corporis coercionem (veluti fustium admonitionem, flagellorum castigationem, vinculorum verberationem, opus publicum temporarium) aut damnatum (id est certæ pecuniæ honorumve partis, amissionem) cum infamia, aut dignatis alicuius depositionem (vt puta motionem à senatu ac ordine) aut alicuius actus (vt puta negociationis vel aduocationis) prohibitionem (quam ipsam rei certæ interdictionem alibi vocari credo) contineat <sup>d</sup>. Igitur damnatum rei capitalis (causa scilicet, is enim Græco more articulus, nisi fallor, vt in plerisque aliis loquendi formulis supplendus est) damnatum, inquam, ob capitale crimen ex publicorum iudiciorum legibus: verum extraordinem non capitali pœna damnatum, sed relegatum forsitan vel ordine motum, aut pecunia cum infamiæ nota mulctatum: nam & si rei capitalis damnatum plerumque sic accipere debemus, ex qua causa dā-

<sup>a</sup> in Iul. ca. 41.  
<sup>b</sup> l. 2. D. de Seuat.  
<sup>c</sup> l. 4. epist. d. l. 2. epist. e l. 6. in fin. D. ad leg. Iul. repet.

<sup>d</sup> l. 1. quicumq. natus. v. l. & l. sequ. D. de bon. lib. bett.  
<sup>e</sup> l. si quis fortè s. vlt. & duabus seq. D. de pœn. iusta cognitio- nis. s. mi- nuitur. D. de var. & extraord. cogn. & vt de l. moris. D. de pœn.

<sup>f</sup> h. hodie. D. de pœn. l. factilegij. 6. in princ. D. ad leg. Iul. pecu. iuncta l. re- spiciendum D. de pœn. l. ordine ad municip. i in Iulio. c. 42. & 45.

<sup>a</sup> d. l. 7. §. vlt. D. ad leg. Iul. repe- tund. b vide l. a- prid. in A- lex. Seuc.

<sup>c</sup> l. quicumq. natus. v. l. & l. sequ. D. de bon. lib. bett.

<sup>d</sup> l. si quis fortè s. vlt. & duabus seq. D. de pœn. iusta cognitio- nis. s. mi- nuitur. D. de var. & extraord. cogn. & vt de l. moris. D. de pœn.



a l. 2. D. de pœn.  
 b s. capitis. l. 1. D. ad Tert.  
 c l. 1. D. de cap. min. d l. ult. co. tit.  
 e l. 2. in pr. & l. am. fto ne. s. vl. D. de ca. min.  
 f l. nam & cœtera, co. tit.  
 g s. est & inter. de pub. iud. h l. 1. s. vl. D. de pœn.  
 i l. si quis forte. s. vl. & seq. D. co. tit. k l. in seruorum in fi. co. tit.  
 l. 1. 18. D. de interd. & releg. facit l. 4. eod. tit. citat Cuias & Latine reddit in comment. ad l. 121. D. de verb. oblig. m l. inter pœnas. s. vl. D. de interd. & releg. n l. Diuifra tres. s. de decurioni- bus. D. de pœn.

nato vel mors, vel seruitus, vel etiam ciuitatis amissio contingit: attamen hoc rei capitalis verbum isto in loco singulari quadam ac propria, non ea quæ vulgò solet, significatione positum à l. consulto proinde videri potest: vt minima capitis minutio paulo pòst b saluo statu contingere dicetur, his verbis, Capitis minutio saluo statu contingens liberis nihil nocet ad legitimam hereditatem: cum nemini possit saluo statu omni contingere vlla capitis minutio, cuius vis ea est, vt statum mutet: & aded quidem vt capitis minutio (Caio teste c) sit status mutatio: & in minima capitis minutione familia mutetur (vt Paulus ait d) retenta libertate ac ciuitate: quas solas videlicet non item familiam, peculiari quodam & nouo modo usurpatum ab Vlpiano status vocabulum complectitur: vt idem sit solo statu hoc loco, quod aliis eorumdem l. consultorum locis e, Salua ciuitate contingere, Salua ciuitate accidere capitis minutionem dicitur: Saluo etenim statu iurèque eius minima capitis minutio interuenit, quippe cum priuati hominis & familiaris eius iura non ciuitatis hæc amittat, vt ab ipso Vlpiano f traditur. Adde quòd quemadmodum sæpè fit, vt extraordinem ex causa cuiuscunque criminis grauior pœna irrogetur, quàm ipsa lege præstituta fuerit g: si quidem generaliter in legibus publicorum iudiciorum vel priuatorum criminum placere l. consultus h ait, vt qui extraordinem cognoscunt præfecti vel præfides eis qui pœnam pecuniariam egentes eludunt, coersionem extraordinariam inducant: grauiorem scilicet vt pote corporalem (quæ coercitio corporis dicitur l) admonitionem puta fustium aut flagellorum castigationem: cum solus fustium ictus grauior sit, quàm pecuniaria damnatio k: sic etiam adhibitis historicorum veterum testimoniis antè demonstrauimus nouum non esse, vt ex crimine capitali pœna nõ capitalis irrogetur. Quam in rem præstò est mihi nostrorum quoque l. consultorum auctoritas: apud quos propter capitale erimen in honestiores potissimum & altioris loci homines relegationis pœna vindicatum olim & animaduersum legimus: quæ profectò capitalis verè non fuit, cum & statum integrum & patriam potestatem damnato relinqueret, nec verò bona ipsi tacitè adimeret, siue ad tempus siue in perpetuum esset irrogata: id quod ex Pomponio nostro l auctores Basilicònis his verbis (nã Latina malo quodam futo amissimus) tradunt, *ὁ ἐξοριστος ἀνέπαυον ἐξ ἧ πύ οὐκ εἶαν κατάστασιν, καὶ πύ δεσπορείαν ἧ ἀπὸ πραγμάτων, καὶ πύ ὑπεξουσιότητῃ ἧ πύ πείσαν εἶτε ποσούριος εἶτε διλυσιώς ἐξοριστοῦ.* [Nam relegatus integram habet facultatem disponendi de suis: & dominus suarum rerum remanet: habetq; in sua potestate liberos suos: siue ad tempus, siue in perpetuum fuerit relegatus. Ergo decuriones ciuitatum propter capitalia crimina deportandos vel religandos Diui fratres recriperunt, vt noster Vlpianus tradit m: & Callistratus n quoque de decurionibus principalibusque ciuitatum, qui capitale admiserunt, mandatis caueri scribit, vt si quis id admisisse videatur propter quod relegandus extra prouinciam in insulam sit, Imperatori scribatur adiecta sententia à præfide: sic ex maiestatis crimine (quod nemo non esse capitale statim dixerit) interdum relegatio

relegatio infligitur: quamuis relegationis pœna capitalis profectò non sit, ided quia nec libertatem nec ciuitatem adimat: eorum denique statuas, qui relegati vel deportati sunt ex causa maiestatis, detrahendas scire nos debere, Modestinus a retulit: nam & cum principis aut populi maiestatem is minuat lædatque, cuius dolo malo factum est quomibus hostes in potestatem populi Romani veniant b: eum quidem qui hostem fugientem sciens suscepisset, in insulam deportari: eum verò qui occultari hostem non ignorans diu dissimulasset, in insulam relegari (ex crimine tamen maiestatis atque aded capitali) placuisse Paulus c retulit. Sic etiam cum pœna falsi vel quasi falsi deportatio sit & omnium honorum publicatio d: attamen ob falsi (sic malo, quàm vt est Florentiæ, falsam legere) causam vel aliam de grauioribus, non tantum ad tempus relegari, sed & ad tempus ordine moueri: & ordine motum in ea esse causa, vt possit in ordinem redire, Vlpianus tradit e: primus, itaque Antonius legibus nocens tempore Neronis falsi damnatus, ordinem duntaxat senatorium amisit: quem inter alia ciuiliis Orthoniani belli mala præpositus à Galba septimæ legioni recuperauit, vt auctor Tacit. lib. 18. ann. Alexander quoque senatores, quos quasi falsi manifestos damnabat, satis habuit ordine mouere, ac in extrema ciuium conditionis locisque homines referre, hoc est plebeios facere, sed hæc lege, vt pœnæ ipsis gratiam postea non faceret, nec in integrum restitueret: hoc enim istis quæ subscribam verbis, à Lampridio in Alex. Seuerò, designatum reor, Senatorem nunquam, sine omnium senatorum qui aderant, consilio fecit: ita vt per sententias omnium crearetur, testimonia dicerent summi viri: ac si fefellissent, vel testes vel hi qui sententias dicebant, postea in vltimum reiicerentur locum ciuium, (ita pingo) condemnatione adhibita quasi falsi rei approbati sine vllius indulgentiæ proposito: hoc est sine spe veniæ ac restitutionis in integrum: quæ alioqui à senatu aut à principibus clementiæ laudem affectantibus indulgeri famosis quibuslibet solebat: vt puta capitalem sententiam passis, relegatis, senatu motis, interdictione rei certæ pecuniæ ve multa cum infamia, ex publico vel extraordinario crimine, punitis.

Ad summam, vt huic longiori quidem & laboriosa, sed non inutili disputationi extrema imponatur manus: hoc sensisse nostrum Vlpianum, ex iis quæ diffusè tractauimus, concludi potest: eum qui de se populo ita spectaculum rei ludicræ causa præbuit, vt in certamina questus causa descenderet: vel propter præmium in scenam prodiret f, aut etiam qui se auctoramento rogari ad gladium passus est: operæ ve arenæ locauit, vt cum bestiis depugnaret: aut denique qui se quocunque modo in arena scenæ ve honorari passus est: famosum & ignominiosum scilicet: multòque magis eum qui ob turpitudinem aliquam ita rei capitalis damnatus est, vt existimationis & famæ iacturam (reten ta interim, quomodo ille alter, ciuitate Romana patriæque aded potestate, ac familia) fecerit: (siue ista capitalis pœna est quæ infamiam importet, caputque id est, existimationem famamque, non inhonesti

a l. eorum. D. de pœn.  
 b l. 8. D. ad leg. Iul. ma. iest.  
 c l. Metrodorum. D. de pœn. d l. 1. s. vl. D. ad leg. Cor. de fal. e l. 3. s. j. D. de decur.  
 f d. l. 2. s. vl. & sequ. ll. D. de iis qui notan. infam.

alioquin hominis lædat: siue ex re causaque capitali, poena non capitalis est: quæ nec ciuitatem adimat, sed infamem efficiat) qui eorum in integrum à principe aut senatu restitutus non erit: quemadmodum non areebatur nominatim à successione matris legitima, sicut ad eam ipsis Orfitiani S. verbis disertè non inquitatum: quibus de filio tantum ciue Romano comprehensum esset: idèd autem eorum vterque repellendus à successione (quam id S. consultum induxit) legitima, tanquam nouo S. consulti beneficio indignus videbatur: quoniam qui euria, rostris, senatu, equite, cæterisque honoribus & ornamentis Quiritium caret, damnatus ademptis bonis dignitatum & quasi deportatus in quendam scopulum famositatis (quemadmodum, auctore Tertulliano<sup>a</sup>, dicere possumus) qui famæ ac opinionis integræ non sit, cuius existimatio minuta fuerit, qui inter infamia (vt Arnobius lib. 7. aduers. gent. ait) capita computetur: propè est, vt non ignominiam modò passus sit, sed quadam (vt ipsius Tertulliani verbum vsurpem) capitis minutione damnatus fuerit. Nihilominus tamen principibus aut etiam I. consultis placuisse, humanitatis intuitu, scribit Vlpianus: verborum S. consulti eam (quæ non est ab ipso iure ciuili aut prætorio aliena) interpretationem facere: vt qui non esset nominatim repulsus à successione, quando etiam reuera maneret ciuis, atque adèd filius aut paterfamiliæ iure ciuili (quamquam ignominiosus) haberetur: ad intestatæ matris (licet integræ, nec famosæ) bonorum possessionem hereditatè que legitimam ex eo S. consulto admittendum esse dicerent. Idèdque sentiendum, & si filius iste, cui matrem mors abstulit, turpem & inhonestem parentem habeat: inque alterutrius illorum potestate sit, qui nimirum operis arenæ locatis, aut secuta rei capitalis damnatione, nondum in integrum restitutus fuerit: nihilominus enim matri filium, & huius ministerio, infamem uxori maritum succedere, humana interpretatione senatusconsulti: quod de huiusmodi personis neutiquam expressè loquutum fuerit. Hæc autem vberius omnia, omisso illo iuriconsultorum, vt cõtractiore sic speciosiore filii genere, differui, dum summitto ipse me ad vtilitatem discentium: sed uldò id quod verum est quærentem imitatus, vt quærere docerem. Nec enim ea mihi fiducia profectò est, sola ista vt peritioribus probari posse contendam, quæ primus ipse nunc iam, ex tot tantisque legum ambagibus, intacta nulla (quam quidem viderim) relicta, vt euauderem, vno isto & altero sermone attuli: quæ sunt ipsa quidem ex magna parte recentia & indicta ore alio, vt est apud poetam Horat. ode. 25. lib. 3. carm. verum vsque adèd insignia mea esse non arbitror. Quinimò inueniri alia posse fateor, & hortor ad quærendum: quæ tamen adiecta, si vera fuerint, haud certè multum (vt spero) ab istis abhorrebunt.

*Quod in testamento scriptum est ex mente ac opinione testatoris nunquam contra communem rerum aut verborum usum: nisi forsitan in fideicommissis*

<sup>a</sup> lib. de spect. quæ locū emendauit & exposui ex terno cap. 20. lib. 1. Sc. meli.

*missis interpretamur. Exposita l. inter vestem. D. de auro & arg. leg. in ambigua sermonis significatione vsu de rerum promiscuo, id sequimur quod defunctus senserit. Fundi vt proprietatis nomine, non modò plenam sed nudam quoque designari: ad l. si alij fundum. D. de vsufr. leg. quæ emendatur: exponitur: & conciliatur cum l. sed si forte. D. de reb. eor. & aliis locis. Agendi, ad contractus: sentiendi verbum ad vltimas voluntates plerumque pertinere. Confirmata emendatio dudum à nobis demonstrata circa l. quærebat. §. pen. D. de testa. mil. spuria verba indicat à in d. l. si alij fundum: & item in l. 1. §. vlt. D. de questio. & eius cum alijs è iure locis conciliatio tentata. noua ratione. Vel, sublatum ex d. l. si alij.*

## CAP. XIII.

Sæpè fieri vt in testamentis, ex mente testatorum eorumque consuetudine, contra rei veritatem æstimemus id de quo quæritur, exemplo & auctoritate iuriconsultorum addocemur: quò videtur aspexit Seneca lib. 5. de benefic. ca. 19. cum ita scribit, Sed vt dialogorū alteratione seposita, tanquam iuriconsultus respondeam, mens spectanda est dantis, beneficium ei dedit, cui datum voluit. Huic sententiæ, quæ vis subiecta sit, paucis ostendam. Ac primùm id constat inter omnes, in causa testamentorū non vtiq; ad verborum definitionem descendendū esse: cum plerumq; abusuè illi loquantur, nec propriis nominibus ac vocabulis semper vtantur: & idèd Marellus à qua ætate iuuenes accipiendi sint quos testator legauerit, è testatoris voluntate spectandum, satis significat, cum adicit<sup>a</sup>. Quos verbis quæ proponerentur demonstrare voluerit testator, ad notionem eius, qui de ea re cogniturus esset, pertinere. Atque ita quoque duobus scriptis heredibus, vno rerum prouincialium, Italicarum rerum altero, si quærat quæ res Italicarum aut prouincialium significatione accipiendæ sint, voluntates defuncti totum (auctore Vlpiano<sup>b</sup>) facit: nam quid senserit, spectandum est. Itèdque veste virili, aut vestimentis virilibus legatis, ea legato eedere intelligimus de quibus testator senserit, vt puta quibus quasi virilibus (etsi muliebra essent) vsus sit; non quæ re vera sunt muliebria, vt Pomponius<sup>c</sup> tradit: sanè veste virili legata, quod vestis numero non est (etsi esse testator putauerit) legatum non dicemus, aut iuuenum legato contineri admodum senes, quos esse iuuenes putauerit, iuuenumque appellatione testator comprehendi voluerit: non enim ex opinionibus singulorum, sed ex communi vsu nomina exaudiri debere Seruius rectè censuit, & non videri quemquam dixisse cuius non suo nomine vsus sit, hoc est non videri protulisse quod alio nomine, à l. Labeo<sup>d</sup> 7. §. sed de iis quid. D. de supelle. leg. & prior atque potentior est mens, quàm vox dicentis: attamen nemo sine voce, dixisse existimatur: quam Seruij sententiam Celsus<sup>e</sup> vlt. D. de Tuberonis opinione improbat, sequitur<sup>f</sup>. Benè igitur Scæuola<sup>e</sup> in hæc facti specie, cum testator fundum legasset in hæc verba, legat.

<sup>a</sup> l. non aliter. §. j. D. de legat. 3.

<sup>b</sup> l. ex factò 35. §. rerum autem. i. D. de hered. instit. c. l. inter vestem. D. de auro & arg. leg.

<sup>d</sup> l. Labeo 7. §. sed de iis quid. D. de supelle. leg. c. l. prædia. §. vlt. D. de instruct. vel instru. legat.

Sempronio fratri meo hoc amplius fundos meos, ita ut instructi sunt, Cassianum & Numerarium cum suis salictis & syluis: & quaesitum esset (cum sylua & salicta non in fundis supra scriptis forent, sed in adiectis agellis, quos & simul testator comparauerat, nec sine his fundi colli possent) an legato cederent: respondit id tantum cedere legato, quod verbis comprehendisset. Bene Seruius antiquus & ipse iuriconsultus legato supellectilis ea comprehendere dicebat, quae testator sensisset, scilicet de quibus dubitari posset, supellectilis potius an argenti aut vestis essent, propter varietatem communis hominum usus: ea vero de quibus non ambigeretur, quaeque constaret in alio esse quam supellectilis genere (ut puta escarium argentum, aut penulas & togas) licet supellectili ascribere testator, & in supellectilis rationem referre solitus esset, non idcirco tamen existimari oportere supellectile legata, ea quoque contineri: quod Labeonis, Offlij & Cascellij veterum iuriconsultorum testimonio atque auctoritate Labolenus probat\*. Multo magis dicemus, eo casu quo quis cum vestem legare vellet, supellectilem ascripserit, dum putat supellectilis appellatione vestem contineri: ex Pomponij ab Ulpiano relata sententia<sup>b</sup>, cum rerum vocabula (quod ad singulos quidem homines attinet) immutabilia sint, vestem non deberi, non magis quam auro legato, electrum vel aurichalcum, aut relicta veste, argentum: & si testator, ista (ut ante diximus) illis appellationibus contineri existimauerit. Vanam itaque ipsius opinionem his casibus insuper habemus: quoniam ex communi usu nomina exaudienda sunt, & ex consuetudine quotidiana ipsorum significatio aestimanda est<sup>c</sup>: & qui aliud dicit quam vult: neque id dicit, quod vox significat, quia non vult: neque id quod vult, quia id non loquitur, ut Paulus tradit<sup>d</sup>: ideoque cum in re quis errauerit, hoc est in rei nomine, ut puta dum vult lancem relinquere, vestem leget: neutrum (auctore Ulpiano<sup>e</sup>) debetur: at supellectile legata, qua vestem contineri putat, supellex quidem certe peti potest: quia supellectilem relinquere voluit, quamuis in eo errauerit, quod vestem de genere supellectilis esse falso existimari: sane si supellectilem legauerit, qui vestem tantum modo relinquere destinabat, neutrum deberi ceasebimus: cum aliud omnino, quam vellet testator dixerit, ut qui vestem nominauit, cum lancem legare in animo haberet. Caeterum ut vestis virilis nomine eam, qua sicut virili testator vteretur, licet proprie muliebris esset, comprehendere ostendimus: ita etiam vini nomine, non tantum cœnomeli, de fructum, passum & supam sed & cydoneum, & si qua alia sunt, quae non ex vinea fiunt: imò & acetum, & camum, & Zythum, & ceruisiam & caetera quae pro hominum affectione atque usu, vini numero habentur (si ea quoque sunt à testatore vini numero habita) vino legato deberi constitit: qua de re Ulpianus diffuse alicubi<sup>f</sup> tractat: vini quoque veteris legatum (quia singulorum usus est varius atque incertus) ex usu testatoris aestimari, id est quot annorum vino pro veteri utebatur, Hermogenianus<sup>g</sup> prodidit. Sic chartis legatis: quamuis proprie chartarum nomine libri non significantur: attamen, si forte &

a l. qui vestis. 10. eod. titis

b l. 4. D. de leg. 1.

c l. vi Alphenus 87. D. de verb. sign. d. l. 3. §. 1. D. de rebus dubiis. el. Quoties 9. sub init. D. de her. inst.

f l. si quis vini. num. 9. D. de Trit. vino & ol. l. c. re vtebatur.

hic

hæc nos vserit voluntas testatoris (ut puta si quis forte sic reliquerit, Chartas meas vniuersas, qui nihil aliud, quam libros habebat: studio sus studio) libros deberi nemo dubitabit: cum & in usu plerique libros chartas appellent: idque Ulpianus<sup>a</sup> disertè docet. Denique idem<sup>b</sup> auctor est, non modo si quis hereditatem rogatus sit restituere, sed & si peculium meum testator dixerit, illum hereditatem restituere cogendum: magis enim de successione sensum à testatore: quia licet paterfamilias vera peculium habere non potest, quemadmodum nec seruus bona<sup>c</sup>, tamen plerique<sup>d</sup> *πατρωνοεισιν* patrimonio suum peculium dicunt: & ne alioqui fideicommissum intercidat: cuius videlicet verba plenius (utpote in testamentis) ex regula iuris accipi debent<sup>e</sup>. Superioris disputationis hæc summa est: In causa testamentorum si quid contra communem usum à testatore scriptum dicatur, nihilominus tamen ex ipso communi usu,

a l. librorum §. quod autem. D. de leg. 3. b l. cogi. 16. in prin. D. ad Trebel. c l. paterfamilias. 182. D. de verb. sign. d l. in testamentis 12. D. de reg. iur.

*Quem penes arbitrium est & vis & norma loquendi* (ut Horatius canit in arte poetica) interpretationem, non habita eius quod ille voluit aut credidit ratione, fieri: ex usu, inquam, communi, & longiore (ut ait Gellius lib. 12. noct. attic. ca. 13.) consuetudine: quæ, cum omnium domina rerum, tum maxime verborum est: quæ antiquas verborum & proprias verarumque significationes tollit mutatae, novae tribuit: si quidem hostis vocabulum, (exempli gratia) initio peregrinos designabat (ut in legibus duodecim tab. Aut status dies cum hoste) postea peruelles, cum quibus bellum esset, notare coepit. Cum verò ambiguus est sermo, cum anceps & varia bonorum significatio, cum dubium est quo ex genere quidque aestimari ob usum promiscuum oporteat: tum demum quaerendum ac dispicendum esse de mente ac sententia testatoris: quippe qui non utrunque, sed id duntaxat quod voluit dixerit<sup>f</sup>. Sanè cum eum aliud sensisse quam scripserit manifestum est, in ipsius exponendo & exequendo iudicio, à propria & simplici verborum significatione (si tamen id vulgaris vel *κατὰ γεννησιμότητα* certè loquendi consuetudo ferat) interdum recedi posse: nam & optimum esse Pædus apud Paulum<sup>g</sup> ait, non propriam verborum significationem scrutari, sed imprimis quid testator demonstrare voluerit, deinde in qua præsumptione sint, qui in quaque regione commorantur, idque nemo iure negauerit, cum secundum id quod est credibile cogitatum, benignè, interpretationem faciendam esse: itemque non aliter à significatione verborum recedi oportere, quam cum manifestum est aliud sensisse testatorem, ipse Marcellus definit<sup>h</sup>. Quamobrem & si fundum qui legat (quantum ad verborum quidem, ut Proculus loquitur<sup>i</sup>, significationem attinet) plenam proprietatem re vera legare intelligitur, cum ususfructus pars fundi sit<sup>k</sup>: vel potius cum, & si in iure non in parte consistit, emolumentum tamen rei contineat (auctore Papiniano<sup>l</sup>) adeò ut si ususfructus alienus sit, nihilominus ab herede possit legatarius fundi petere ususfructum: atque in usufructu concurrant tanquam re coniuncti duo, quorum alteri fundus, alteri vel separatim ususfructus

e vide Ciceronem. l. 1. de offi. Gelium li. 16. ca. 4. Cuius in l. quos nos. 234. D. de verbor. signific. §. 3. dereb. dub. g l. cum de sanionis 8. §. item caca bos. D. de instru. vel instu. leg. h l. non aliter 67. D. de leg. 3. iuncta l. c. in testamento D. de reb. dub. i l. si ita scripserit. D. de leg. 2. k l. qui usus fructus fundi. D. de verb. 11. Marcius §. fundo D. de leg. 1. fa. cit. l. si à reo. D. de fideiuss. l. & per iusurandum. §. illud ceruicium. D. de accipil.

P

eiudem fundi relictus fuerit: & inter eos ius accrescendi locum ha-  
 beat<sup>a</sup>; nihilominus tamen & nuda proprietas deducto scilicet usufru-  
 ctu, non inepte ( licet minus proprie) fundus dicitur: vt qui solam nu-  
 damque proprietatem habet, hanc vtiliter his verbis relinquit, Titio  
 fundum do, lego: Nam & in iudicio familiae erciscundae, si alij fun-  
 dum alij vsum fructum fundi iudex adiudicauerit: Vlpianus non com-  
 municari vsum fructum ex Iuliano refert<sup>b</sup>, quem certe vsum fructum  
 communicari oporteret, aut verius adiudicatione illa nihil omnino a-  
 ctum videretur, si fundus ( vel abusuè) nudam proprietatem non de-  
 monstraret. Denique verum est quod ait Paulus<sup>c</sup>, rectè dicimus eum  
 fundum totum nostrum esse, etiam cum vsum fructus alienus est: quia v-  
 sum fructus non domini pars, sed seruitutis sit, vt via & iter: nec falso  
 dictum est meum esse cuius non potest vlla pars dici alterius esse. Ex quo  
 sequitur vt si testator alij fundum, alij vsum fructum legauerit, eo pro-  
 posito, vt alter nudam haberet proprietatem, ea tenus quidem erro-  
 re labatur ( quomodo Modestinus quidem rectè dixit in Eurhemati-  
 con libris<sup>d</sup>) quod ille non satis aperte suam demonstrarit sententiam,  
 aduersus quam in dubio pronuntiabitur: quia non facile à propria  
 verborum significatione sit recedendum: attamen si aliunde talis vo-  
 luntas defuncti manifestò deprehendatur, nudam quoque propieta-  
 tam videri legatam, & vsum fructum inter eos non communicandum  
 esse, rectè defendi possit, contra quam plerique omnes existimant:  
 imò & vni plenam proprietatem alteri vsum fructus estimationem præ-  
 stari oportere, si hoc defunctum sensisse probetur, asseuero. Erit igitur  
 ( vt alibi saepe ) ita hinc etiam voluntatis quaestio. mouet me ad ita  
 sentiendum, quod non tantum si vni fundus aut proprietas fundi, alte-  
 ri vsum fructus ( quæ quodam genere diuersa sunt ) sed & si res mihi per  
 fideicommissum relictæ, eadem tibi legata vel per fideicommissum  
 relictæ sit, non communicandi animo, sed vtrique in solidum: ambi-  
 gendum non esse Vlpianus ait<sup>e</sup> si alteri sit soluta, alterum actionem  
 de pretio integram habere: quam Vlpiani sententiam responso Pauli  
 diuid. applicatam à Triboniano sciunt, quibus manum eius agnoscere non  
 est difficile. Denique mouet me, quod ipse Vlpianus alio loco § fun-  
 dum dixit, nudam proprietatem intelligens: Officio iudicis etiam ( in-  
 fr. §. stipula-  
 tus eo, si in  
 al. sic tra-  
 aeo cod.  
 kl. Sempro-  
 nius Attra-  
 tus de vfu &  
 usufr. leg.  
 l. §. idem e-  
 uenit. d. l.  
 Sæpronius.  
 m l si pro-  
 prietas. d.  
 de vfu. acc.  
 n §. vlt. d. l.  
 Sæpronius  
 de vfu &  
 usufr. leg.

a l. 4. §. non  
 solam. D.  
 de usufr.  
 acc. l. si alij  
 D. de vfu &  
 usufr. leg.  
 b l. & puro  
 §. i. D. fam.  
 ercisc.  
 c l. rectè di-  
 cimus. D.  
 de ver. sig.  
 d d. l. si alij  
 fundum 19  
 D. de vfu &  
 usufr. leg.  
 e l. si res mi-  
 hi 20. D. de  
 leg. 3.  
 fl. si pluri-  
 bus. D. de  
 leg. 3.  
 §. l. si quis  
 purans. §.  
 idē scribit.  
 vers. offi-  
 cio. D. de  
 diuid.  
 h l. vfu. §. 6.  
 D. de vfu.  
 i l. qui vfu-  
 fr. §. stipula-  
 tus eo, si in  
 al. sic tra-  
 aeo cod.  
 kl. Sempro-  
 nius Attra-  
 tus de vfu &  
 usufr. leg.  
 l. §. idem e-  
 uenit. d. l.  
 Sæpronius.  
 m l si pro-  
 prietas. d.  
 de vfu. acc.  
 n §. vlt. d. l.  
 Sæpronius  
 de vfu &  
 usufr. leg.

mus non ab similem: nec tamen eo minus verum est quod ( auctore  
 Vlpiano<sup>a</sup> ) dicitur, si forte alius proprietatem fundi habeat, alius v-  
 sum fructum, nullam esse communionem: nam nouum non est, vt e-  
 iusdem vocabuli augeatur aut minuatursignificatio, pro rei subiectæ  
 materia: Vlpianus hinc Proprietatis nomen strictè accipit, alibi pleniùs:  
 vt eum testatorem voluntates interpretatur. Contra verò, non est quod  
 quemquam illa verba moueant in extremo responso Modestini addi-  
 ta, Quia interdum plus valet scriptura, quàm quod actum est: aut ( vt  
 Florentiæ legitur ) quod peractum sit: quæ ( vt Rogerio suboluit )  
 non incommodam istam interpretationem recipiunt, vt interdum  
 plus valeat scriptura quàm quod agitur, siue actum non intelligatur,  
 quomodo in specie proposita de fundo: siue etiam intelligatur: vt  
 ( exempli gratia ) si cum supellectilis nomine vestem, vel auri appel-  
 latione aurichalcum & alia eiusmodi testator communis loquendi  
 consuetudinis ignarus contineri existimaret, eaque omnia legare vel  
 let, supellectilem tantummodò vel aurum scripserit: his enim easi-  
 bus errore lapsus est, non quia non aperte dixit quod voluit, & in du-  
 bio verba proprie interpretamur: sed quia ( & si maxime ipsius volun-  
 tas aliunde manifesta sit ) aliud omnino dixit quàm senserit: nec ver-  
 ba ( licet ipsis pinguior ex vfu aut abusu potius communi adhibeatur  
 interpretatio ) id ionent, quod eum voluisse constat. Quamquam in  
 fideicommissis ( quæ vel nutu relinqui posse receptum est<sup>b</sup> ) tentari  
 non improbabiler queat, sequendam potius voluntatè quibuslibet  
 verbis, quàm scripturam esse<sup>c</sup>, vt cum non in corpore, sed in sum-  
 mis & partibus exscribendis error commissus sit, in legatis quoque  
 illam sequimur<sup>d</sup>: in quibus & tacita voluntas omnia potest<sup>e</sup>. Ve-  
 rum enim verò ( vt ad Modestinum redeam, & quod sentio profe-  
 ram denique ) clausula illa Modestiniani responso ( quæ aliter atque  
 aliter legitur, & à nobis prolata paulo antè, ac exposita fuit ) iuris-  
 consulti vilius esse non videtur: sed potius interpretis: è cuius scho-  
 lio in contextum tandem irrepperit. Pertinet enim plerumque hoc,  
 Quod actum sit, non ad vltimas voluntates, de quibus Modestinus  
 loquitur: sed ad iudicia, negotia, contractus & stipulationes, a-  
 liosque actus viuentium: id quod è quamplurimis iurisconsultorum  
 nostrorum locis § manifestò deprehenditur. Quamobrem titulus  
 quoque ille, Plus valere quod agitur, in librum Iustinianæi codicis  
 quartum relatus est, in quo de contractibus: non item in sextum, in  
 quo de testamentis differitur. Neque verò dici potest, sic illam acci-  
 pi posse clausulam, vt à negotiis & contractibus ad testamenta iu-  
 risconsultus argumentum ducat: stultum enim & ineptum foret: si  
 quidem in testamentis pleniùs voluntates defunctorum interpre-  
 tantur è iuris regula, vt antè diximus. Continet verò ea ( qua  
 de agimus ) clausula, exceptionem alterius regulæ iuris<sup>h</sup>, qua de

a l. sed si for-  
 te. D. de re.  
 eorum qui  
 sub tut. vel  
 cura sunt  
 &c.  
 b l. Nutu.  
 D. de l. 3.  
 c l. vbi pu-  
 re. §. 1. r.  
 D. ad Trib.  
 l. cum viti-  
 C. de fidei-  
 com.  
 d l. quoties  
 §. sed si nò  
 in corpore  
 D. de here.  
 instir. l. qui  
 quantà. D.  
 de leg. 1.  
 e l. cū tale  
 §. falsum.  
 D. de con-  
 & demon-  
 f hoc addo  
 me impin-  
 gā in l. fun-  
 dus. D. si v-  
 usufr. perat.  
 & l. legata  
 generaliter  
 19. D. de le-  
 1.  
 g l. Quoties  
 in actionib.  
 l. vbi est  
 verbotū. l.  
 cum quæri-  
 tur. D. de  
 reb. dub. l.  
 Solemus.  
 D. de iudi-  
 l. cum in le-  
 ge. de con-  
 tra. empt. l.  
 si veditor.  
 §. vlt. D. de  
 act. emp. l.  
 insulam ti-  
 bi in si. D.  
 qui potior.  
 in pig. hab.  
 l. in omni-  
 bus nego-  
 tiis. D. de  
 obli. & act.  
 l. quicquid  
 astringen-  
 da. l. ira sit  
 pulatus. D.  
 de verb.  
 obli. l. sem-  
 per in sti-  
 pulationi.

34. D. de reg. iur. h l. semper 34. D. de Reg. iur. facit l. fistul. in princ. D. de cont. empt. l. ex empto. in prin. D. de act. em. l. si debitor in si. D. de pignor. l. si fundus. §. si duo eo. l. solemus. D. de iudic. l. in conuentionibus. 219. D. de verb. sign.



negotii non de testamentis concepta est: & dicitur semper in stipulationibus & in ceteris contractibus id sequi nos quod actum est: quam regulam, ut alias, quæ in ultimo Pandectarum titulo proponuntur, omnes perpetuis commentariis ante aliquot annos illustrauimus. Atque ex vi quidem & potestate ipsius est, quod iurisperiti nostri cum de stipulationibus aliisque contractibus verba faciunt, hanc ferè vel similem exceptionem responsis aspergunt suis, Nisi hoc, Nisi aliud actum est, Interesse quid actum sit: Inspiciendum esse quid actum sit: cum verò de ultimis voluntatibus tractant, in quibus potissimum spectari quid testator senserit perspicuè docuimus: non agendi: sed sentiendi verbum usurpare solitos deprehendimus. ut plerumque hæc vulgari & solemnibus clausula vtantur, Nisi aliud testatorem sensisse probetur, manifestum sit, appareat. Vlpianus, Item argento facto legato (inquit) puto, nisi euidenter contra sensisse testatorem appareat, nummos non contineri: Imperatores Valerianus & Gallienus, si quis liberis suis non suum proprium, sed alienum seruum, conditionem eius sciens, testatorem adscripserit, fideicommissariam, libertatem datam, nisi aliud euidenter defunctum sensisse appareat, Prudentibus placuisse referunt. Pomponius hoc legato, Domum cum iure suo & omni instrumento & supellecile, scribit e scate vel potiorum argentum non deberi, nisi hoc quoque testatorem sensisse legatarius doceat. Seruum post annos liberum esse iussu Iulianus tradit post biennium futurum, idque & fauorem libertatis exigere, & verba pati, nisi si aliud sensisse patrem familiam manifestissimis rationibus is à quo libertas relicta est, probauerit. Scæuola etiam, Quæsitum est (inquit) an quod heredes fratribus rogati essent restituere, etiam ad sorores pertineret, respondi pertinere, nisi aliud sensisse testatorem probetur. Sic & alibi Scæuola, & apud Vlpianum Iulianus, in quadam facti specie loquitur: & Paulus in receptarum sententiarum libris hoc modo, Mobilibus (inquit) legatis aurum vel argentum non debetur, nisi de his quoque manifestè sensisse testatorem possit ostendi. Ad Iaboleni verba hæc, legatis alimentis cibaria & vestitus & habitatio debebitur, quia sine his alii corpus non potest: cætera quæ ad disciplinam pertinent, legato non continentur: adicitur ex Pauli responsorum libris, nisi aliud testatorem sensisse probetur, ut alibi sæpissimè. Hæc ipsa verba ciuilia scilicet atque (ut ita loquar) formalia restituenda esse apud Vlpianum nuper admonui, & aliis aut leuibus argumentis demonstrari: quibus ea etiam exemplum quæ huc congesti (mea quidem opinione) tanto maiorem fidem facient, quanto ineptior est vulgata lectio, Nisi aliud testatorem scripsisse probetur. Nam cum testamentum & quidem scriptum extat, non iam incidit quæstio sitne aliquid scriptum à defuncto: sed potius quando voluntas facit ut in testamento scriptum valeat ideo quid

Titius §. quæsitum. D. de leg. 3. h. 1. Aurelius §. Titius de libera leg. l. generali. §. duas filias de usu & usufr. leg. l. si quis reum. §. penult. de liberat. leg. k. l. 3. tit. 6. de legat. l. 1. legatis. 6. de alim. leg. m. l. nisi 7. eo. tit. n. l. si ita legatum est §. vlt. D. de legat. r. o. l. quærebatur. §. penultimo de testamento militari. p. in commentario de Regulis iuris ad leg. 7. q. l. si mihi & tibi. n. in fi. D. de leg. r.

ipse

ipse testator senserit, hoc ut quæri solet, ita probari cõuenit: ac tunc præcipuè cum agitur de milite, cuius nuda voluntas vim iusti testamēti obtinet. Quamobrè in alia facti specie Marcianus. Et hoc ita est (inquit) licet non cõditionaliter expressisset, intellexisse tamen manifestò apparet: vbi tamen de pagani testamento agitur: sed & de testamento militis Alexander Imperator loquens in hæc ipsa verba rescripsit: Sed tibi probandum (inquit) est, an ita frater tuus senserit: & Vlpianus ipse in alia facti specie, quæ superioribus verbis à me castigatis statim subiicitur: si quid à milite heres ad tempus scriptus sit, & alius ex tempore, posteriorem heredem à priore relicta legata non debere scribit, hæc exceptione (qua id ipsum significatur) addita, Nisi alia voluntas militis probetur.

Quod autem illam ex Modestini responso clausulam quasi notham & adulterinam tollimus, id optimam in partem eos accepturos esse non dubitamus: quibus Pandectas nostras exploratum est innumeris librorum ac Tribonianis forsitan ipsius erroribus adeò scaterere, ut non modò addenda, expungenda, substituenda passim, aut loco mutanda verba: verum etiam integra orationis membra plurimis earum locis inserenda (prout incidit) aut euellenda sint: præsertim cum præceptor id meus iam dudum, quo est ingenio iudicioque in literis, viderit: qua bonitate ac propensione in omnes, mihi primùm cæterisque auditoribus suis confestim aperuerit: & verò non ita multo post, toti studioforum nationi editis in lucem eruditissimis obseruationibus atque commentariis ostenderit. Quod exemplum sequutus ipse, alio quoque in loco, ubi de restituendo in integrum illo agitur, qui præfractum imperium domini veritus ex temeraria fallacia; in se confessione damnatus postea innocens apparuisset, ut non modò pœna sed etiam domini potestate liberandum: & ea fini per officium esse distrahendum, conditione addita ne vnquam in potestatem domini reuertatur, ex epistola Diuorum fratrum iurisperitus responderit: hoc totum quod subiicitur colon, Hæc epistola significatur, quasi seruus damnatus si fuisset restitutus, ad eum pertinebit, cuius fuisset antequam damnetur: spurium & παρρησιάζου esse admoneo: utpote alienum à quæstione quam ibi iurisperitus tractandam susceperat, malèque cum superioribus & inferioribus membris cohærens: quæ ipsa inter se illo sublato commodissimè coaptantur, quippe cum de restitutione, à quo ea fieri possit statim differatur. Id igitur è scholio cuiusdam (non inepti tamen, imo verò accurati & sagacis interpretis) ad oram & marginem libri apposito Græculus Pandectarum Florentinarum scriptor aut alius æque imperitus et si vetustior (nequid omitteret veritus, cum iurisperiti proprium esse crederet) in ipsum contextum transtulit: adnotatum, inquam ab interprete, tanquam εὐαγγέλιον, propterea quòd seruum metalli pœna liberatum indulgentia principis, non ad priorem dominum reuerti, sed fisci seruum fieri plurimis in locis traditur: cum quibus (ut dicam quod sentio) ea fratrum Imperatorum epistola pugnat re vera: cum serui pœna reuocati pretium domino persolui velit, ac proinde restitu-

a l. r. l. Diuus l. Miles si testam. cum. l. Lucius Titius D. de test. mi. b l. sed si non alias in fi. D. de le. r. c l. in testamento. r. im fi. C. de te. mil. d d. l. que rebatur §. vlt. D. de test. mi.

e Cuiacius què vide li. 5. obser. ca. 35. li. 3. obs. ca. 9. & li. 6. ca. 23. & in paratilis Digestorū ad titulum de mortis causa donatio. vide Goueanū. variar. lect. li. r. ca. 32. f l. 4. §. vlt. D. de quæ.

g l. 24. generaliter §. si seruus D. de fideicō. libert. l. aut damnū §. vlti. D. de pœn. l. frustra. C. de sentē. pass.

P 5



arg. l. Di-  
ui fratres §  
j. D. de pec-  
nis.

tum seruum fisei non proinde arguat: quanquam ibi singularem facti speciem esse propositam iure aliquis tentare possit<sup>a</sup>, de seruo scilicet de cuius innocentia post damnationem constitisset, quam damnationem cum iniquè interpositam ex post facto appareat, sequitur ut ea domini ius, in seruum omnino perimere aut minuere non potuerit, quod totum in illis locis aliter se habere, itaque nodum satis difficilem reuocata etiam vulgata lectione dissolui optimè posse, interpretes non animaduertunt, nedum ut membrum integrum & ex isto loco, & ex illo altero vnde diggressi sumus, ipsi eximendum senserint: quod tamen (ut dixi facientes equidem censeo.) Ignoscant verò mihi, qui vel leuissimas castigaciones ab intemeratis iurisconsultorum scriptis, tanquam legibus arcent, si fortè in hunc sermonem inciderint: & nugis meis mihi relictis, ad alia magis seria (si videtur) animum cõferant: Ego neminem ad hos inuito ludos: neminem aliò properante moror: ne lacinia quidem teneo. Quod si erit fortasse quispiam, qui (ut opinionem nostram non improbet) attamen adhuc quærendum putet: expuncta & sublata illa clausula, quam subdititiam esse docuimus, quodnam aliud in eo Modestini loco *ἐπιματῶν* siue bene dictum demonstrari possit: Huic statim vno verbo responsum volumus: à iurisconsulto rationem tradi, qua testator vsum fructum vni legando, fundum alteri: possit efficere ut alter solum vsum fructum, alter nudam proprietatem habeat. Monet igitur iurisconsultus, ut fundi legato addat hæc verba, *Detracto vusu fructu*: alioqui mentem suam testator non satis expresserit: & in dubio nisi hoc fecerit, nisi verba illa de iurisconsulti consilio, vel alia eiusdem potestatis adiecerit: vusu fructus inter legatarium fundi & legatarium vusu fructus ipsius communicabitur: propterea quòd fundum simpliciter cum dicimus, proprietatem non nudam sed plenam intelligimus: fundi nomini addat necesse est illud, *Detracto vel deducto vusu fructu*, vel tale quidpiam, qui non plenam sed nudam proprietatem intelligi voluerit: quorum vtrumque Imperatores Diocletianus & Maximianus<sup>b</sup> aliquo, in hanc rem tamen citari non solito, rescripto manifestè comprobant. Est autem vnica ratio, vnicum exemplum ibi à iurisconsulto propositum: ideòque, vel, articulus, qui membrum vnum diuersas in partes secat, ipse plusquam Threiciis notis compungi, ac iurisconsultorum omnium stilis configi (ut è medio tollatur) debet: id quod iam pridem ipsi adducti ratione iuris ciuili animaduertimus: veterum dein membranarum (licet à Florentinis quoque impressis libris dissidentium) firmavit auctoritas: postremò etiam (ut illud Pythagoricæ scholæ verbum vsurpem) *αὐτὸς ἔφα*: opinionem, Inquam, hac de re nostram, Iac. Cuiacius iurisconsultus ille summus & verus sæculi nostri Papinianus approbavit. In commentar. de pactis ad l. si vnus §. item si pactus. D. eod. tit.

b. l. si factus  
§. C. de iu-  
se dor.

Quando & quatenus coheres ab alio relicta præstet: ad l. pen. D. de iudicil. qua emendatur, conciliatis inuicem & expositis l. cum pater §. cum existimaret de lega. 2. l. post emancipationem in princ. de legat. 3. l. alieno §. cum

§. cum intestato & l. si pater §. vlt. de fideic. libert. Virum alteri pro altero solutio vtiliter ad liberationem fiat: ad l. filia. D. de solut. qua emendatur, expositis præcipue l. pupilli debitor eod. tit. & l. tutorem quondam. C. Arbitr. tut. Argentariorum erga steria. Praconis hasta de qua emendatur apud Senecam locus. Minor res suas à tutore curatore pro tutore, negotiorum gestore alienatas quando & quomodo reuocet. Mater qua ius administrationis habuit vel non, itemque tutores qui de cum his contraxerunt qua actione minori teneantur. Spuria verba indicata in l. §. qui testamento. D. de admin. tut. itemque vno apud Senecam, duobus apud Plinium singulis apud Suetonium, Gellium, Quintilianum, Aristidem, Themistium, Andocidem, Diodorum locis notata.

## CAP. XV.

IN vltimis voluntatibus quasi legibus, præcipue spectari solere à iurisconsultis, quid defunctus senserit, cuius ex mente voluntas æstimatur: scripti rationem ( nisi forsitan in dubio, cum obscura illa est) nullam aut quàm minimam haberi, dilucidis aliquot exemplis & argumentis nunciam ostendimus. Sed iuuat alia *μυσμώτερον* quædam adhuc exponere, quæ non tantum illos de sæce Romuli magistros (quibus bonarum, quod nondum eo sæculo renascebantur, literarum rudibus, nimium pia posteritas honorificum doctorum nomen tribuit) sed istos veluti de republica Platonis, hoc est mundiores & acutiores iurisconsultos, magna ex parte fugisse comperio. Qua ex re, vel debitum laudis præmium (quod ne duri quidem ac ferrei philosophi refugiunt) ab iis qui mecum sentient, feram: vel ab alieni certè laboris, quàm libet irriti, æstimatoribus non iniquis (ut maximè alia omnia sentiant) facilem cum aliqua gratia veniam impetrabo: qui omnia ex bona fide, non tamen vsque ad præstationem scribo: nec ista nostra (qualiacunque sint) vera & certa: sed Academicorum more probabilia, sed coniectanea esse profiteor.

Qui vnum modò heredem sibi ab intestato successurum credidit, cum aut alterum puta ex filiis mortuum existimaret, aut vxorem ex se prægnantem esse ignoraret, neque de postumis speraret, scriptis ad ipsum codicillis fideicommissa dedit: Ea per quem & quatenus præstari oporteat, si plures defuncto heredes extiterint quæritur: & ita quidem vt iurgium atque dissidium quod auctoribus inter se nostris hæc de re intercessisse plerique perhibent, non fat æquis illis rationibus componere videantur. Ego sic censeo: ab eo qui suo iure heres extiterit & à quo nihil defunctus petiit, cum de ipso neque censerit, nec verò cogitare fortasse potuerit, nihil petere fideicommissarios posse, nihil ipsis eum præstare cogi<sup>a</sup>. Eum solum, qui à defuncto rogatus est, fideicommissis oneratum existimari: omniaque perinde ipsum debere ad quem scripti

a. l. qui gra-  
ui & duab.  
seq. D. de  
iure codic.

sunt codicilli, atque si solus heres extitisset, idque Marcellus l. pen. is qui eod. tit. lib. xiiij. Digestorum scribit: quod sic interpretor, ut scilicet coheres alter ne pro parte quidem hereditaria ad fideicommissorum præstationem teneatur, non autem ut is qui rogatus est omnia quæ debet omnino etiam illa, solida scilicet tota & integra semper ac sine distinctione præstare debeat: Quid igitur, & quantum hic dabit? In huius rei definitione, ad mentem atque sententiam defuncti aspiciere nos oportet, ut quod ipsum probabiliter cogitasse ratio æquitatis suggerit hoc sequamur. Itaque, quoniam paterfam. cui solidum hereditatis affem relinquere se putabat ab eo tantum fideicommissa dederat: hanc plerunque ipsius voluntatem fuisse naturali quadam vel ipsius proportionis ratione adducti coniecimus: ut si pro parte dumtaxat successurum sibi credidisset, pro hereditaria tantum nec pro maiori portione fideicommissa persolvere, nec grauioribus subiici oneribus quam commodis ipsum ex eadem hereditate perfrui voluisset: cum etiam ex lege xij. tab. onera hereditaria pro partibus hereditariis diuidi & agnosci soleant<sup>a</sup>. Ex præsumpta igitur defuncti sententia, qui nisi pro parte commodum hereditatis non haberet, hætenus fideicommissorum onus sustinebit, ut ex omnibus hereditariam partem præstet quæ ab intestato virilis est. nisi cum in stirpes non in capita succeditur. Et hæc quidem ita obtinent cum res per fideicommissum relicta diuisionem naturæ recipiunt, eiusque sunt generis ut pro parte præstari possint.

<sup>a</sup> l. 2. iun. & l. vlt. C. de hered. act.

<sup>b</sup> l. cum si- lius sub ini. D. de leg. 2. l. vlt. D. de feruit. leg. c. d. l. pen. in fi.

<sup>d</sup> facit. l. at si quis. §. sed et si res D. de religio. & sum. l. un.

<sup>e</sup> l. cum filius D. de leg. 2. l. nam et si §. vi. & l. cit. ca. D. de in- of. test. l. iu dicat & vers. nam & cū. D. de exce. rei iudic. l. pater filii.

<sup>f</sup> D. decolla. dot. l. cum duobus. C. de inof. te. d. l. cum si- nus de le. 2.

In iis autem quæ diuidi non queunt, nihil potius quam totum deberi dicimus (verbi gratia in seruitutibus quæ pro parte minui non possunt<sup>b</sup>) quoniam illa non fuit heredi ablaturus qui codicillos fecit: nisi solum putasset successorem sibi futurum, à quo ea reliquit, ut ab ipso Marcello<sup>c</sup> traditur: & verò non fuisse ablaturum dicimus, coniectura voluntatis eius inde facta, quod proniores ad liberandum sumus, multoque sit æquius deperire aliquid legatario, qui de luero aduentitio certat, & hereditariis oneribus neutiquam subiicitur, quam heredem qui ea patitur, & personam defuncti sustinet, isto insuper incommodo damnoque tam iniquo affici<sup>d</sup>, verumtamen interuentu & auxilio prætoris fideicommissarij negare nolim, quin & hoc casu forsitan æquum sit rei, quæ pro parte præstari non potest, per fideicommissum relicta iniri æstimationem: ut æstimationis partem fideicommissarius auferat, qui & ipse oblata partis æstimatione successoribus ab intestato (si hoc ipsi maluerint) solidum fideicommissum ex voluntate patrisfamil. consequuturus est: alioqui nisi partem æstimationis offerat, doli exceptione summouebitur<sup>e</sup>. Sanè cum libertates pro parte non minuuntur, ut rescisso pro parte per querelam inofficiosi testamento præcipuum ius obtinent: & in solidum redemptis per scriptum heredem, ab eo qui in querela obtinuit partibus præstantur<sup>f</sup>: ita iure successionis ad duos eiusdem gradus possessione deuoluta, ad quorum alterum factis codicillis fideicommissa pluribus reliquerat

querat paterfam. qui ad eum solum bona sua peruentura existimabat: etiam si rationibus æquitatis, & perpetui edicti exemplo, pro parte fideicommissorum omnium dimidia releuandus sit: libertates tamen in solidum, quia pro parte non possunt, ab eo ad quem codicilli sunt præstandas, redemptis scilicet partibus à coherede à quo nihil defunctus petierat, prudentissime Papinianus alicubi<sup>a</sup> respondit. Nec mouere, quod hac ratione iniuria quodammodo fieri videtur ei à quo libertates datæ sunt: ut eas in solidum præstet, cum hereditatem nisi pro parte non habeat: nam damni causa, euitandi scilicet, id est ut qui fideicommissis oneratus est, grauius quam pro hereditaria parte damnum non ferat libertates intercideret (quæ ab eo, qui rogatus non est, nullo iure peti possunt<sup>b</sup>) durum & iniquum ipsi quoque Papiniano visum est: cuius discipulus magistro dignus Vlpianus<sup>c</sup> in alia facti specie item respondit, Satius esse eum, qui hereditatis partem aut legatum agnouit onerari, quam libertates intercideret. Meritò sanè: nam quoties nihil sine captione inuestigari potest, ex regula iuris à lauolenò tradita<sup>d</sup>, eligendum est quod minimum habeat iniquitatis. Cum ergo aut petire libertatis legatum, aut alterum ex heredibus in solidum eo grauari necesse sit: quorum vtrumque quodammodo iniquum est: pro libertate respondebimus: præsertim quod destinatis ac fideicommissariis libertatibus ne interciderent (ut apud Vlpianum<sup>e</sup> quodam loco legimus) fauor exhiberi solet: qui & alia singularia complura exigit: quale istud est, ut eos quoque quos quasi suos testator ab vno ex heredibus voluerit manumitti, cogendus ille sit inuentos alienos redimere & manumittere, quod Paulus<sup>f</sup> idèd respondit, quoniam non putauit similem causam esse libertatis & fideicommissi pecuniarij: quale idem istud (ut alia taceam) quod heres integrum legatum non deducta Falcidia præstare tenetur, cum seruus alienus, cui fideicommissaria libertas à legatario relicta est, minoris emi non possit, quam ipsum legatum æstimetur: nam perinde cogendum heredem esse tota decem quæ legata sunt præstare, atque si adiecisset testator ut integra præstarentur, id quod ab ipso Paulo<sup>h</sup> responsum est. Nec illud de libertatibus ab vno qui heres ex asse non sit, in solidum præstandis, à voluntate defuncti alienum, imò verò ipsi maxime consentaneum esse videatur: quippe cū eius animum (ut æquum est) ex aliorum hominum ingenio æstimemus atque metiamur: qui pietate ipsaque adeò humanitate suadente minime parci, sed procliuus & faciles in tribuendis libertatibus esse, præsertim morituri solent, ut nimiam eorum à natura (quæ omnes homines ab initio æquales esse<sup>i</sup>, mutuòque sibi studere ac prodesse<sup>k</sup> voluit) propensionem, Romanis Caninia, Furia, & Sentia legibus olim coërceri oportuerit: quas tamen leges eadem humanitatis ratione commotus postea Iustianus Imp. sustulit. Atque hoc quidem casu: prætor fideicommissarius eum heredem qui codicillis nominatim appellatus non est, nihilominus compellet<sup>l</sup>, ut coheredi iusto pretio accepto partes in seruis suas distrahat, quos deinde qui rogatus est, solus patronus exiturus manumittat.

<sup>a</sup> l. cum pater. 77 §. cū existimaret. D. de leg. 2. d. l. qui graui & dua. se. D. de iu. cod.

<sup>b</sup> l. j. C. de fideic. lib. c. l. si debitor §. j. D. cod. tit. d. l. quoties nihil. 200.

<sup>c</sup> D. de diue. re. iur. ant. e. l. cū verò in prin. D. de fid. lib. §. duobus. D. de li. ca. l. decem. in fi. D. de fidei. libert. §. l. Paulus respondit 39. de fid. lib. D.

<sup>h</sup> l. decem. c. tit. facit l. si ca. C. ad le. Fal. l. pena les. in fi. D. ad le. Falc.

<sup>i</sup> l. 4. D. de iust. & iu. vide quæ diximus. c. j. supr.

<sup>k</sup> diximus c. j. de Seneca de vita beata c. 30. l. arg. l. sic no. §. si is cuius. D. de fid. libe.

Quod in libertate diximus, quam & ex imperfecto testamento alimnae defuncti à filiis deberi responsum est: ei etiam in causa religionis locum esse affirmaverim: ut siue in erogationes medicis faciendas, siue orphanotrophiis, pro chotrophiis, nosocomiis, xenodochiis, aliisq; religiosis domibus fideicommissa relicta fuerint (cum & ista si per legitimum tempus heres non soluerit exempta sint legi Falcidia<sup>b</sup>) & ex imperfecto rescissove testamento debeantur) integra ex codicillis ad vnum factis quavis intestato defuncto plures successerint, ab eo qui rogatus est persolui debeant. Idemq; iure antiquo & in eo casu obtinuisse arbitror, cum is qui ex ultima voluntate aliquid lucratur, monumentum alienius arbitrato aut ad exemplum alterius monumenti quod in via Salaria esset Publij Septimij Demetrij iussus sit facere: vel hoc addito ut nisi factum esset, magna ille pecunia mulctaretur, qua de re aliquot librorum nostrorum locis<sup>c</sup> agitur: aut si amplum quid veluti in circuitu porticutiones ab eo, cui funeris sui curam demandavit edificari, aut sepulchro statuas superimponi, aliaque ornamenta superaddi defunctus voluerit: cum eum solum heredem sibi futurum existimaret: nam etsi sumptus huiusmodi funeris causa non fiant, & ideo extraneus aut coheres eos actione funeraria (quae maximo privilegio & favore nititur) repetere non possit, ut est à Iuriconsulto traditum: quando etiam si ex voluntate quidem testatoris magnum aliquid impensum fuerit, actionem funerariam eius nomine qui funeravit (nisi res iustam sumptuum rationem non egrediatur) non habeat: propterea quod ineptas voluntates defunctorum circa sepulturam veluti ut testes, aut quae alia supernacua ei in funus impendantur, non valere Papinianus scripserit: nihilominus tamen ubi monumentum sibi defunctus fieri voluit, etsi in scriptura nomen defuncti, tamen ad id exemplum quod ille se demonstrare animo sciuisset (si quidem hoc intelligeretur) fieri debere. spectandumq; ac sequendum esse quid senserit: nec aliter extruendi monumenti sumptus ad substantiae defuncti dignitatisq; modum redigendos, nisi cum voluntas eius ignoraretur, ab Alphenos responsum est. Militis tamen voluntatem quam circa monumentum sibi faciendum testamento expressit, ab eius heredibus negligi non debere, Alexandri principis rescripto<sup>h</sup> continetur. Quamobrem hoc quoque casu, sumptus non in funus dico, sed in monumentum, pro solido & sine vlla deminutione fient ab eo quem codicilli scripti sunt, licet alter de quo testator non cogitavit, partem hereditatis auferat: hoc enim religionis, ut in praedicto casu libertatis favor, qui quam ille allquanto maior est, suadet. At excepta religione aut libertatis causa, equidem arbitror in aliis casibus, eum qui codicillis à patre, intestato (qui de alio herede non cogitabat) exaratis, variarum rerum aut magno vnus rei fideicommissio grauatus est, praestandi eius munere, nisi pro parte, fungi non debere: quod si tale sit fideicommissum, ut diuidi & pro parte solui non queat: quanquam ipso quidem iure omnino nihil debet, adhuc tamen ex aequo & bono ut defuncti voluntate quantum potest pareatur, non quidem in solidum teneri, sed ad partis aestimationem persoluendam aut ad integrum oblata

a l. in testa.  
D. de fide.  
libert.

b l. si quis  
ad declina-  
dam. C. de  
episc. & cl.  
iuncta l. il-  
lud. C. de  
facto. eccl.  
auth. simi-  
liter. C. ad  
le. Falcid. &  
Nouella  
Iust. 37.

c l. multa  
in pri. l. in  
testament.  
1. D. de co.  
& de.

d l. funeris  
§. vi. D. de  
rel. & sup.  
fun. iuncta l.  
statuas. C.  
eod. tit.

e l. & si  
quis, quid  
ergo si ex  
voluntate.  
D. eo. tit.  
f. qui cita-  
tur in l. fer-  
uo alieno.  
§. vlt. D. de  
leg. j.

g d. l. in te-  
stamento. §.  
vl. D. de co-  
dit. & de.  
h l. militis.  
§. C. de re-  
ligios. &  
sum. fun.

partis aestimatione fideicommissum praestandum, à patre cogi oportere.

Nec obstat superioribus illud Scauola<sup>a</sup>, qui post emancipationem patris (iuxta filia, cum à patruo ut legitimo herede petiisset, ut partem hereditatis & agros duos auunculo daret, tum deinde ab eodem patruo aliis quoque fideicommissa compluribus dedisset ad vtrumque autem auunculum scilicet ac patruum ut proximum cognatum (patruus enim post emancipationem capite minutus agnatus esse desierat) successio eius intestata per bonorum possessionem ex capite unde cognati pertinuisset: quaestioni de fideicommissis proposita, vtrum in solidum an verò pro parte ab ipso patruo, à quo defuncta reliquerat, praestanda sint, respondit in solidum praestari. At quid est tam contrarium (dicet aliquis) quam quod ait Scauola solidum praestari eo casu, quo nos ex Papiniano<sup>b</sup>, atque Marcello<sup>c</sup> superius, aut partem duntaxat: ut si relictae res diuisionem non recipiant, nec tamen praecipuum fauorem mereantur, nihil deberi: nisi forte partis aestimationem docuimus? Imò verò non eadem utrobique (utputo) species, sed omnino diuersa est: utrobique tamen eadem iuris ratio viget, quae voluntate ac sententia defuncti nititur: semper enim in respondendo nostri iuriconsulti spectant (ut initio sermonis huius admonui) quid ille de cuius postremo iudicio consuluntur senserit quod & à iudicibus fieri oportet, in fideicommissis praecipue: in quibus spectandam atque seruandam testatoris voluntatem Vlpianus<sup>d</sup> praecipit. In facti specie quam proposuimus è Scauola, illud imprimis animaduertendum est, quod etiam si successurum sibi auunculum ab intestato defuncta non existimauerat, vel potius quia non existimauerat, ideo partem hereditatis, ei à patruo (quem solum sibi heredem esse legitimum siue facti siue iuris errore decepta credidit) restitui, & hoc amplius duos agros praestari voluerat: à patruo nominatim fideicommissa omnia, nullum ab auunculo reliquit. Ex quo intelligimus hoc fuisse animo defunctam, ut sine onere partem dimidiam totius hereditatis & praeterea duos illos agros auunculo auferret, patruus fideicommissa omnia ex portione sua non ex vniuersa hereditate persolueret. Hanc igitur defunctae voluntatem sequi debemus: etsi ad auunculum non restitutionis & fideicommissi iure pars hereditatis sed alio quam quo defuncta cogitauerat, ab intestato scilicet bonorum possessionis & suo iure peruenerit. At in illa facti specie de qua ex Marcello huius initio sermonis egimus, qui totum se affem hereditatis vni relinquere existimauit, nec de duobus cogitauit successoribus, eius ea proculdubio voluntas fuit quam nos itidem sequi acturi omnino conuenit, ut ex vniuersa hereditate fideicommissa erogarentur. Haec enim (ut est verisimile) ab vno tam ampla non dedisset, si futurum esse cogitasset ut isti aliqua hereditatis portio ab altero fratre vel postumo auocaretur: quem cur vehementius, quam illum alterum (filium praetertitum & ex se natum) ad quem codicillos fecit, diligeret: aut cur eius de quo non sensit, quam alterius, cum quo loquutus est, portionem exonerare mallet, causam patris non habuit. Ergo (ut alio in

a l. post e-  
mancipatio-  
nem. in prin.  
D. de leg. 3.

b d. §. c. ex  
istimaret.  
c d. l. pe. D.  
de iu. cod.

d l. fideico-  
missa. §. i-  
tem si quis  
cert. D. de  
legat. 3.

a l. fed ed  
ca. D. de iu  
re codicil.

b d. l. pe. C.  
de iu. cod.

c in supra  
d. l. pe. §. j.

d l. debitor  
s. vit. D. de  
legat. 2.  
e ca. 9. li. 2.  
no. 4. Atti.

f ad l. si  
quid reli-  
ctum 120.  
D. de leg.  
2.

g l. pen. D.  
ad exhib.

loco a traditur) profuturam ei, à quo fideicommissa relicta sunt, doli exceptionem, si amplius quam hereditaria portio petatur, dicendum est: idque menti defuncti & æquitati congruum esse: cum nemo non intelligat, vix est ut in controuersiam ab vilo vnquam iuriconsulto adductum fuerit. Reprehensum tamen & notatum, vt qui contrà sentiret, Marcellum<sup>b</sup> ab Vlpiano: nonnullis & primariis quidem ipsis Romanarum legum interpretibus persuasum video: qui, quod aliis quibusdam locis Marcellum ab Vlpiano esse notatum animaduertent, hæc verba quæ apud Marcellum<sup>c</sup> libro quarto decimo Digestorum extant, Imò duntaxat partem debet eorum, Vlpiano tribuunt. At e quidem aut Marcelli, se ipsum non reprehendentis, sed quæ celeriter & obscure pronunciauerat exponentis: aut nec Vlpiani sed semidocti scholastici cuiusdam annotationem hanc esse potius dixerim: nec tam profecto calumniosam (vt arbitror) qualis apud Iulianum illa est, de qua Paulus quodam loco<sup>d</sup> agit, quàm minutam frigidamque (vt cum Gellio<sup>e</sup> loquar) λέξων τήρησιν, [dictionum obseruationem] adeoq; stultam & frustratoriam notam: cum verba Marcelli quæ superiore membro continentur, scholiastes (dum intelligentia consequi non potest, & perperam interpretatur Omnia pro Tota, vt & alibi<sup>f</sup> pessime) initio capitis & ipsi iuris rationi ex diametro aduersa esse iudicat: magnam interim optimo iuriconsulto iniuriam faciens, quippe quem vanitatis & inconstantie coarguit, tanquam eodem pene momento & puncto temporis aientia simul & negantia pronuntiauerit. Quod vt de acutissimo & subtilissimo cum primis iuriconsulto fatear aut sentiam, de illo potissimum à quo Iulianum ipsum sæpe leuibus interim de causis notatum comperi, nunquam adduci me patiar: atque hoc etiam illi eruditissimi viri (quos vbi non sequor, ipsorum honori tribuo, ne nominatos velim) cum ita vti nos, absurdum & à vero alienum esse iadicent: verba ista quæ in priore Marcelli responso, sed eodem capite scripta legimus, Pro parte dimidia, reiicere coguntur, vt illud effugiant, & Marcellum vtroque casu in solidum, Vlpianum verò pro parte præstari fideicommissa existimasse pronuntiant: quod (nisi valde fallor) aliter se habet. Quomodo igitur? Paucis, quod potero, absoluam, qui ad alia propero. Apud Marcellum, illa verba, Perinde atq; si solus heres extitisset patri, qua mente adscripta fuerint: attentius de iuriconsulti<sup>g</sup> consilio, animaduertere, non captare, non calumniari conuenit: quæ (dum à scholiaste plenius accipiuntur, quasi non modò valere fideicommissa, sed etiam per eque omnino ad eandem quantitatem ac modum esse persoluenda iuriconsultus diceret) ei notationi causam dedere: illa verba, inquam, alio referri, simpliciterque ac veluti summis digitis & strictim exponi debent, hoc modo, vt etsi coheredem habeat ille quem solum sibi successurum paterfam. existimauit: nihilo magis euanescent codicilli, sed suas vires obtineant, perinde atque si solus ille, de quo sensit non item alter ei succederet: nec enim ob eam rem, quod non solus heres sit, nihil debere: quemadmodum nec priorre casu, de quo Marcellus egit, quado posthumus post codicillos pro-

creatus

creatus (de quo defunctus cogitare cum eos scriberet, non potuit) cum illo succedit, quo solo herede se moriturum paterfam. credidit. Ergo nec rumpuntur, nec iniusti sunt, aut inutiles codicilli: sed quæ in iis relicta sunt omnia vel pro parte præstantur, etsi plures quam credidit ab intestato successores habeat: perinde atque si solum illum habuisset ad quem codicillos fecit: hæc Marcelli est sententia, quam diffusius explicabo si potero.

Statim igitur, cum alia causa sit filiorum superstitum, alia posthumorum: illi testamentum iniustum faciant, si exheredati nominatim non fuerint: hi agnascendo rumpant: illi semper: hi si nascantur, nec inueniant se exheredatos, vt à iurisc.<sup>a</sup> traditur: præterea cum codicilli qui ad testamentum quoque tempore factum pertinent, ius ipsius sequantur, ex quo vires capiunt, etsi eo confirmati non fuerint: ideo si curi destitute deserto & irrito propter non adquisitam hereditatem testamentum<sup>c</sup>, fideicommissum ex huiusmodi codicillis nullius est momenti<sup>d</sup>: sic etiam iniusto propter filij præteritionem, aut rupto agnatione posthumi testamenti, codicillos quoque ad testamentum pertinentes non valere, in dubium venit: & hoc quidem Alexandri principis rescripto<sup>e</sup> continetur. At in testato paterfam. mortuo, nihil desiderant codicilli, sed vicem testamenti exhibent<sup>f</sup>, vt scilicet per se valeant, nec ex testamenti viribus pendeant: quam obrem etsi à testamento longè distant, vel eo quod in codicillis institutio aut exhereditatio inutiliter scribatur<sup>g</sup>, & eo scripturæ genere dari aut adimi hereditas non possit<sup>h</sup>, ideoque intestatus nihilominus moriatur paterfam. qui codicillos fecit: attamen fideicommissa rectè dat à succedentibus ab intestato, quoniam sua sponte his relinquere legitimam hereditatem creditur<sup>i</sup>, proindeque haberi debet is qui testamentum facere potuit, & codicillos tantummodò fecit, atque si omnes heredes eius & ritè factò testamento, ab eo instituti essent, ad quos legitima eius hereditas vel bonorum possessio peruentura est<sup>k</sup>: siue iam nati sint siue non. Itaq; ab intestato factis codicillis relicta etiam postea natus intestati successor debet<sup>l</sup>, intelligitur enim is quoque heres scriptus, auctore Iuliano<sup>m</sup>: ex quo sequitur, vt proinde habendus sit ac si rupisset codicillos: codicilli, inquam, ab intestato facti agnatione postumi non euanescent<sup>n</sup>: quoniam hic quoque tacito iure & ex mente defuncti, qui legitimæ successioni locum esse voluit, ad hereditatem inuitatur. Multo minus iniusti aut nulli (velut ob vnum aliquem ex filiis præteritum) codicilli ab intestato facti habebuntur, sed præstari oportebit, ea quæ codicillis relicta sunt: quoniam quisquis ab intestato successurus est, is etiam institutus esse quodam modo, & de fideicommissis rogatus videatur ab eo, qui à sua successione ipsum repellere aut exheredando aut alium heredem inscribendo potuit. Plus est quod dicam, etsi codicilli facti non forent, eam tamen quæ cum in extrema esset valetudine, præsentibus honestioribus viris cum pluribus & matre sua, ad quam legitima eius hereditas pertinebat, ita locuta esset, Ancillas meas illam & illam liberare esse volo, & intestata decessisset: etiam si eius hereditatem ex S.

a l. j. s. ex  
his appa-  
ret. D. de  
iniusto ru.  
& irrito  
fac. testa.  
b l. 3. §. vlt.  
D. de iure  
co. l. ab in-  
testato. in  
fi. eod. tit.  
c l. pe. §. j.  
D. de bo.  
post. co. ta.  
d d. l. 3. §.  
vlt.  
e l. j. C. de  
codicillis.  
f l. ab inte-  
stato. vers.  
& vt mani-  
festus. D.  
cod.  
g l. si idem  
C. eod.  
h l. Diu<sup>o</sup> l.  
quod per  
manus. D.  
cod.  
i l. consocii  
tur. sub i-  
nit. in ver.  
Sed ideo.  
D. eod. tit.  
k l. si quis  
cū in prio.  
D. de iure  
codicill.  
l l. ab inte-  
stato. eod. tit.  
m l. 3. vers.  
sed etsi  
post. co. tit.  
n l. pen. in  
pri. co. tit.

consulto Tertulliano mater non videret, & hereditas ad proximum cognatum (vt Iulianus ait) eundemque agnatum (cognatis enim non hereditas sed bon. possessio defertur intestatè nisi & agnati sint) pertinisset, videri ab omnibus qui legitimi heredes aut bonorum possessores futuri essent, petisse vt hoc fieri possit: & idèd fideicommissariam libertatem ab quibuslibet intestatæ successoribus deberi Iulianus<sup>a</sup> optimè respondit: Hoc autem in libertatibus (opinione quidem mea) singulare non est, sed ad fideicommissa etiam pecuniaria pertinet: quando quidem, etsi presente matre, non tamen ad eam duntaxat sermonem contulisse velut heredem, sed quasi testem illam vt alios quoque viros honestiores adhibuisse defuncta proponatur: alioqui, si matrem allocuta, & de pecuniario fideicommissò, siue libertatis rogasset successoribus, ne libertatis quidem fideicommissum vtiliter peti posset, quod & ex pluribus intestati successoribus tantum, qui rogatus est, debet. Enim verò si quis ex heredibus legitimis nominatim oneratus fideicommissò fuerit, id in solidum ab ipso præstabitur, etsi coheredem habeat, quoniam id profectò defunctus voluit<sup>b</sup> non item si pluribus heredibus moriatur, qui de vno tantum cogitavit, quocumque ipsum nomine appellauerit: & idèd ab ipso tantum, non item ab aliis fideicommissa reliquerit: hoc enim casu (de quo scilicet Marcelli nostri responsum exponere conuenit) nec ab illo de quo nõ sensit defunctus, quidquam præstabitur<sup>c</sup>, nec ab altero, qui rogatus est, solida fideicommissa peti poterunt, sed pro ea parte tantum, pro qua defuncto successerit: hoc enim ex mente defuncti esse docuimus. Nec verò distinguimus vtrum is, de quo non sensit, iam natus esset, quem tamen esse mortuum vel incapacem falso paterfa. existimaret, cum codicillos scriberet: an verò postea procreatus fuerit, de quo scilicet nondum concepto ne cogitare quidem aut sperare potuit paterfa. (sic enim, id Procreati verbum apud Marcellum explicari debere sentio) nam si cum codicillos paterfa. faceret vxorem prægnantem esse scisset, non potuit non cogitare de postumo: adeòq; ipso postea nato & portionem hereditatis auferente, fratrem oneratum fideicommissis ea præstare integra, rationi iuris (vt puto) & voluntati defuncti congruenter, oportuisse, modò diximus.

Quæ omnia in postremo & filio equè seruanda sunt, cum neq; ratio (vt Iurisconsultus<sup>d</sup> loquitur) diuersitatis reddi possit: atque vt agnato postumo nihilominus (cum codicilli non euanescent) omnia fideicommissa pro parte dimidia filius, ad quem codicillus factus est, soluere compellitur non etiam postumus: sic etsi codicillos reliquisset duobus superstitibus filiis decedens, cum putaret alterum ex his priùs decessisse. Simili modo (hæc Marcelli<sup>e</sup> verba sunt) dici potest omnia perinde debere filium, ad quem scripti sunt codicilli, atque si solus heres extitisset patri: non quidem vt integra & solida ipse fideicommissa præstet, quæ si solus foret, præstitisset (non enim hic, similis superiori modus præstationis foret: sed omnino diuersus ac dissimilis: eum nihil tantum ab a-

a l. si pater  
47. s. vl. D.  
de fidei. li.  
bert.

b arg. l. si  
plures. D.  
de legat. 3.

c d. l. illud.  
in pr. D. de  
iure codi.

d l. 3. s. po.  
st. mo. D.  
de ini. rup.  
& irrico  
fac. testa.

e d. l. pen.

ab alio, quantum à toto pars differat) sed vt solus ipse præstet (quem admodum priore casu) omnia, id est quidquid ex omnibus præstandum est, & alter coheres (sicut illo idem casu) nihil omnino debeat: qui tamen codicillos ob suam in iis præteritionem, propterea quòd de ipso non cogitauerit paterfa. nihilominus ipse inuites & iniustos ita efficit, vt nec ab eo nec à fratre coherede quidquam debeat: nam quatenus certè defuncti mens patitur, ex iis fideicommissa præstari, ab eo qui rogatus est, oportebit: etiam si frater ei dimidiam partem hereditatis abstulerit. Perinde igitur ex omnibus partem is, qui rogatus est, debebit, vt in solidum & integra omnia fideicommissa si solus patri heres extitisset, præstiturus fuerat: quoniam scilicet æquitati ac sententiæ defuncti congruit, vt qui nisi pro parte heres non est, non solidum sed partem relicti præstet. Nam & cum æquitas in paribus causis paria iura desideret: idem in hac facti specie accidit, vt dici oporteat, si ex duobus heredibus scriptis vnus rogatus sit tibi hereditatem restituere, vt Titio certam summam dare, & beneficio legis falsidiæ in restituendo heres vtatur: Etenim ex Neratio Paulus<sup>a</sup> ait, quanto minus heres tibi præstiterit, tanto minus te Titio præstare non esse iniquum: sed etsi pars rei legata vsucapta sit, & quærat, an in solidum conditioni quæ in dando consistit, sub qua res illa legata est, parere debeat, posse dici Paulus<sup>b</sup> idem alio loco inquit, pro parte parendum, ex sententia testatoris. Plañe libertates, & omnes, & (quoniam pro parte diuidi non possunt) in solidum is, qui rogatus est (vt antè dixi) præstabit, etiam si damnum faciat, redemptis partibus à coherede, à quo cum nihil paterfam. petierit, nihil etiam præstabitur: quamuis partem dimidiam hereditatis auferat: quoniam non ex defuncti iudicio, sed suo iure ipsi successerit.

Imò verò coheredem præstandis pro virili aut hereditaria parte libertatibus, etiam non rogatum à paterfa. nihilominus astringi, eo Pauli<sup>c</sup> responso nixus aliquis affirmauerit, in quo cum intestato moriturus fidei filij commississet vt seruum manmitteret, & posthumus ei natus fuisset, Diuos fratres rescripsisse ait libertatem quia diuidi non potest ab utroque præstandam: quod præter opinionem interpretum, ita exponi & probe conciliari posse arbitror, cum iis quæ superius ex mente aliorum iurisconsultorum tradidi, vt in hac specie de qua Paulus agit, non expresso filij nomine vel prænomine<sup>d</sup>, sed simpliciter à filio libertatem per fideicommissum seruo reliquerit: quamobrem de postumi editione cum nihil sensisset patremfam. non constat: in dubio cogitasse de postumo iam procreato, & ipsum appellatione filij comprehendisse creditur. Nec enim dubitandum est quin, etsi qui plures filios habet, benigna interpretatione (quæ in odio sis arctari debet) frustra eos ita exheredasse dicatur, Filius meus exheres esto, & nullum potius exheredatum à plerisque; respondeatur: attamen vbi filio quid relinquitur, aut aliàs consultur, vt si tutor detur, aut etiam vbi à filio fideicommissum præsertim libertatis, cui faueri debet, relinquitur: singulari filij appellatione, filij quotquot sunt & idem posthumi (procreati

a l. Plauri<sup>9</sup>  
s. vl. D. de  
condit. &  
dem.

b l. qui he-  
redi. s. si  
pars. eo. ti.

c l. alieno.  
s. cum  
intestato.  
D. de fidei.  
libert.

d arg. l. qui  
dã. s. vl. D.  
de iur. codi.



scilicet atque concepti : de quibus sentire paterfam. potuit ) compre-  
 hensi omnino esse videantur. vnde, quod paterfam. ita reliquerit, scri-  
 ptis ad filium codicillis, aut aliâs, etiam nati: filium meum dare volo  
 fundum illum, aut tot aureos Titio, aut libertatem Stichus præstare:  
 quin ab omnibus quotquot sunt filiis non exheredatis, & à posthumis  
 quoque præstari debeat, nemo qui iuris civilis studio leuiter modo per-  
 fusus fuerit, mihi profectò negaturus est: præsertim si tale sit quod fi-  
 lio vel à filio relinquatur vt diuidi commodè ac pro parte præstari nõ

a l. nomen  
 filiaru 164  
 in prin. D.  
 de verb. &  
 rer. signif.  
 b l. filij 84.  
 eod.  
 c l. quod si  
 nepotes. D.  
 de test. tu.  
 vide Cuias  
 ad l. 2.  
 D. de excu-  
 sat. tur.  
 d l. Nerati-  
 us 7. D. de  
 man. test.  
 e l. si quis  
 filiabus. &  
 l. si quis ita  
 g. j. D. de  
 test. tur.  
 f l. Lucius  
 Titius. 93. §  
 quaestum  
 D. de leg. 3.  
 iñca. l. qui  
 duos l. ser-  
 uis legatis  
 cod. tir.  
 g d. §. quæ-  
 situm.  
 h d. l. si  
 quis ita. §.  
 ult. D. de  
 test. tur.

h. qui filia  
 bus in pri.  
 D. de le. j.

possit. Vlpianus <sup>a</sup> etenim nomen filiarum & in postumam cadere qua-  
 stionis non esse scribit Paulus <sup>b</sup> filij appellatione omnes liberos intel-  
 ligi: filios scilicet natos itémque postumos, forsitan etiam nepotes ( licet  
 hi plerunque non filiorum sed liberorum nomine contineantur ) Er-  
 go Neratius ei, cui libertas sic data est, si filius mihi nullus erit cum  
 moriar, Stichus liber esto: impediri libertatem postumo nato auctor  
 est d: si quis filiabus suis vel filiis tutores dederit, etiam postumæ vide-  
 ri dedisse quia filia appellatione etiam postuma continetur, si quis fi-  
 lio tutorem dederit & plures filios habeat, magis esse vt omnibus de-  
 disse videatur Vlpianus <sup>e</sup> refert: sic fratrum appellatione sorores, seruo-  
 rum ancillas, & masculino denique sexu scemininum contineri verum  
 est f: sed hoc ita nisi testator contra senserit. In dubio illud plerunque  
 sensisse existimabitur. Cæterum si qui prægnantem forsitan ex se vxo  
 rem ignorabat paterfam. peregrè profectus sit, ibique decesserit, nato  
 iam sibi præter spem ( vt sit ) filio: aut si vnum ex filiis quem peregrè  
 studiorum causa miserat, falso de ipsius morte allato nuntio iam o-  
 lim defunctum existimans, cum denique se Titium filium habere i-  
 gnoraret, aut eum qui supererat decessisse crederet: filio filii ve tuto-  
 res dederit: iis solis dedisse videbitur quos in potestate scit, non ei  
 quem ignorauit se habere: cessabitque in huius persona datio, licet no-  
 men filiorum & ipsum admittat: quoniam de ipso videlicet paterfam.  
 non senserit, vt est ab Vlpiano <sup>h</sup> eruditè definitum. Idem dicemus si  
 fideicommissum filio paterfam. reliquerit: nam ei de quo non sensit  
 ( licet iam nato aut adhuc superstici ) nihil datum intelligitur. Quæ et-  
 iam ratione à filio datum, is de quo defunctus non cogitauit, nihil de-  
 bebatur: quod iam sapius inculcasse me recordor. Et vice versa si de po-  
 stuma senserit qui filio filiis aut filiabus legauit, vtputa si mentionem  
 aliqua parte testamenti postumæ fecit, legatum postumæ debebitur,  
 sed que ipse Vlpianus <sup>i</sup> alibi docet. Hoc autem ita nimirum accipimus,  
 vt tamen non sit necesse factam postumæ mentionem, quo magis ad  
 fideicommissi petitionem admitti possit: sed vti de illa probabiliter  
 cogitare paterfam. potuerit: de qua in dubio sensisse videbitur, etsi fi-  
 lio duntaxat fideicommissum adscripserit. Quamobrem & à filio eum  
 paterfam. fideicommissum præsertim libertatis dederit moriturus,  
 & prægnantem vxorem ( vt est verisimile ) non ignorans statim dece-  
 serit, ei que non ita multò post natus sit postumus fideicommissi à filio  
 dati tempore procreatus: non tantum à filio, quem nominatim non  
 appellauit, sed & à postumo quem etiam filij generale nomen com-  
 ple-

pletur, præstandum esse fideicommissum ex epistola diuorum fra-  
 trum superioribus consequenter à Paulo responsum esse intelligimus.  
 Quæ autem de codicillis ab intestato factis tractauimus, de iis etiam  
 accipi volumus qui ad testamentum facti & cum ipso testamento po-  
 stea rupti: noua denique sed nuda voluntate, vtputa literis emissis non  
 testamento, confirmati sunt: quibus relictum fideicommissum debere  
 quidem præstari rescripsit Alexander Imperator <sup>a</sup>: quemadmodum au-  
 tem & quatenus præstari debeat, facile quiuis ex superiore satis accura-  
 ta disputatione ( nisi si quis tam obtuso erit ingenio ) per se cognosceret.  
 Nunc ad alia transeamus.

Et quoniam Aristarchum agere cœpimus, istoque ac superiore ca-  
 pite aliquot sententias falsò iurisconsultis adscriptas & attributas indi-  
 cauimus: vnam adhuc eiusdem notæ ac fidei sublatæ proferemus: que  
 quò facilius deprehendi quasique manibus teneri possit, pauca præfa-  
 bimur, vt in omni genere negotiorum & obligationum bonam fidem  
 considerari æquum est <sup>b</sup>: sic in liberationibus etiam, bona fides præci-  
 pue spectatur & exigitur: eaque summam æquitatem desiderat, quæ  
 non ad merum ius gentium, sed cum præceptis ciuilibus & prætoriiis  
 æstimari ( auctore iurisconsulto <sup>c</sup> ) debet. Liberatio contingit, si quis ei,  
 cui obligatus est, soluerit: si modò ei suarum rerum administratio con-  
 cessa est: nam pupillo ( exempli gratia ) non rectè sed ipsius tutori cui-  
 libet etiam notitiæ causa dato vel honorario, non remoto neque suspe-  
 cto vtiliter soluitur <sup>d</sup>: nec tantum tutori vel curatori, sed vel procura-  
 tori vel seruo auctori vel etiam extraneò facta solutio ( dum tamen ius-  
 tu aut rati habitione creditoris, ei uve qui domini loco est, vtputa tu-  
 toris aut curatoris ) ad liberationem debitori proficiet. Quamobrem  
 qui pupillo debet, si iussu tutoris pecuniam non ipsi tutori, sed alteri  
 cuiquam, vtputa tutoris eiusdem creditori soluerit, nihilo minus libera-  
 tus est: si tamen bona fide ( cum eiusmodi solutione alteri facta non  
 pupillum fraudari, sed in rem eius totum negotium geri existimaret )  
 pecuniam numerauit. Hoc nempe Papin. iurisconsultus <sup>e</sup> sensit, quo lo-  
 co, Pupilli debitor ( inquit ) tutore delegante pecuniam creditori tuto-  
 ris soluit: Liberatio contingit si non malo consilio cum tutore habi-  
 tionem habemus, vt, licet is, cui sit solutio iussu creditoris ipse inter-  
 uertendi animum ac fraudandi creditoris habeat, ex bona tamen debi-  
 toris, qui soluit, fide vt fraudasse non videatur, qui fraudandi consilium  
 non habuerit <sup>f</sup> numerationem æstimemus, eamque ipsi proficere ad  
 liberationem pronuntiemus: vt si quis seruo pecuniis exigendis præpo-  
 sito post manumissionem ignorans soluerit, aut si cum debitori man-  
 datum esset vt Titio pecuniam solueret, Titium deinde creditor accipe-  
 re vetuisset, ignorans debitor Titio simulanti se procuratorem esse,  
 soluerit: nam vtroque casu debitorem liberari: eum, qui mala mète atq;  
 consilio pecuniam acceperit, furti actione teneri responsum est <sup>h</sup>. Atq;  
 vt interdum alij solui quam qui stipulatus fuerit oporteat, quemadmo-  
 dum res deposita non semper ei, qui deposuit, restitui debet: plerumque

a l. j. in fi.  
 e. de codi.

b l. 4. C. de  
 obl. & ac.

c l. bona fi-  
 des. 31. D.  
 de postu.

d l. quod si  
 forte. §.  
 sunt quida  
 & l. seq. D.  
 de solutio.  
 e l. soluta  
 eod. tit.

f l. pupilli  
 debitor. 96  
 D. de solu.

g l. fraudis  
 79. D. de  
 re. iur. vbi  
 plenissimè  
 scripsimus.  
 h l. si quis  
 seruo. D.  
 de solutio.  
 facit. l.  
 quod ser-  
 uus. eo. tit.  
 i l. bona fi-  
 des. D. de  
 pos.

R

tamen quod alicui debetur, alius sine voluntate eius non potest iure exigere. Quamobrem in bona fide debitor esse creditur, atque adeo liberatur, si ei, qui mutuo dederat, aut stipulatus fuerat, soluerit: quamvis alij potius soluendum foret: sic tamen si sine dolo malo numerauerit, hoc est ut ne culpæ quidem suspicio sit, nec vlla (quemadmodum Sabinius ait) causa interueniat, quare putari possit ei solui non debere: quoniam bonam fidem adesse sufficiat, idemque in omnibus debitoribus, quod in depositario, seruandum ex Pomponio Vlpianus doceat: ut in hac specie facti, quæ alicubi à Scæuola, his omnino verbis proponitur, Filius qui administrabat ut heres paterna bona pecuniam ex his Sempronio mutuum dedit, & eandem particulatim recepit, deinde se abstinuit quia minor annis erat ab ea hereditate: quæ situm est curator bonorum patris constitutus an aduersus Sempronium utilem actionem habet? Respondit nihil proponi cur non is, qui soluisset, id quod mutuum ita acceperat, liberatus esset. Itaque utilis actio quæ curatoribus bonorum dabitur ex contractu habito à filio minore, qui pro herede omnia gesserat: ea repellitur per exceptionem doli mali, propter solutionem ei factam, qui pecuniam credidit: quod equidem esse verum ausim dicere, non modò si minor antequàm se abstineret, sed et si postea pecuniam ab ignorante tamen debitore acceperit, eam forsitan filius qui ipso iure heres est & suus necessarius adhuc personam heredis ementiretur, nec abstentionis beneficium heri se impetrasse debitori exponeret: aut cum pecuniam ab illo sibi mutuo datam & vel ex arca, vel per argentarios numeratam debitor hereditariam esse nesciret, sed aliunde illi, qui fortasse patruo successerat, aut legatum vel donationem acceperat, post mortem patris obuuisse crederet. Sanè facti ignorantia cum ita demum cuiquam non noceat, si non ei supina ignorantia, nimia securitas & crassa summæque negligentia obiciatur: si solus ille ignorauit quod omnes in ciuitate scirent, perinde habendum esse ac si sciens ei soluisset cui non debuit soluere, dicemus. Proinde siue sciuit, siue solus ignorauit cum ceteri scirent, nec probabilem vllam ignorantiam causam habuit, pecuniam in proposito specie fuisse hereditariam & post abstentionem nihilominus ei, qui heres esse desit: aut in superioribus casibus Titio post prohibitionem, auctori seruo post manumissionem, tutoris, qui pupillum fraudabat, creditori numerauit: solutione hoc modo facta, id est non ex bona fide, sed malo consilio, aut supina, dissoluta, crassaque facti ignorantia (quæ propè dolum est, ut ait iurisconsultus, & ad malam fidem accedit) non esse liberatum respondemus. Eamque distinctionem adhibendum esse Claudius in quadam facti specie non ab simili, de argentariis, qui rerum (quas à matre filiarum negotia curante, ut auctiõnarentur, acceperant) venditarum pretia secundum stipulationem ipsi matri persoluerant: apud Celsum iudicium Scæuolam libro quinto Digestorum relata, existimauit: non tam notato forsitan ac reprehenso velut iniusto aut iniquo responso Scæuolæ, quàm quasi subobscuro, & ne vltra quàm oportuit contra mentem illius porrigeretur, adiectione illa (quæ casum contineat, aut

a l. soluendo, D. de nego. gest.

b l. quod seruus in pr. & s. vlt. D. de positi. c. l. filius 90. D. de solut.

d l. regula s. sed facti. l. nec supina. D. de iur. & fac. ignor.

e l. si fideiussor in pti. D. Mandat.

f l. filie 88. D. de solu.

contrarium, aut certè diuisum, in quo locus illi responso non sit) illustrato & explicato. Nam etsi Claudius Triphoninus is qui ad Scæuolam notas scripsit, interdum ipsi aduersetur, aut ius nouum constitutum eius responso appingat: plerumque tamen ista non corrigit, sed illustrat, & additis etiam rationibus confirmare solet. Hoc certè quidem Scæuolæ responsum non potuit non calumniosè Triphoninus reprehendere: quando secundum ea quæ proponebantur, ille (qui suis etiam responso verba ista non semel adiecit) solutione matri facta iure argentarios esse liberatos, ex facto consultus peritè ac de iure satis aperto breuiter more suo responderat: & perite quidem ac ex arte iuris: quoniam ipso facto (quod proponitur eo loci) rectè perperito, iustus error bonaque fides argentariorum satis cognoscitur ex eo, quod solutionem matri factam ab argentariis, & stipulatio matris, & venditio facta non priuatim (ut idem alio eiusdem libri loco iurisconsultus locutus) sed publicè per argentarios decursis (quod omnem fraudem excludere videtur) hastis habita præcesserat: & administratio rerum pupillarum per nouem annos, & ipsius pupillæ in matrimonium ab ipsa matre collocatio, rerumque traditio subsecuta fuerat. In clausula sanè illa siue specie facti quæ Ceruidianæ superiori à Claudio Triphonino subiicitur, non esse liberatos, nec ab ipsis ex bona fide matri solutionem venditarum rerum pretium: si & has pupillares fuisse & illam ius administrationis non habuisse argentarij cognouissent, aut (quod perinde esse diximus) id isti soli nimirum securi, cum ceteris ciuibus exploratum foret, ignorassent: meritò traditur, & ex tacita (ut opinor) mente Scæuolæ: qui non aliter hoc posteriore casu certè responsurus fuit, quo scisse proponuntur argentarij matrem administrandi ius non habuisse: atque adeo rerum venditarum pretium ipsi non bona & syncera fide numerasse: aliter ac priori casu, quo siue res pupillares non pupillæ nomine sed quasi suas vendendas tradiderat mater, siue, quod eodice conscriptum fuisse dicitur id eo pertinet ut quasi pupillares à matre vendendas argentarij susceperint: nihilominus tamen in errore iusto fuerunt existimantes ei ius esse administrandi quæ non segniter omnia nec inutiliter, sed in pupillæ filiarum commodum non impediens tutoribus materna pietate gereret, cum alioqui palam non esset, administrandi ius eam non habere: idèoque non potuerunt ei à qua res acceperant ipsarum pretium & (ut est apud Scæuolam) vniuersum redactum venditionis, numerasse dolo malo existimari: præsertim argentarij mensularij siue mensarij quorum fides publica fuisse ab Vlpiano dicitur.

Nam, ut hoc quoque obiter & illa simul de codice, deque vniuerso redacto, quæ apud Scæuolam nostrum legimus, & alia quædam minimè vulgaria, in isto quasi transcursum ac secessu non inamœno raptim exponamus: quod eo loci de mensularijs Vlpianus tradit, nõ dubito quin ad argentarios mensariosque ac forsitan ad nummularios referri debeat: cum hos omnes eosdem esse rectè Cuiacius noster hæc secat, à variis mu-

a l. qui negotiatione 58. in prin. D. de adm. tu. & infertione l. nec fideicommiss. 36. D. de le. 3. b. vt in l. vlt. D. de ser. exportan. c. vt in l. general. 32. s. j. D. de vsu & vsufr. l. e. ad quem Cuiacius ca. 38. li. 10. obseruat. d. vt in l. pe. D. ad Tre. quæ est ex eod. lib. 5. Digestorū & l. Lucius Titius 78. s. Titia ex asse. l. heredit. 77. s. vlt. eod. tit. quæ sunt ex libris 20. & 21. Digestorum Scæuolæ, & d. l. qui negotiationem. quæ est ex l. 1. 1. 1. e. l. vlt. de consti. pec. l. vlt. s. vlt. D. de pignor. quæ sunt ex eodem lib. 5. & a. sibi locis propè innumeris. f. l. Stich. 67. s. Titius D. de con. indeb. quæ est ex l. 5. s. l. si veteri. 24. s. in bonis D. de reb. aucto. iudic. pos. sed alias est tit. de priui. ere. h. ad l. vlt.

mus D. de pact. vbi de argentariis. vide & cap. 14. lib. 10. obser.

Q 2

neribus atq; officiis non vno nomine designatos: & verò cum Scæuola ipse noster alibi hoc ipso libro <sup>a</sup> de fide nummulariæ mentæ non nihil egerit: sanè ab argentariis numularios separare quodammodo Paulus <sup>b</sup> videtur, ex Pomponio non esse iniquum scribens, numularios cogi rationes edere, quod & hi numularij sicut argentarij rationes conficiant: vbi & acceptam pecuniam nummularios erogasse per partes tradit: ipsis profectò præsentibus explorari & comprobari solitos nummos (quod alij non docent) ex Apuleij quodam loco <sup>c</sup> intelligimus: in quo sic est, sed ne fortè aliquis, inquam, istorum quos offers aureorum nequam vel adulter reperiatur, in hoc ipso saeculo conditos eos annulo tuo prænota, donec altera die nummulario præsentem comprobentur, verumtamen nummularios ac mensularios si non eosdem, at eodem certè iure fuisse aliis duobus nostrorum locis <sup>d</sup> inuicem collatis facile cuique apparebit. Qui mensarios ab illis separant <sup>e</sup>, tanquam hi ratione publicam, illi nummularij siue argentarij priuatam confecerint, vereor vt errent: quum Liiij locos de triumuiris aut quinqueuiris atque aded de magistratibus extraordinariis siue curatoribus leuandæ scænebris pecuniæ gratia constitutis, accipiendos esse non viderunt. Idem rebrè cætera de argentariis & ipsorum in foro tabernis veteribus & nouis: quarum noster quoque Vlpianus <sup>f</sup> meminit, vt eas publicas vt pote quæ in solo publico, id est, in foro sint siue in basilica (vt alibi <sup>g</sup> doceo) earum tamen vsum ad priuatos pertinere dicat: quod scilicet in iis priuati numularias mensas habeant, & argentariam (liberto forsitan aut seruo ipsis præposito, quemadmodum apud Scæuolam nostrum alio eiusdè libri loco <sup>h</sup> dicitur) negotiationem exerceant, de quibus sensisse Plutarchum arbitror cum ἐργασίαι nominat <sup>i</sup>, vbi de funere Cæsaris in hæc verba loquitur, οἱ δὲ ἀσπὲρ ἐν Κλαυδίῳ τῷ ἡμικρατοῦ ἀπὸ τῆς ἐργασίαι τῆς βελήσας καὶ τῆς ἀνασπῶντες καὶ οὐλοῦντες εἰς τὰ ὑπὸ ἀσπὲρ ἐν πύργῳ ἐν ἑνὶ ἄνδρῳ. [At ipsi, vt in funere Clodij tri-  
buniplex factum fuerat antea, ex officinis scanna mensasque audentes, & comportantes in unum locum, rogum extruxerunt magnum.] quod facile mihi concessuri sunt, qui ergasteriorum generale nomen à nostris quoque Imperatoribus <sup>k</sup> argentariorum tabernis tribui didicerint: & Pædiani locum in Milonianam Ciceronis de funere Clodij à me apud Scæuolam <sup>l</sup> olim adnotatum, & expositum, cum isto compararint: illud etiam intelleduri quod hîc <sup>m</sup> ab ipso Scæuola de codice rationū, deq; vniuerso venditionis redactio traditur: nam & rationes & stipulationes si quæ interponerentur, aut obligationi nominum adicerentur, in scripta redigi à librariis argentariorum ministris: & pretia rerum voci hastæq; præconis subiectarum, quæ res in auctionibus ad ipsorum argen-  
tariorum tabernas in foro fieri solitis additæ pluris licitantibus foret, per coarctorem argentariorum itidem ministrū redigi consueuisse, illo in loco breuiter & strictim docuimus. Coarctoris autem istius argen-  
tarij, vno (quod sciam) iuris ciuilibis loco <sup>n</sup>, auctores nostri meminere, i-  
témque in Cluentiana Cicero, in primo sermonum Horatius, & ad i-  
psum Acro, & in Vespasiano denique Suetonius, quod & alios notasse

<sup>a</sup> l. vi. D. de inst. act. h. l. quæ dā §. Numularios D. de edendo.

<sup>c</sup> l. i. de asino aur.

<sup>d</sup> l. si homi nē. §. quo- ties & l. se. D. de post. & d. §. in bo.

<sup>e</sup> Sig. lib. 2. de iur. ci. cap. ii.

<sup>f</sup> l. qui ta- bernas 32. D. de con- trah. emp. §. ad l. 9. si libarius.

<sup>g</sup> de reg. iur.

<sup>h</sup> d. l. vi. D. de inst. act. iuncta l. 4. §. sed si ser- uis. & §. fe. D. de e- dendo.

<sup>i</sup> in Bruti & Antonij vita.

<sup>k</sup> Theo. & Valen. l. si cohortalis §. vlt. C. de cohort. li. 22. Iustini. l. eos qui. §. illos verò.

<sup>l</sup> C. vsur. & l. vnica. C. Negotiat. ne mil. lib. 22.

<sup>m</sup> l. in comē- tario ad l. libarius. md. l. filia. de solut. n. lantep. §. Argenta- rius. D. de statu lib.

video: & de iure auctionis ad argentariorum tabernas sub præconis hasta factæ, adhibitis Ciceronis, Senecæ, Quintilianij, Festi, ac Tertuliani testimoniis, præclare admodum scribere <sup>a</sup> commemini: quam ob rem hoc tantum admonebo, quod intactum reperio: de mensariis & auctionibus leges tulisse Marcum Philosophum & Imperatorem, id quod Capitolinus <sup>b</sup> tradit: deinde hastam præconis, non prætoris legem dum apud Senecam <sup>c</sup>, quo loco de occupatis agit hominibus, Quos of-  
ficii domibus suis euocant (ait) vt alienis foribus illidant, quos hasta prætoris infamibus beat lucris, & quandoque supputatio exercet. Infa-  
mia verò lucra nominat, quas Horatius paruas mercedes, vbi de præ-  
cone coarctoreque argentario: quorum vterque auctionibus & hasta operas dabant, cum ille pecunias cogeret, hic emptores & licitatores præalta voce citaret: vnde Claudianus <sup>d</sup> alicubi de quietis Honorij principis temporibus, qualia nos non optare modò, sed & sperare *au-  
stus* possumus:

*Impia continui cessant augmenta tributi,  
Non infelices tabulae, non hasta reflexas  
Vendit opes avidas, emptor non voce citatur,  
Nec tua priuatis crescunt araria damnis.*

Sed ad opus pensumque nostrum omissis parergis, animum vt cunque recreatum reuocare placet.

Igitur argentarios scientes matrem ius administrationem non impe-  
trasse, solutione pecuniæ ex rebus pupillaribus venditis redactæ, vt po-  
te dolo malo matri facta non esse liberatos: auctore Claudio diximus,  
Hoc autem obtinere arbitramur, etiam si mater soluendo sit, quæ rerū  
pupillarium pretium à scientibus, aut nimium negligentibus argenta-  
riis accepit: his enim debet imputari, etsi puella seruare pretium à ma-  
tre possit: quod non tutoribus potius quam ipsi matri, cui non fuit à  
principe administratio permessa, soluerit. Quamobrem illud quod est  
in extremo Claudianæ notæ, Scilicet si mater soluendo non sit, cum  
nec ab ipso Accursio agnoscat, valde mihi suspectum est: vt irrepti-  
tium putem, & interpretis cuiuspiam scholio tribuam, qui falso existi-  
marit idem iuris esse cum à tutore, quod cum ab eo qui pro tutore ne-  
gotia gerit, alienatio facta fuerit. Atqui disertè Celsus <sup>e</sup> & Celsi Iuris-  
prudens hac in re secutus Vlpianus <sup>f</sup> in contrarium omnino respon-  
derunt, non eandem esse huius quam tutoris rerum pupilli administra-  
tionem: ideòque si is, qui pro tutore negotia gerebat, cum tutor nō ei-  
set (vt mater in proposita specie) rem pupilli vendidit nec eo vsucapta  
est, eam pupillum petere: quamquam ei cautum sit. verus quippe tutor  
postquam satis dedit saluam tutelam fore, non antea (cum sine satisda-  
tione quæ ab eo gesta sunt, ipso iure aded sint irrita, vt frustra restitu-  
tionis auxilium ad ea rescindenda imploretur) vtiliter administrat res  
pupillares: & ita quidè vt mobiles (nisi si quas cū immobilibus hodie  
sine decreto districhere vel obligare post orationem Seueri & Constā-  
tini legem non licet <sup>h</sup>) per se alienandi potestatem habeat, non quidem

<sup>a</sup> vide hîc o-  
mnibus de  
rebus Sigo-  
niū l. i. j. de  
iure ci. ca.  
11. & l. 2. c.  
10. Cuiaciū  
ad l. svnus  
de pact. &  
ad rubric.  
de fide &  
ia. hasta  
fil. Briso-  
niū lexico  
in Argeta-  
rius & in  
Hasta.  
<sup>b</sup> in eius  
vita.  
<sup>c</sup> de breui.  
vita. c. 11.  
<sup>d</sup> in Pane-  
gyri. in 4.  
cōsul. Ho-  
norij.

<sup>e</sup> l. 2. D. de  
co qui pro  
tut. vel cu.  
f. l. apud  
Celsum. §.  
si quis non  
tuto. D. de  
doli exce.  
vbi pro Er.  
legendum.  
Etsi. nec à  
Cuiacio  
demonstra-  
tum est ad  
l. 4. §. si pu-  
pilli. D. de  
vsurpat. &  
vsucap.  
<sup>f</sup> l. in du-  
bium C. de  
tutore vel  
curat. qui  
satis non  
dedit.  
<sup>h</sup> toto tit.  
D. de reb.  
eo. qui sub  
tut. vel cu-  
ra. sunt si-  
ne dec. nō  
alien. & l.  
lex quæ tu-  
tores C. de  
admin. tut.

omni vtriusque donatiōnis vel trāsactiōnis deminuendi cāusa facta titulo  
 (nō enim domini loco est, cū pupillū spoliat<sup>a</sup>) sed ita si administran-  
 da tutelæ causa res distrahat<sup>b</sup>. Harum ita distraharū dominium ad eū  
 transfertur, vt necesse non sit vsucapi: quoniam pupillus vindicare non  
 potest, ne à tutore quidem, qui à seipso, sed bona fide emerit: sic enim  
 accipio quod idem alibi<sup>c</sup> Scæuola docuit. Sanè cū dolum tutoris si-  
 ue soluendo sit, siue non, ex regula iuris<sup>d</sup> pupillo nocere non oporteat:  
 non modò qui fraudem cum tutore participauerit, interdicto fraudato-  
 rio tenebitur, vt quod accepit restituat<sup>e</sup>: sed & aduersus quemlibet  
 etiam bonæ fidei possessorem pupillus vtiliter experietur impetrata  
 restitutione in integrum: etiam si tutor qui mala fide quid gessit solu-  
 do sit, & rem pupilli saluam fore satisfecerit: aduersus quem personali  
 actione experiri potest<sup>f</sup>. Nam etsi pupillo cautum sit, melius dicitur  
 rem suam restitui pupillo debere, quàm incertum cautionis euentum  
 expectari: cū à tutore potissimum circumuentus quæcumque ratio-  
 ne pupillus fuerit<sup>g</sup>. Sanè etsi tutores aut curatores sint idonei solu-  
 do, nec mala fide sed in utilitatem pupilli vel minoris res eorum (sine  
 decreto tamen) contra Seueri principis orationem alienauerint: cū  
 generaliter si res talis sit vt eam lex (vtriusque Iulia de fundo dotali) vel  
 constitutio (vt Seueri) alienari prohibeat, eo casu Publicianam non  
 competere, quo neminem prætor tueatur ne contra leges faciat, Iuris-  
 consultus<sup>h</sup> dixerit: idcō hīc quoque locum esse restitutioni in inte-  
 grum aduersus bonæ fidei possessores (nisi forsitan aut speciali confir-  
 matione facti maioris, aut certè tacita veluti excursu statuti temporis,  
 id quod perperam actum erat, vt ait Imper. i stabilitum fuerit) verius  
 putem: vt tamen agenti minori obstet doli mali exceptio, si neque  
 pretium ac medijs temporis vsuras nec vtilis impensas in rem factas  
 restituat, & ita lucrum capiet ex damno alieno: qua de re Scæuola no-  
 ster libro secundo Digestorum<sup>k</sup> disserit. Ex diuerso autem qui neque  
 tutores sunt ipso iure neque curatores sed pro tutore negotia gerunt  
 vel pro curatore, eos non posse distrahere res pupillorum vel adoles-  
 centiū nulla dubitatio est, idq; Vlpianus<sup>l</sup> scribit: quod non modo verū  
 esse credimus in iis rebus quarum interdicta, sed & in iis quarū iure ci-  
 uili tutorib<sup>m</sup> ipso alienati permittitur. Ex quo sequitur, vt qui pro tuto-  
 re gerit negotia pupillaria (cū tutor non sit, sed heres forsitan tutoris)  
 dominium rerum pupillarium quas distrahit, per traditionem posses-  
 sionis non transferat: sed bonæ fidei emptoribus causam duntaxat vsu-  
 capiendi præstet<sup>m</sup>: quibus Publiciana quidem interim competit post  
 traditionem antequam vsuceperint (cū ij qui falso tutore auctore de-  
 cepti compararunt, bona fide emisse videantur<sup>n</sup>: & verò doli eius qui  
 tutorem simulans calido consilio res vendidit, ipsis emptoribus nocere  
 non debeat<sup>o</sup>) sed Publiciana nihilominus exceptione iusti dominij re-  
 pellitur<sup>p</sup> (quemadmodum suo loco<sup>q</sup> dicturi sumus) nec pupillus aut mi-  
 noribus possessoribus nocere potest: qui etsi non possideat, res suas ab  
 eo (qui, cū administrationē non haberet, pro tutore gessit) alienatas,  
 nec

a l. qui fun- dum. §. tut. D. p. emp. b l. non omni C. de admin. tu. l. tutor. 24. l. Lucius Titius §. vl. D. eod. tit. c l. tuto. re. §. 57. D. e. ti. iuncta l. pupillus §. vl. D. de au- ctor. tut. d l. neque in interdi- ctio. 198. D. de diu. re. iur. an. e d. l. pupil- li. debitor. D. de solu- f l. §. vl. C. si tutor vel curat. inter. de qua vide Caiacium ad l. 3. D. de min. g l. pupilli scientia. D. quod falso tut. h l. cum sponsus. §. si res. D. de Public. in rem act. i l. 2. C. si maior fac. alien. fac. sine decr. rat. hab. k l. intra v- tile. §. vl. D. de min. iud. l. pe. §. vl. D. de reb. eor. l. qui neq. §. D. de re. eor. qui sub tut. m l. §. vl. C. si quis i- gnorans re- min. esse si- ne decret. compar. n l. quæcū- que §. vl. D. de pub. in rem act.

nec adhuc ab emptore bonæ fidei vsucaptas persequi ac vindicare tan-  
 quam suas sine metu doli mali exceptionis poterunt, id quod auctore  
 Celso superius ostendimus. Quemadmodum autem alienatas, ab eo  
 qui pro tutore gerit, res suas pupillus reuocat: non tantum ab eo qui  
 sciens earum conditionem, cū tutoris officium morte finiatur, ab e-  
 ius herede mercatus est (quo casu de temporis interuallo nullam sibi  
 defensionem, Imperatore Gordiano<sup>a</sup> teste, acquirere potuit, qui sciens  
 rem alienam comparauit) verum & quocumque licet bonæ fidei pos-  
 sessore, si nondum vsuceperit: vel earum pretium certè (si hoc malit) ab  
 eo qui sciens id falso tutori soluit, sibi reddi postulat: etiam si falsus tu-  
 tor soluendo sit, etiam si verus tutor saluam eam pupilli fore cauerit:  
 quoniam scilicet falsus tutor administrandi ius non habuit: sic & in  
 specie de qua tractabat Scæuola, cū mater filij negotiis vtrò se immi-  
 seuit, immò verò etsi non vtrò sed secundum patris voluntatem ea ges-  
 serit, sine distinctione vtrū ea soluendo sit, aut pupillo à tutore cau-  
 tum sit, nec ipsam filij nomine rectè agere aut res bonorum eius alie-  
 nare, vt dominium scilicet transferat: neque debitorem impuberis ac-  
 cipiendo pecuniam liberare, à Papiniano<sup>b</sup> responsum est. Et rectè qui-  
 dem: qui de sciente debitore (vt & apud Scæuolam Claudius) loquitur:  
 nam si debitor pupillarem esse pecuniam ignorauerit, & iusto errore  
 ductus matri (quæ forsitan ipsa crediderat & sibi reddi stipulata fuerat)  
 soluerit argentariis, vt apud Scæuolam proponitur: omnino siue ipsa  
 mater soluendo sit siue non, eum esse liberatum huiusmodi solutione,  
 tutumque doli mali exceptione, & aduersus pupillum arbitror: idque  
 bona fides ipsius efficit: quæ vt possessori<sup>c</sup>, sic etiam soluenti debitori  
 tantundem præstat quantum veritas: præsertim cū ad liberandum  
 proni ac procliuēs esse debeamus<sup>d</sup>.

In summa debitoris animus ac fides, ex errore iusto, vel ex scien-  
 tia ipsius, liberationem autem ex eius fide, nō ex facultatibus illius qui  
 pecuniam accipit, æstimamus. Ergo qui sciens alteri, quàm cui debuit  
 numerare, soluit: etsi qui accepit soluendo sit, nihilo magis tamen ille  
 liberatur, etsi negotiorum gestori soluerit: vt matri, quæ diu quidem i-  
 psa quicquid agendum erat nomine pupilli gesserit (quod alieno qui-  
 dem periculo poruit) ius tamen administrationis (quemadmodum  
 Claudius loquitur) non habuerit. Hoc verò nostri cū non attingant,  
 equidem eò pertinere censeo: vt si, non modò administrasset mater, sed  
 ius etiam administrandi habuisset, hoc casu rectè ipsi ab argentariis  
 (licet res pupillares fuisse non ignorantibus) redactum ex earum ven-  
 ditione pretium persolutum, & ipsos iure liberatos fore intelligamus.  
 Ius autem istud administrandi res pupillares aut minorum, soli masculi  
 olim habuerunt, tutelaque & cura officium virile fuit<sup>e</sup> (cū ipsæ foe-  
 minæ adhuc in perpetua tutela ob infirmitatem consilij ex more ma-  
 iorum degerent, de quo apud Ciceronem<sup>f</sup>) Fœminis postea non tam  
 iniungi quàm permitti: nec promiscuè quidem omnibus, sed ex bene-  
 ficio principali matribus, id specialiter postulantibus, in solatium a-  
 missorum viro-<sup>g</sup> (vt arrogatio in solatium amissorum liberorum<sup>h</sup>)

a d. l. in prin. C. si quis igno- rans rem min. esse sine decr. compar.

b l. qui alie- na §. vl. D. de ne. gest.

c l. bona fi- des. D. de reg. iur. d l. Arria- nus. D. de obl. & acti- e tutela plerunque D. de tute. l. j. C. quan- do mul. tu. off. fa. pos. & vide quæ scripsi ad l. 2. de reg. iur. f in Topic. g l. vl. D. de tute. l. 2. C. quando mul. tu. of- fun. poss. l. omnem C. ad ter. l. si mater. C. in qui. cau. pig. vel hy. tac. cont. h l. mulie- rem. C. de adoptio. s. femine inf. eo. tit.

indulgeri cœpit, & iurifconsultorum quoque nostrorum temporibus peti à principe solebat. Nouissimè à Iustiniàno ius istud administrandi de hered. de curæ vel tutelæ, matri & auix generali constitutione a concessum ab intell. in commune fuit: sub ea conditione si prius apud acta secundis nuptiis & auth. matri & Velleiani beneficio renuntiaffent. Hoc non præfrito ex iure nouo, auix C. aut ex veteri iure non impetrata facultate administrandarum pupillarum quando mul. tut. rium rerum à principe: siue negotia veluti pro tutore gerebant scemiff. fun. nã, ipse quidem ad præstandam rationem actione pro tutelæ b aut (vt poss. b l. j. C. de apud Paulum e est) negotiorum gestorũ siue non tutoris animo, sed vt eo qui pro tutore ne. gest. e vide Pau bus interueniffent, actione negotiorum gestorũ & ipsis & eorum tutoribus (codem iurisc. e auctore) tenebantur: siue de consensu & mandato tutorum administraffent: aut mandati (vt arbitror, quid enim veltaret?) aut negotiorum etiam gestorũ actione (sicut à Seuero & Antonino f rescriptum est) quæ cum illa concurrat, à pupillo conueniri poterant. & ex stipulatu quoque (nisi fallor) si videlicet indemnitate s. vltim. D. forsitan tutoribus promissa ipsæ filij vel nepotis bona suscepiffent: de negot. gest. & li. quo casu nihilominus tutelæ actione aduersus tutores experiendi minoribus arbitrium & facultas fuit: id quod ex duobus aliorum Imperatorum g rescriptis colligitur. In quibus illud, Non aduersus matris successores ex stipulatu competit actio, sic accipiendum videtur (quod de vlt. f l. 4. C. de ne. gest. g l. 2. C. si mat. inde. promiff. l. tutorem quondam E. arbit. tut. h locos plurimos notatos videas apud Anto. Aug. lib. 2. opin. & emend. & apud Brisson. libro 32. de verb. bor. signi. quibus hic addatur & s. vltim. l. qui tabu las. D. de furt. & Va lerij Maximi locus. apud Scæuolam) itaq; ad iudicem ( sicut idem Scæuola noster eodem libro

Spartana collatus cum altero Plutarchi ex apotheg. Lacôn. i leg. 2. C. quando ex fac. tut. k l. penul. C si tut. vel eu. ar. interuen. l leg. secun. penul. & toto titul. C. quando ex fac. tut. leg 2. D. eodem titul. m dict. l. filia. de solut.

libro quinto a loquitur) remittenda est vtrum soluendo fuerit mater necne, facti quidem est quæstio, sed quam discuti nihil magnopere opus fit à iudice: qui nihilominus ad a b soluendos à pupillo aut minore argentarios, qui scientes matri ius administrationis non habenti soluerint, mouebitur: quòd ea soluendo fit: aut ad eos condemnandos, quòd ipsa minimè soluendo fit: dum tamen ei bona fide fit ab illis facta solutio, secundum ea quæ antè diximus: ex quibus liquidò apparet, extrema illa Claudianæ notæ verba, *ως παρεμβεβλημένα δέλιζοντι* & expungenti mihi, velut antiquo cuidam critico constare rationem.

Sic & alio apud ipsum Scæuolam loco b ex libro 11. Digestorum aliquot verba ( cum ipsa sint spuria) sedem locumque legitimorum occupasse animaduerti. Est enim Florentino in codice omnino ita scriptum, aliter atque in vulgaribus impressis, Quæsitum est ex testamento datos periculum antecedentis temporis administrationis vtrum ex apertis tabulis an ex quo iussi sunt pertineat ad eos. Respondit ad eos de quibus quæreretur, nullum antecedentis temporis periculum pertinere. Hic igitur aio istud, Ex testamento datos, ab oratione iurifconsulti reliqua disparatum, alieno certè loco positum, interpretationem videri esse verbi, Ad eos, illius scilicet, quod statim & priore loco subiicitur. Talia passim apud optimos vtriusque literaturæ auctores ab eruditis hominibus e quotidie adnotantur: quorum ordini accenseri aut numero certè adscribi possunt, quæ statim & liberaliter quidem, plenaque (quod dicitur) manu exhibebo: ne singulas singulis ( vt quidam faciunt) capitibus bracteatas atque phaleratas proferendo coniecturas, desiderium lectoris macerem: qui quàm odiosa res olim circensibus pompa fuerit, scio. Seneca lib. 1. suaforiar. in 1. vbi de Antonio, qui vellet se Liberum patrem dici, & hoc nomen statuis scribi, habitu quoque & comitatu Liberum ementiretur: ei venienti Athenienses cum coniugibus & liberis occurriffe, & *Διονύβη* salutasse scribit: hoc etiam addito, Dixerunt despondere ipsos in matrimonium Mineruam Musam suam, & rogauerunt, vt duceret: & Antonius ait ducturum, sed dotis nomine imperare se illis mille talenta. In quibus, illud Musam Senecæ non esse contendo: cum à veteribus præsertim Atheniensibus, non in Musarum, sed in Diuarum numero habita fuerit Minerua: itaque Dio, lib. 48. qui hanc historiam enarrat, Musæ non meminit, *επειδή τε οί ἀθλωῶσι πρὸς τε τὸ ἴδιον καὶ πρὸς τὰ ἄλλα πλὴν Ἀθλωῶν* (inquit) *ἀπὸ κατεργασίαν, δέχεσθαι τε τὸν γάμον ἐφ' ἡμῶν καὶ προῦκα μωραῖα εἰς ἐπὶ τὸν παρ' αὐτῶν ἐξέπραξεν.* [ *Quumque Athenienses inter reliquos honores ei etiam Mineruam despondissent, probare se id matrimonium dixit, dotisque nomine quadrages sestertium exegit.* ] Apud Plinium in epistola quadam ad Arrianum lib. 2. epistol. vbi de Mario Prisco agit ex Africæ pro consulatu repetundarum delato Afris accusantibus in Senatu: in quo variæ fuerunt de illius damnatione iudicium sententiæ: Ex quorum numero Pompeius, Et septingenta millia ( inquit ille ) quæ receperat Marius, ærario inferenda, & Martianum in

a l. si ita qui 135. s. Scia. D. do verb. obli. facit l. 1. s. j. in fi. D. ad Turpilia.

b l. qui negotiatione 58. s. testamento. D. de administr.

c Canterū vide cap. r. lib. 4. no. uar. lect.



quinguennium relegandum: Marius repetundarum poenae, quam iam passus esset, censuit relinquendum. Hic etiam illa, Quam iam passus esset, adeo mihi stomachum mouent ut concoquere non possim: nam quomodo repetundarum poenam passus Marius fuerat, de cuius crimine tum primum Senatus non ex appellatione iudicabar, & nondum pronuntiauerat? Illa igitur paucula verba esse interpretis, & quidem mali, autumo: non intelligentis & tamen exponere volentis quod apud Plinium Pompeius Marius repetundarum poenae relinquendum dixerat: cum haec esset Pompeij sententia, ut Marius legitimae repetundarum poenae relinqueretur, id est, ut nihil aut feruieris, aut grauius, aut remissius molliusque in reum statueretur, sed poenam lege Iulia repetundarum constitutam Marius subiret: nam ita omnino Plinius idem ad Cornelianum lib. 6. epistol. scribens, relinquendi verbo utitur, ubi de Galita adulterij rea: Sed illam damnari (ait) etiam inuito accusatore necesse erat, Damnata & Iuliae legis poenis relicta est. Apud Suetonium quoque in libello de claris rhetoribus in proemio, in posteriore veterum controuersiarum, quae adiectis locorum appellationibus proponi solerent, exemplo, ubi legitur inter caetera, Petitur puer quod domini voluntate fuerit liber in libertate. Illud, liber, glossema est, & interpretamentum eius quod sequitur, in libertate: sed adeo tamen aut ineptum aut falsum, ut ferri non possit: quod quia paucis exponi nequit, eius in aliud tempus differetur non inutilis neque vulgaris tractatio: quae ipsa ex penitissimis antiquae iurisprudendae fontibus haurienda est. Apud Gellium quoque ca. 1. lib. 20. noct. Attic. tali mendo locum istum laborare suspicor in praecelara illa inter Sex. Caecilium Africanum iuriconsultum & Phauorinum philosophum dissertatione de legibus xij. tab. ubi sic est, Verum est mi Phauorine talionem rarissimam fieri difficillimè. Sed decemviri miuere atque extinguere volentes huiuscemodi violentiam pulsandi atque laedendi talione, eo quoque metu coercendos esse homines putauerunt. Nam quid est, Talione laedere? Deleo Talione, quod ex glossemate vocabuli Metus, in contextum venit, cum illud, Eo quoque metu, talionis de qua egerat metum haud dubie designet. Superuacuum quidem & alienum id nemini (qui modò explorata non surda nec iacenti aure homo sit) non statim videbitur: ut, Propinquorum etiam vocabulum in illo Quintilianiano loco ex Declamationib. <sup>a</sup> Sacra res est vnitas & quaedam fraternitas propinquorum animorum: nam si quis ea quae praecedunt cum sequentibus attentè comparauerit, istud, Propinquorum, ex margine interiore in contextum à semidocto librario translatum esse deprehendet. Consimiles errores identidem occurrunt Graecorum libros auctorum legentibus, nec tamen occupantur. Nos ex multis atque adeo plurimis insigniores aliquot nondum animaduersos ab aliis, indicabimus.

<sup>a</sup> in Decla-  
320.

<sup>b</sup> ex Aegy-  
ptio, ubi de  
ortu & in-  
crematione  
Nili.

Atque ut mittamus Aristidem rhetorem: quem si, quod est pollicitus Canterus (quodque ipse, si quis alius praestare potest) emendatissimè ediderit: ab hoc quoque mendo vindicabit: quod in illo infedit loco, *ἐν τῷ δὲ ἐχέτω ὅρον ἢ νομίζω ἀπὸ τῶν ἀδύλων φροντίδων ἐδὲ σαμῆ-  
τιῶν*

*τιῶν ἐχέτω νοῦν ἔχοντος οἶμαι τίθεμαι*: & pro illo φροντίδων, φροντίξεν reponet: illud autem οἶμαι, ut glossam proximi verbi τίθεμαι, delebit. In illo sane Themistij loco ex orationibus, Orat. 2. *καὶ νῦν δέηνυται ἀνευ τῆς αὐτοῦ σήμα ἐν τῷ προαείω ἐμακρὰν θαλάττης*, cum pro ἀνευ τῶν, quod nihili est, legi debeat (mea quidem opinione) ἀνύτου: nondubito, quin & id quod statim subiicitur, *ἀπὸ τῶν ἀνύτων οἱ ἥρακλειῶ-  
ται* interpreti potius illud, ἀνύτου αὐτοῦ σήμα exponenti, quam ipsi Themistio tribui, ac prorsus expungi oporteat. Quale illud est quod mihi Romae vnà cum effemus in bibliotheca Vaticana, ingeniosissimus & eruditissimus Muretus olim à se animaduersum indicauit, apud Andocidem in illa de mysterijs oratione grauiissima sub fin. *μετέχον δὲ αὐτῶν ἔστι πάντες οἱ παρασυλληγῆτες, ὑπὸ τῷ λευκῷ τῷ πόρους ὑμεῖς ἴσῃ οἱ εἰσὶ*. Nam reiecto illo τοπος quod ex annotamento scholiastae cuiuspiam ad illud λευκῷ (qui Athenis locus est) addito, in contextum irrepsisse (quo est acumine praeditus) coniecerat: sic legenda illa monuit, *οἱ παρασυλληγῆτες ὑπὸ τῷ λευκῷ, οὗς ὑμεῖς ἴσῃ οἱ εἰσὶ*. Quale illud postremò est, quod in illa nobili ad Syracusanos oratione Gylippi Lacedaemonij apud Diodorum Siculum lib. 13. bibliot. histor. Henricus Stephanus eius auctoris diligentissimus & optimus scholiastes adnotandum nobis reliquit ubi sic legitur, *καὶ ἐπαυθῆν ἐμὲ τῶν ὑπὲρ τῆς κοινῆς ἐλευθερίας τῶν ἰδίων ἀπὸ πλείους ἀναλώσαντας εἶους, ἀπὸ πλείονος ἢ τῶν ἑσθῶν φρονέων ποιείσθαι σωτηρίαν τῆς ἐκείνων τιμῆς*. [Et laudandi sunt qui pro libertate communi mortem oppetere non dubitarunt: neque plurius est faciendum salus homicidarum, quam honor illorum.] Nam quid hic faciat illud ἀπὸ πλείονος? nisi verum est, quod ex annotamento siue glossa interpretis ad marginem illius (quod statim sequitur) ἀπὸ πλείονος adscripta: in eum contextus valde alienum locum, ab accurato nimis & indocto Graeculo quopiam librario immisum id fuisse auguramur: quod ut credamus Diodori esse, nullo modo adduci possumus. Alia huius generis non pauca in opisthographis quae habemus, hoc loco inferere nec libet, nec verò per eam quam gerimus personam licet: praesertim cum sodalis quispiam vetus aure à tergo attrita & vellitata nos veteris prouerbij, Ab equis ad asinos, admoneat & à iuriconsultorum praesidijs ad grammaticorum castra si non perfide defecisse, at sacramenti profecto immemores velut à legionibus ad auxilia penè iam desertis ordinibus transisse criminetur. Haecenus itaq; grammaticum egisse satis habeo.

Iterationes, itemque compendia orationis apud Iuriconsultos animaduersa. Ad testamentum, Ad annum, Ad conditionem: defensa Florentina lectione in l. 8. D. de verbo obligat. Lex, Frans. Seruius ad Virgilium & Plutarchum explicatur. Interdicta loca in l. 4. D. de pænis: cuius tentatur emendatio. Ex literarum immutatione alij apud

Papinianum Modestinum & Ulpianum castigati loci: exposita l. *Ut de iur. reur.* & l. *Papin.* §. *si ex causa de inoff. testa.* itémque apud Senecam Plinium Claudianum Tacitum plurimi. Rursum apud Paulum & Capitolinum *Impendij* vocabulum restituitur, defensa apud Papinianum *vulgata* lectione. *Induere* apud Tacitum & Claudianum, *exuendi* & *exutum* legi apud Tacitum & Plinium *debere* *Indicij* vocabulum in l. 2. C. *ut in poss. legat.* ex Papiniano, itémque apud Senecam *repositum*. Postremò apud Plinium Claudianum & Suetonium: apud Lactantium Dionem Plutarchum *Isocratem* singuli ex ista *literarum immutatione loci castigantur.*

## CAP. XVI.

**I**MO verò, cum nemo iuriscultus optimus esse possit (me quidem iudice) nemo, inquam, Apollinea iuriscultorum nostrorum responsa exponere aut cognoscere penitus, nisi qui grammaticus idem optimus fuerit: hoc est nisi qui non Ciceronis aut Isocratis *μυροδύκτων* consumpserit, sed quancumque Latinitatem, sed Hellenismum, & omnem denique iuriscultis familiarem loquendi rationem, è Iustini Pandectis aliisque variarum literarum auctoribus maceratis atque concoctis hauserit, perbiberit, in succum denique ac sanguinem redegerit: in eorum gratiam, qui rectum ad germanam sinceramque iuriscultantiam iter affectant, grammatici partes hactenus in iurisculto agere si perstitero, deique igne alieno lumen ipsis accendero, nihil inutile, nihil ab eo quod suscepi munere seiunctum, sed maximum potius operæpretium facturus videor.

Cur enim eos (ut mittam cætera, quæ partim alij iam tradidère, partim ipsi sequentibus libris, ut res feret, exponemus) hoc scire non iuuerit, quod me, quia nolebam credere, aliquando valde torfit: iterationibus eiusdem sententiæ minimè necessariis, *περὶ τὴν ἀπολογία*, inquam, &

a l. nuptura in fi. D. de iure dot.

*βαρτολογία* interdum iurisculto sicuti? ut Lauolenum<sup>a</sup> illo in loco, Quod si nõ euidenter apparuit de cuius mulier obligatione sensit, presumptionem ad filij debitum spectare verisimile est: nisi euidentissimè contrarium approbetur (nam hoc totum, Nisi, satis intelligebatur ex ipso clausulæ initio) ut Marcianum<sup>b</sup>, cum ait, in quartam hereditatis imputari res quas iure hereditario capit heres, non quas iure legati, vel fideicommissi, vel implendæ conditionis causa accipit: hoc addito, quod sertè *παρέλκον* est, Nam hæc in quartam non imputantur: ut Ulpianum<sup>c</sup> denique ubi, Si pupillus (inquit) sine tutoris auctoritate detulerit iusiurandum, dicemus non obstare exceptionem istam, nisi tutore auctore in iudicio delatio facta sit: Nam aut hoc postremum colon, aut illa verba, Sine tutoris auctoritate, ita esse superflua ut sine ipsis nihilominus eadem sententia constet, eruditus nemo non percipit. Rursum ex illorum usu nõne id vel maximè futurum est, si ad eò breuitati Laconicæ (quæ *εραχυλογία* Græcè nominatur) ac frequentius quidem studere nostros iuris auctores intelligant: ut horum siue figuratæ (sicut in aliquo huius libri sermone demonstrabo) siue simplici

b l. 97. in quantum. D. ad leg. Falci.

c l. 5. j. D. quar. rer. act. nõ det.

plici rectæque orationi supplenda esse non pauca, dicet ipsa iuriscultilis ratio. Enimverò quoniam redundantia & superuacanea facilius agnoscuntur, quæ se oculis quodammodo nostris offerunt, ut ne conuenientes quidem ipsos effugiant, id quod ex propositis exemplis patet: quæ verò desunt, & intelligi proinde atque si expressa forent conuenit: ea vel intentissimorum aciem aliis atque aliis rationibus præstritam plerunque fallunt, ut perniciosè in quibusdam errari ab ignorantibus necesse sit: de illis ne verbum quidem vnum addituri, ad istorum exponenda nonnulla nos dabimus, ut nullum interea filum orationis aut certum ordinem teneamus: cuius necessitate legæque, hoc præcipuè scriptionis genus liberum ac solutum esse intelligimus.

Ac primùm sermo de codicillis superiore proximo capite habitus id in memoriam reuocat, ut admoneam: in quo è recentioribus iuriscultis elegantiores humaniorisque nonnullos esse lapsos video, quorum libri legum Romanarum studiosis alioqui non inutiles habentur. Ad testamentum factos codicillos in libris nostris breuiter & quodam orationis compendio dici, qui scilicet ita facti sunt, ut ad testamentum pertineant, quemadmodum Imp. Alexander<sup>a</sup> loquitur. Ad testamentum verò pertinere codicillos, non modò qui testamento confirmati fuerint (ut ab illis perperam existimatur) sed & eos quorum nulla mentio in tabulis testamenti sit habita: quod satis apertè iuriscultus<sup>b</sup> comprobat his verbis, Qui principale testamentum arguit & à secundis tabulis repellendus est: item à codicillis ad testamentum factis, licet non confirmatis. Nam ex eo sequitur, ut & non confirmati, ad testamentum facti rectè dicantur: Et sanè ad testamentum pertinent, factique intelliguntur omnes codicilli, qui à testatore, id est, ab eo qui etiam testamentum condidit scripti sunt: quoniam testamenti ius sequuntur, etsi eo confirmati non fuerint, virisque nihilominus ex eo capiunt<sup>c</sup>: nisi à milite ad testamentum facti sint<sup>d</sup>: quocasu (cum militis testamentum nuda perficiatur voluntate<sup>e</sup>, ipsique liceat plura testamenta, ita ut alterum ab altero non rumpatur, face-re<sup>f</sup>) non sequuntur ius testamenti, ut ex eo pendeant, sed per se valere intelliguntur. Sed & hoc tentari potest eam illi voci, Ad testamentum, subiectam vim esse, ut codicillos licet ante testamentum factos, attamen quasi postea facti sint, pro sequela testamenti (quemadmodum de pupillaribus & secundis tabulis dicitur) haberi significet. Plane qui antè testamentum scripti neque confirmati testamento sunt à pagano, dici non potest quin subsecuto testamento rupti ac reuocati censeantur, & (ut Plinij lib. 2. epistol. ad Annianum verbo utar) pro non scriptis habendi, cum posteriore testamento, prius solemnem ac directam voluntatem continens ruptum esse constet: quamobrem vel testamento ipso, vel speciali alia voluntate postea confirmari ex mente quoque Papiniani oportuit, donec Seuerus & Antoninus Impp. & antè factos codicillos subsistere voluerunt, si appareret eo testamento à priore voluntate non recessum, idque à Iustiniانو<sup>g</sup> traditur. In du-

a l. in pr. C. de codic.

b l. 5. post legatum. §. qui principale. D. de iis quib. ut indig.

c l. ab inter. stat. in fi. §. sta l. 3. in fi. & l. quod per manus. D. de iure codicil. d l. milit. in princ. D. de testa. mil. e l. miles. 36. cod. tit. f l. quære-batur. in prin. eo. ff.

g §. non tantum. insti. de codic. l. ante tabulas. D. e. vide Duar. c. v. l. 2. disp.

bio itaque censentur esse reuocati antea scripti codicilli<sup>a</sup>, nisi hos valere voluisset testatorem aliquo iudicio appareat: quo casu profecto vt antea quoque facti: si testamento postea confirmati fuerint, direxerunt<sup>b</sup>, ita (iure saltem fideicommissi) ex tacita & noua voluntate testamentum subsecuta valituri sunt, quasi resuscitatis ipsorum viribus: proinde ac si ad testamentum, hoc est post testamentum conditum essent exarati. Denique vt posteriorem interpretationem hanc sequar, & potius quam illam alteram probem, eo cum primis moueor, quod aliis quoque in locis apud auctores nostros articulum istum, Ad, ita vel exponi vel usurpari reperio. Exponi quidem ab Vlpiano: nam cum non modò purè, sed & in diem aut sub conditione libertatem testamento dari posse constet, purèque datam statim quam adita vel ab vno ex heredibus hereditas fuerit, in diem verò vel sub conditione datam cum dies venerit vel conditio extiterit competere<sup>c</sup>, hanc conditionem, Ad annum liber esto, ita Iulianus<sup>d</sup> interpretatur. Post annum quam moriar, aut hoc modo, Post annum quam hoc testamentum factum erit liber esto: usurpari etiam à Paulo<sup>e</sup>, qui in illa stipulatione, Si Kalendis Stiehum non dederis decem dare spondes, cum mortuo homine quæreretur, an statim ante Kalendas agi possit, ex Sabini & Proculi sententia diem actori expectandum hac ratione addita respondit, Tota enim obligatio sub conditione, & in diem collata est: & licet ad conditionem committi videatur, dies tamen superest. Sic Florentinæ omnium castigatissimæ ac vetustissimæ Pandectæ scriptum habent, cum in quibusdam impressis, Et licet ante conditionem, quod ineptum est: in aliis, Et licet à conditione (quod eodem quo illud alterum sensu ferri leuiter potest) legatur. Quæ forsitan lectionis varietas, emendandi eius loci occasionem cupiam primi nominis iureconsulto præbuit, vt pro, Ad conditionem, ex notis à Triboniano minimè perceptis, Ante diem conditio, reponendum esse admoneret: quod ne prorsus improbem facit ea, quæ in aliis quæstionibus iuris, imò verò in omni re literaria, plurimum apud me (pro eo ac æquum est) valet, ipsius auctoritas: cui tamen adeò tribuere non possum, vt à Florentina lectione (hoc potissimum in loco) non ægerrimè discedam: præsertim quòd, Committi conditionem alibi legere non memini: At passim stipulatio vel pœna stipulatione comprehensa committi dicitur. & rectè, Ad conditionem, quodam orationis compendio, quo tale quidpiam designetur, Quantum ad conditionem attinet, quemadmodum Duarenus<sup>f</sup> ipsi placere video: vel potius, Ad conditionem, Post conditionem (existentem scilicet) quòdque alibi dicitur, Post euentum conditionis. Ait igitur Iulianus, etsi videatur commissa stipulatio, quoniam conditio extiterit, cum certum sit dari hominem amplius non posse qui obiit: nihilo magis tamen eam re vera commissam esse, cum non modò sub conditione, sed in diem quoque concepta sit: ante quem agi non potest, cum & in illis verbis, Decem dare spondes, repetitus esse intelligatur<sup>g</sup>. Forsitan & cum ad diem quis promittit

<sup>a</sup> facit in ar gum. l. im puberem. § qui codicil Jos. D. ad leg. Corn. de Falf. b. l. siue ini. C. de codicil.

<sup>c</sup> l. testamē to. 27. §. vlt. D. de manu test. d. l. 18. qui duos. §. vlt. D. eod. tit. §. l. 8. in illa D. de ver. obligat.

<sup>f</sup> in comē. ad eā leg.

<sup>g</sup> l. qui sic stipulatur 47. D. de ver. obli.

promittit<sup>a</sup>, eodem loquendi compendio post diem promittere censeri, non ineptè tentabitur, hoc est posteaquam dies venerit & elapsus sit.

Similia sunt orationis compendia cum iudicem ad exhibendum<sup>b</sup> eum intelligentes qui actioni ad exhibendum est additus: aut cum heredum seruorumve conditionem iuriconsulti<sup>c</sup> dicunt: vbi non de ipsorum persona siue qualitate, sed de conditione institutioni heredum aut libertatis dationi siue manumissioni adscripta sermo fit. Sic quoque cum nobis non contractus ipsi dentur vel adquirantur, sed res quæ in contractum deductæ sunt aut ex contractibus ortæ actiones: attamen reperias vbi adquiri stipulatio<sup>d</sup>, & utilis de euictione stipulatio dari<sup>e</sup> dicatur, quod de actione ex stipulatu debet intelligi. Similiter actione designantes, legem ipsam ex qua descendit actio, nominant, vbi agi lege Aquilia vel experiri<sup>f</sup>, vbi lex Cornelia de iniuriis competere<sup>g</sup> dicitur. Sic fraudem pro pœna ponere veteres (Vlpiano<sup>h</sup> teste) solebant: vnde fraudi esse, fraudem ferre, & sine fraude, id est sine pœna, damno, periculo, non semel apud nostros<sup>i</sup>, & apud Ciceronem, Sallustium, Liuium, atque Virgilium. Et Sallustius<sup>k</sup> quidem, Diem statuit antequam (inquit) sine fraude liceret ab armis discedere. Liuius<sup>l</sup>, Vt qui ciuis Campanus ante certam diem transisset, sine fraude esset: Item<sup>m</sup>, Milites parati vt sine fraude liceret abire, præsidio excefferant: &<sup>n</sup> indicibus Eburnio ac Fecenianæ ne fraudi ea res sit curare. At poeta<sup>o</sup> multo manifestius eum ita cecinit,

*Iam nosces Ventosa ferat cui gloria fraudem.*

Hic verò Seruius, ab eo quod præcedit id quod sequitur à veteribus fraudem pro pœna dictam rectè adnotat. Illud fortasse non itidem: quod ex M. Tullij Cornelianis hæc verba, Ne fraudi sit ei, qui populum ad concionem vocarit, in eam recitat: cum hoc loco fraus non pœnam, sed ipsam noxam & quasi pœnæ quandam (vt ait Iuriconsultus<sup>p</sup>) præparationem significet, ipsum denique crimen, peccatum, aut vitium: quomodo & alius apud Ciceronem eundem locis vbi in orat. pro Muræna, de L. Natta, Id erit eius vitrici fraudi aut crimini: & alibi, in orat. pro Rabirio. Nam si C. Rabirius fraudem capitalem admittit, quòd arma contra M. Saturninum tulit & cæt. Cum etenim admittere fraudem capitalem dicimus, non pœnam ipsam sed crimen, ex quo pœna oritur, admittere siue committere intelligimus, sed noxam & veluti pœnæ præparationem, ac denique tale aliquid delinquere (vt idem Vlpianus<sup>q</sup> ait) propter quod puniendus sit: & ita in maiore fraude conuictos ab Imp. Claudio ad bestias condemnatos apud Suetonium in Claudio capite 14. accipimus. Quamobrem (vt cum bona iuriconsultorum venia fari mihi quod sentio liceat) quod ab Vlpiano inibi<sup>r</sup> adiicitur veteres pro pœna fraudem ponere solitos ab illo loco (in quo fraus crimen ipsum non pœnam profectò designat) alienum, & forsitan à semidocto quopiam grammatico illuc iniectum esse iudico: præsertim sine quo rectè iuriconsulti sententia consistat, aut à Triboniano truncatum

<sup>a</sup> vt in laad diem. 77. D. eod. tit. b. l. 3. §. si meci. D. ad exh. c. l. si dies apposta. in fi. D. quando dies leg. ced. l. rogo 22. verif. nec profut. D. de fideic. lib. ber. d. l. quod dicitur in prin. D. de aucto. tur. e. l. minor. in prin. de euictio. f. l. vnica §. vlt. D. de r. pa. mun. l. 4. D. de cõ fessil. 3. §. an tamen. D. de incen. rui. & nauif. g. l. 5. in prin. D. de iniur. h. l. cum autem. 23. §. excipitur. D. de adil. edic. i. l. 1. §. j. D. ad leg. Fal. l. 26. §. hæc clausula. D. ex qui. cau. mai. & alibi, vt Brisson. notat. h. l. 6. de ver. sign. k. in Catilina. l. lib. 26. m. lib. 35. n. lib. 39. o. Virgilius li. 11. Ænei. p. l. aliud est fraus. 131. D. de verb. & ter. signifi. q. d. §. excipitur. r. d. §. excipitur. l. 23. D. de adil. ed.

(vt alia pleraque) ac mutilum relictum, quod aliud pertineret quam ad illud, Fraudem capitalem admittere. Nec enim nego fraudis appellatione interdum significari poenam, vt in illo Virgilij carmine, ac in isto Philipp. 12. M. Tullij loco (quem Seruius laudare potius, quam illum ex Cornelianis alterum debuit) vbi orator, Sertertium septies milies auertisse (inquit) Antonium pecuniam publicam iudicauistis. Num fraude poterit carere peculatus? Etenim id quod sequitur, hoc est poenam, ex fraude criminéque peculatus designasse, quodam loquendi compendio, Tullius videtur: vt illo in loco Virgilius: apud quem etiam alibi a: foedus luere Seruius, foederis rupti poenas exsoluere: & scelus mereri, poenam sceleris interpretatur (vt solet eruditissimus grammaticus loqui) ab eo quod praecedit id quod sequitur vt Scelus expendisse merentem. Quo ratione apud eundem poetam alio loco b, Luere peccata scriptum: & ex diuerso, Concessas iniurias apud Hirtium c, Concessa delicta, & criminum factam gratiam apud Suetonium d legimus, pro concessa delictorum venia, poenave, pro facta poenarum criminibus debitarum gratia, poena (vt ait Lactantius e) donata, & (vt nostri f post Plautum g, Valerium h, Litiuum i, ac Tacitum k loquuntur) poena remissa: & apud nostros l denique remissum mulieri iuris errorem, cum ex eo mulier poenam non suffinet.

Simili compendio meliorem in pignore m illum cuius potior causa sit n, qui sit melioris conditionis: Minorem aut maiorem fundum o, qui sit minoris aut maioris pretij: & seruum pignoris p, pro seruo qui pignori obligatus est: & Culpam vel interitum deberi q, cum ob culpam propriam aut interempta re post moram aliquis tenetur, nostri dicunt: & pati doli auctoris r eum cui ex dolo auctoris exceptio & obicitur & nocet, qui ex dolo auctoris obligatus est: Denegari etiam libertatem vel proclamationem ad libertatem pro eodem ponunt s: & Proclamare simpliciter ac sine adiectione vlla Impp. Diocletianus & Maximianus in quodam rescripto t, si ex vetustissimis codicibus emendetur, pro ad libertatem proclamare u. Nam haec oratio plena, illa vero breuis & concisa est: ex qua natum equidem iocum Ciceronis illum cenfeo, à Plutarcho relatum, ab interpretibus Plutarchi omnibus minimè perceptum de Gellio quodam: cuius tanquam seruis parentibus prognati dubia & suspecta origine, ac fortè literas quasdam in senatu recitantis altissima & contentissima voce audita: nihil mirum esse dixit Cicero, si vociferaretur ille, cum ex eorum esset numero qui proclamassent: sic enim est apud Plutarchum, in vita Ciceronis ad finem, Μάρκου δὲ Γελλίου δοκοῦντος ἐν ἐξελυθέρων γερονένας, λαμπερὰ δὲ τῆ φωνῆ καὶ μεγάλην ῥεάμματα. πορὸς πλὴν σύγκλητον ἐξαναρνόντες, μὴ

a lib. 12. E. nei. ibi. me Pro vobis foedus luere & decerere ferro & lib. 7. quod scelus aut Lapi this ratum aut Calydone merete. b lib. 10. E. nei. ibi. luat peccata ne que illos iu ueris auxilio. c lib. 1. de bello Ale. d Nerone cap. 29. & Caligula cap. 15. e de ira Dei ca. 18. f l. omne delictum. § pe. D. de re mil. Papi nia. li. sing. de adul. in fragm. Pirhoan. ti. 6. de incest. nupt. l. si o peris. C. de por. g Mostella ria. act. 5. h ca. 4. li. 5. i lib. 28. vbi de Fabio. k li. 11. An. l Paulus in fragm. Pirhoan. tit. 6. de incest. nupt. m l. 15. si no dominus. D. qui potior. n l. lex ve stigali. ver sic. ite que situm. D. de pigno. l. 3. §. 1. 4. in fi. l. qui balineum in fi. princ. l. etiam. D. qui potior. in pi. hab. o l. cum seruus §. scio ex facto. D. de legat. 1. p Paulus lib. 4. sent. tit. 12. de manum. §. debitor. q l. in naue. in fi. loca. l. cum seruus. §. in vfarum de legat. 1. r l. apud Celsum. §. de auctoris. D. de doli mali & met. excep. f l. liberis. in princ. & §. j. & §. si quis sciens. iuncta. l. qui sciens. D. de lib. cau. t l. 4. C. vbi cau. stat. ag. deb. u l. 8. de probat. l. 3. §. si seruus de adqu. poss. l. si vsumfr. §. j. l. ordinata. §. vlt. l. seq. §. j. & l. imperator. de liber. cau. & l. 3. §. Diuus Adria. de iu. fi. sci.

Δευμάστι.

Δευμάστι, ἐπι, καὶ αὐτὸς ἐξέβη τῶν ἀναπεφωρημένων. Scio dictum istud, eorum nonnullos accipere de praecoribus, non insulse prorsus aut inepte illos, vt videtur: propterea quod praecorones vt ceteri serui publici potuerunt ex corpore libertinorum sumi: vnde Sex. Naurum Cicero alicubi in orat. pro Quintio, neque parum facerem scurram neque inhumanum praedone meliore quam existimatum: & cum ei natura nihil melius quam videtur dedit, liberata vultu esse, quo impunitus dicax effloret, praeterea enim huiusmodi praecorones, atque adeo proclamantes non solum in hoc Plutarcho in prologo, Penuli.

Exurge praeco, fati populo quid dicendum, tam audum me praeco, si tuum officium seruis exercere dolo, quam peruenit ad te. Nam nisi chamabis, seruum non reperis famem. vnde Apuleius in Flouibus lib. 1. Praeco cum pro tribule & ipse tribunal ascendit, & ipse tribunalis videtur, & quidem percho sit aut agabulat, aut plerumque coherenti illi dicitur, & de auctore reoli. 3. In praecone publico silentium clamor tenet, Praconis amptobonauitatus acudator. & alibi li. 2. & 8. de i. i. i. aureo, sapientem auctorem: atque (vt beatus Ambrosius lib. 3. Hexameron, & Chrysostomum Homil. 5. ad popul. Antiochen. praeterea), quorum tam en illustria sunt testimonio) noster Iustinus, Nouella 70. de i. i. re (inquit) ἐπιφύρου, ἰδίου καὶ βολώντων. ἰμπύτων ἀνεύουτες. [ἐπιφύρου ἰδίου, ἐπιφύρου ἰδίου, ἐπιφύρου ἰδίου.] Verumtamen cum uerbae Plutarcho illo in loco non dixerit, sed ἀναπεφωρημένους, satis indicat iocatum Cicero nem, vt alibi a Ex Absoluerit (quod verbum partim ad reos, partim ad opera coepta refertur) sic eo loci ex Proclamandi ambigua significatione: quod verbum non apud alios b modo, sed apud nostros etiam auctores c generaliter & interdum apud alios quoque (sicut identidem apud nostros) specialiter de iis, qui de statu queruntur, sumitur: vt in illo Seneca loco d, Proclama ingenium esse te; quid expectas? cum in Iapanar veneris, iam tibi omnia templa praclusa sunt; Conferuarum oculis inquitur. Sic metum, pro actione quod metus causa; Calumniam, pro metu poenae vel accusationis ob calumniam: Prospectum & Luminis, pro seruitutibus istis ne prospectus offendantur, ne luminibus officiantur; a iuriconsultis poni, Accursus etiam ipse adnotauit e. Quin & interdicta loca eodem genere possit aliquis interpretari apud iuriconsultum f, ea quae in iurisdictionis sententia complectitur: vt non accessus tantum, sed vel ab accessu ab iis locis prohibitus datus fuerit. Nam haec Marciani verba sunt ex Pandectis Florentinis quae (cum deprauata in aliis habeantur) proponemus: Relegati siue in insula deportati debent locis interdictis abstinere: & hoc iure utimur, vt relegatus interdictis locis non excedat: alioquin in tempus quidem relegatus perpetuum exsilium, in perpetuum relegato in insula relegationis, in insulam relegato deportationis, in insulam deportato poena capitis adnotat.

lib. 2. Virg. 5. Enci. Sen. li. 1. de clementia ca. 9. & de vita beata ca. 27. Petronius Arbiter Sa tyrico. Claudianus lib. 1. in Eutrop. e l. si putator ad leg. Aquil. li. 5. cod. verfic. potuist. id Sylia. l. 4. §. idē Diuus. vers. Planē adleg. Cor. de Fals. d controu. l. lib. 2. g l. sed si ex dolo. in fi. de dolo. l. auxiliū. §. j. de mino. l. inter seruuitutes & seq. de seru. vit. vbi. prag. D. ad quam vide Duarenū li. 1. disp. ca. 33. fl. 4. relegati in prin. D. de poen.

R

gatur. Igitur hoc loco, Interdictis locis non excedere, forsitan significat iis locis in quibus exulare quis iussus est continere se, atque ita sententia exsilij parere, aut (quod ab eodem iuriconsulto *συντόμας* itidē dicitur statim) exsilio obtemperare: vbi, Et hæc ita, siue quis non excefferit in exsilium intra tempus intra quod debuit: siue etiam alias exsilio non obtemperauerit. Atqui vix est (meo quidem iudicio) vt iuriconsultus istud, Interdictis locis, alia ibidem atque alia significatione (noua præsertim & inusitata posuerit: Et valde fallor, nisi mendū est in verbo, Excedat: quod videtur ex posteriore isto, Excefferit, perperam esse repetitum (vt plerumq; vsuuenire, suo loco <sup>a</sup> docebimus) Itaq; sicut apud Modestinū alicubi <sup>b</sup> pro, Excefferit legendū, Accesserit, alias <sup>c</sup> admonui: hoc itidem apud Marcianum loco pro, Excedat, magis placebit, Accedat reponere, vt sit Græcē dictum, non accedere interdictis locis, pro ad loci non accedere. *Ὅτις κενωλυμῶσις τόπος μὴ προσέρχεται, μὴ ἐπέλθῃν*, & quod antē dixit, iis locis abstinere: non enim infrequens ista est (quemadmodum initio sermonis huius ostendimus) repetitio, præsertim si aliud præterea quidpiam (vt hoc loco fit) adiungitur. Iterationem sanē recipere atque admittere malumus, quā ē posteriore membro negationem tollere: quanquam id affirmatē interpretes Græci lib. 60. Basilicōn tit. 5. r. legisse videantur. Nam articulum abnutiū addere vel demere mihi semper fuit eritque religio: verecundius est quod hinc facio, literulam vnā aut alteram affini literula mutare: quod sæpe alibi faciendum esse didici, apud nostros aliarūque literarum auctores Græcos & Latinos: ad quorum mentem plerisque locis perdifficilibus assequendam, quantum in vna (vti dixi) literula addita, detracta, transposita, vel quolibet modo immutata, momenti sit: reliquo sermone isto plenius & apertius demonstrabo.

a ca. vi. huius lib.  
b l. abesse.  
D ex quib. cau. m. io.  
e in cōmentario ad l. abſentia.  
140. D. de d. uer. reg. iur. ant.

d. l. vlt. sub init. D. de iureiur.

e. l. si quis cū debito re. D. eo. ubi f. l. d. 17. in prin. eo. tit. g. d. l. iusurandū 17. D. de iureiur. & l. i. §. j. D. quar. re. r. nō det.

Apud Papinianum <sup>d</sup> in Florentinis & emendati oribus quibusq; codicibus ita scriptum est, Nam si controuersia inter creditorem & pupillum fuerit, an omnino pecuniam mutuam accepisset, & conuenit vt ab omni conditione discederetur, si pupillus iurasset, sique iurauerit se dare non oportere: naturalis obligatio hac exceptione tollitur, & soluta pecunia repeti poterit. vbi pro, Hac exceptione, in quibusdam impressis legitur, Hac pactione: quod etsi non est absurdum, propterea quia si quis cum debitore suo pepigerit, ne ab eo pecunia peteretur si iurasset, sique iurauerit, idē exceptionem iurifurandi dari debere & solutum repeti posse alio loco <sup>e</sup> iurisc. responderit, hac ratione addita quod iusta sit conuentio, si quolibet causa in cōditione iurifurandi deducta fuerit: & per iurifurandi religionem vel ex auctoritate iudicis vel ex pactione ipsorum litigatorum de cōditione controuersias alibi <sup>f</sup> traditur: attamen, quemadmodum exceptionem iurifurandi agentibus obstare <sup>g</sup>, sic naturalem obligationem exceptione tolli Papinianum breuiter (vt sit) dixisse, verius existimo: nec mouet, quod propriē non ipsa exceptione, sed iusto pacto vel iureiurando (ex quo exceptio pacti, aut iurifurandi nascitur) obligatio tolli videatur: nam si verum amamus, cum non ipso iure (nisi fortē naturalis tantum obli-

obligatio) <sup>a</sup> ciuillis autem non aliter nisi exceptionis ope duntaxat perimatur <sup>b</sup>, eamque opponi necesse sit: ex eo sequitur, vt solum iurifurandum aut pactum, nisi opposita fuerit exceptio, vires ad obligationem tollendam nullas habeat. Quamobrem paulo post idem Iurisc. Si fideiussor (inquit) iurauerit se dare non oportere, exceptione iurifurandi reus promittendi tutus est: adde quod cum esset, quæsitum, an creditor à fideiussore pecuniam petens excludendus esset exceptione iurifurandi à pupillo præstiti: vt responsum quæstioni conueniret, consequens fuit addere istud, Exceptione potius quā pactione tolli. Hactenus itaque Florentinam scripturam probō. Cæterum in eo sequi non possum quod pro, Ab omni contentione discederetur, Ab omni conditione præ se fert: non illo tantum in loco, sed & in eo qui sequitur <sup>c</sup>, Intelligere debemus actum inter eos vt si iurasset se dare non oportere, ab omni conditione discederetur. Cum etenim varias ad res Conditionis nomen accommodetur, vt conditio non legatorum modò aut stipulationum, sed & agrorum & personarum dicatur, qualitatemque ac statum earum: aut coniunctionem siue sponsaliorum siue nuptiarum, aut inhonestam quoque consuetudinem aut pactionem siue conuentionem <sup>d</sup> aut ipsam iurifurandi conceptionem <sup>e</sup> notet: hoc quidem apud Papinianum loco, in istarum aliqua significatione; Conditionis vocabulum recipi quæ possit aut ferri non video. Sed quoniam toto illo capite, Contendendi verbum non semel, itēque Controuersiæ vsurpauerat, statim vt in eius quæstionis à gravissimo iuriconsulto ibi exposita accuratorem tractationem incubui, quin pro Conditione, Contentione restituendum esset, minimè dubitavi: qui, vt hoc loco, sic apud Iulianum <sup>f</sup> interposito iureiurando ab omni controuersia discedi & solutum repeti posse: apud Paulum <sup>g</sup> quoque si quis iurasset se dare non oportere, ab omni contentione discedi, atque ita solutam pecuniam repeti posse, traditum memineram. Atque in excusum quandam ex vetustioribus librum nuper incididi, cum ista retractarem, in quo aliter ac in Florentino & meo codice, sed omnino ita vt olim ipse restitueram, ex scriptum reperi: quo fit vt, Contentione scripsisse Papinianum, extra omnem contentionem esse nunc arbitrer: præsertim qui sciā, quā facilē fuerit vt pro t. d. pro e. j. a librario Græculo (qualis Florentinarum Pandectarum scriptor fuit) atque ad eò pro Contentione, Conditione poneretur. Huc accedat quod in manuscriptis quibusque libris, aliæ aliarum locum literę vicissim occupant: illæ potissimum quæ formam figuramq; nō ab similes vt a & o, i c & e, d & b, n & u, & sic de cæteris: aut sonum æqualem habent, vt u & o vel æ, v & b, t & d, Q C & g, i & e. & aliæ nonnullæ: id quod è subiectis exemplis dilucidum atque manifestum fiet.

a l. Stichū aut Pamphium. §. Naturalis. D. de solutio. b l. credito. c. C. de pa.

d. l. vi. §. 6. vero verifi. fia autem.

d. vide Brisson. li. 3. de verb. signi. e. l. 26. in fi. l. 34. §. Di. tur & §. A. quiffimē. & l. 39. in fi. D. de iureiu. Senec. in proemio li. 7. decla. f. i. iuratur. dum. antep. D. de iureiu. g. l. si quis iurasset 41. D. de cōd. inde.

Atque i quidem cum e magnam habere communitatem ipse Varro alicubi <sup>h</sup> scripsit. Quamobrem apud Modestinum <sup>i</sup> vbi qui plures heredes instituit, testamento à quibusdam nominatim reliquit legatō, postea codicillos ad omnes heredes scripsit, ex responso quod adicitur, quæsitū fuisse qui ex heredibus legata præstare teneretur quæ nō codicillis, sed

h li. 5. delin. gua Latina ad finem. i l. legatorē §. qui plures. D. de leg. 2.





mus) Raptabat reponendum cenfeo, quomodo in Frobenianis legi ac cepimus, hoc est lacerabat, quemadmodum paulo post idem auctor loquitur, ubi de illo ipso, Igitur Tacfarinas disperso rumore rem Romanam aliis quoque ab nationibus lacerari eoque paulatim Africa decedere. Græci κατὰ σπέρην dicunt: nam Polybius quodam loco initio li. 2. histor. (si bene memini) ἀδελφὲς ἐπὶ τῆς ἑξέως (ait) καὶ κατέρυπον αἰὲς τὰς ἑσ χῆρας. [Sine ullius metu vagabantur atq; eas regiones vastabant.] Ac de veritate istius emendationis minimè dubitabit, qui Rapiendi & Raptadi verbis alibi etiam ea significatione Tacitum uti didicerit, ubi li. 12. annal. Igitur raptare inter se, immittère latronum globos, componere insidias & aliquando præliis congrèdi. & ubi, lib. 13. Fine anniturbidis rumoribus prorupisse rursus Parthos & rari Armeniam attatum est. Apud eundem Tacitum quod alibi lib. 15. annal. legitur ab una literula mendosum, nec adhuc tamen à quoquam esse castigatum arbitror. Quin & dissimulandis rerum externarum curis Nero frumentum plebis vetustate corruptum in Tyberim iecit quo securitatem annonæ sustentaret. quod ferrem profectò ipse, ac sustentarem lubens: nihil etenim sponte vsipiam immutauerim: sed cum non annonam ipsam, verum annona potius ac cibariis aliquem sustentare Latini<sup>a</sup> dicant: & frumentum qualecunque qui proiicit, ardet potius ac flagellet perendo, quàm sustentet annonam: adigit me atque impellit ratio, ut reponam Ostentaret, quod ab eodem auctore hac significatione ipsa vsurpatur li. 3. annal. ubi de Mæcenate, Eo acrior quo somnum & inertiam magis ostentabat. Hunc verò sensum illius loci (modò sic restituatur) esse optimum existimamus: Idèd Neronem species frumenti publici vrbis horreis conditi, ut inde plebi Romanæ vel in annonis vel in pane gradili erogaretur (hoc enim esse frumentum plebis interpretamur) & vetustate corrupti (cuius vitium nouorum conditorum admisione, posteriores Imperatores emendari præceperunt<sup>b</sup>) non diuississe populo, sed cum fisci damno in Tyberim profudisse ut se annonæ copia valde abundare (minimèq; sollicitum de annonâ vrbica esse ostèderet.) Atq; ut hîc pro Sustentare, Ostentare: ita paulo post eodem aut gemino certè mendo sublato, pro Subueniri Obueniri reponimus. ubi de Sulpitio quodam Aspero centurione, Pereunstanti Neroni (ait) cur in eadem suam conspirasset, breuiter respondens, Non aliter tot flagitiis eius subueniri posse. Tum iussam poenam subiit. Nam subueniri est auxilium ferri, Obueniri autem obsisti atque ire obuiam: quod huic loco aptissimum, illud alienissimum censèbit esse, qui propius eum defixam acie aspexerit: & frequenti vetustorum calamo exaratorum cum excusis librorum collatione didicerit, has siue præpositiones siue syllabas Ob & Sub, itèmq; In & Con, Præ & Pro sæpe commutari: alteramque alterius locum inuadere: forsitan ob similitudinem literarum aut notarum, quibus utræque ostendi à scriptoribus properantibus solent.

Equidem qui hoc non ignorarem, Compendij vocabulum pro Impendio perperam scriptum in quodam Pauli nostri<sup>c</sup> loco iam dudum obler-

<sup>a</sup> Sueto. Tit. berio cap. 46.

<sup>b</sup> li. 1. C. de condit. in publi. hor. lib. 10.

<sup>c</sup> li. 5. sent. riu. 3. de iis quæ per tur. sunt. 5. vlt.

obseruasse me recordor. Quod si per iniuriam eorum (ait) Jignis euasei rit dupli compendio damnum eiusmodi sarciri placuit. Nec enim dupli compendium facit is cuius res incendio ex aliena culpa perit: cum in hoc duplo rei quæ abest simplum insit, quod non lucro sed restitutioni debet imputari, nisi fortè pinguius hoc loco id verbi accipiendum est, pro eo quod quis ex legis taxatione consequitur ob damnum acceptum: ut in Plauti Querolo, Commodum iniuriarum dicitur id præmium quod ob acceptam inflicto vulnere iniuriâ alicui præstatur, ubi sic est, In loxu autem & ossibus loco motis vsque ad deuncem solidi iniuriam commodum placuit extendi: quod equidem non inficior ita defendi posse: verum tamen impendio potius quàm compendio scriptum à iuriconsulto crediderim, propterea quòd rectius, elegantius & magis propriè impendio dupli sarciri admissum dicitur, quoniam qui in culpa est, & rem ipsam in qua damnum datum est aut eius æstimationem, & verò alterum tantum impendere cogitur. Non fuit tam notum & familiare librariis Impendij quàm Compendij vocabulum: & idèd cum impendium quodam scribendi compendio exaratum esset, Compendij (quod ipsi forsitan amarent) sæpe pro Impendio, substituere vocem non dubitarunt. ut apud Capitolinum in vita Pertinacis, quoque ubi de Pertinace, Alimentaria etiam compendia quæ nouem annorum ex instituto Traiani debebantur, obdurata verecundia sustulit, nec enim hodie dubito quin pro Compendia legi debeat Impendia: ut sumptus significantur quos in alimenta plebis Romanæ sololisque ac posterorum educationem Traianus fecisse dicitur à Plinio qui principem his verbis alloquitur in Panegy. Traiani, Omnes tamen antequàm te viderent audirèntve, recipi incidique iussisti, ut iam inde ab infantia parentem publicum munere educationis experirentur: crescerent de tuo qui crescerent tibi, alimentisque tuis ad stipendia tua peruenirent, & cæt. & statim (ubi & Impendij verbo vitur) Rectè Cæsar quod (sem Ro. nominis sumptibus tuis suscipis. Nul- lum est enim magno principe ait, immortalitatemque merituro impendij genus dignius, quàm quod erogatur in posteros. & paulo post idem Impendij vocabulum, hac ipsa de re agens, vsurpat, Nullam congiario culpam, nullam alimentis crudelitatem redemisti: nec tibi beneficiendi fuit causa, ut quæ malefeceras impunè fecisses: amor impendio isto, non veniâ quæ sita est, & c. & Tacitus lib. 4. anna. quoque de Tiberio, Plebes acri quidem annona fatigabatur, sed nulla in eo culpa ex principe. Quin infœcundatiterrarum aut asperis maris obuiam iit quantum impendio diligentiaque poterat. Cæterum ut in plebem, ita in seruos, in aulicos siue palatinos itèmq; in milites rectè impendia fieri dicuntur: quos alimus, quibus demensum annonas & cibaria præstamus. vnde Panegyristes Pacatus<sup>b</sup> ad Theodosium, Ne quis se pati iniuriam putaret, à te voluisti incipere censuram, & impendia palatina minuendo, nec solum abundantem reiiciendo ium- ptum: sed vix necessarium vsurpando demensum, quod natura difficillimum est, emendasti volentes. Ammianus Marcellinus lib. 30. hi-

<sup>a</sup> in anti- qua comæ dia qua Plauti Au- lularia in- scribitur à Petro Da- niele no- stro lucido nata ad si- nem.

<sup>b</sup> Latin. Pa- catus Dec- panus in Panegy. Theob.

stor. vbi de Valentiniano, Ita hic quoque post prociñtus Parthici clades, magnitudine indigens impensarum, vt militi supplementa superpetent & impendium, crudelitati cupiditatem opes nimias congerendi miscebat. Spartianus de Adriano in eius vita Siquidem ipse potestatem Cæsarem Octauium labantem disciplinam incuria superiorum principum retinuit, ordinatis & officiis & impendiis. Quæ huc ideo congesti testimonia, vt Impendij vocabulum vno apud Papinian. loco<sup>a</sup> adhuc assererem: vbi, Ex causa desertionis notatus (inquit) ac restitutus temporis quod in desertione fuerit, impendiis expungitur: cum expuncto isto Impendiis, contra Florentinorum omniumque adeo exemplarium fidem, nonnulli ex eruditioribus ante aliquot annos imprudentius ibi Compendiis reponendum esse, literis prodiderint.

Est adhuc vnus apud Tacitum locus, quem dudum diuque ab ista literarum immutatione suspectum habui: de quo tenere me non possum, quin paucis animi mei sensum lectori eius auctoris studio statim aperiam. Nam vbi de Atrato ac Secundo Carinate agit lib. 15. annal. vbi de Nerone. hæc historici optimi verba sunt, Ille libertus cuiusque flagitio promptus: his Græca doctrina ore tenus exercitus animum bonis artibus non induerat. Hic igitur aliquando Imbuerat malebam, qui Ciceronem aut Lucretium Imbuendi verbo μετεφορικῶς hac ipsa significatione vti didiceram: notatum est à Turnebo cap. 21. libr. 18. aduersar. & nostrum quoque Tacitum paulo post, eod. libr. 15. annal. Nam vetus miles timebatur tanquam fauore imbutus. & alibi, lib. 20. Cerealis à metu infamiae si licentia scæuitiæque imbuere militem erederetur, pressit iras. & alibi in dialogo de oratorib. Qui elementis studiorum etsi non instructus at certe imbutus sit, & postea, Ideoque & iuris ciuilibus scientiam veteres oratores comprehendebant, & grammatica musica & geometria imbuebantur. & statim, Ergo apud maiores nostros iuuenis ille qui foro & eloquentiæ parabatur, imbutus iam domestica disciplina, refertus honestis studiis deducebatur à patre vel à propinquis ad eum oratorem qui principem locum in ciuitate tenebat. Sanè (vt fatear id quod res est) non prius ab hac opinione desisti, quam collato vetusto nostro Claudiani libro cum excusis, induendi verbum à poeta optimo atq; castissimo eadem translatione usurpatum offendi: sic enim ille alicubi in Paneg. 3. in Stiliconem cecinit

*-posito iam purpura fastu*

*De se iudicium non indignatur haberi.*

*Sic docuit regnare sacer, sic casta iuuenta*

*Frena dedit, teneros his moribus induit annos.*

In excusis perperam antea Decuit & Imbuit legebatur: nos vetusti libri scripturam, tenemus atque amplectimur: præsertim quæ auctoritate Taciti fulcitur, ipsamque mutuo (vt fit) adiuuat. Apud quem, vt de recepta lectione nihil immutem: id etiam facit, quod alibi lib. 12. annal. hoc induendi verbum figuratè idem auctor posuit: Transmissioque amæ Tygri permeant Adiabenos quorum rex Hyliates societatem Meher-

a l. pen. D.  
de ic mili.

Meherdatis palam induerat. & noster Vlpianus<sup>a</sup>, cum gladiatoribus post triennium rudem induere hoc est accipere sumere (nec enim sci- pio Virgave corpori quasi vestis aptari potest) permitti scribit: Postremo quod sicut Induendi duobus istis in locis, ita Exeundi quoque verbo μετεφορικῶς tam crebro illum usum esse comperi: vt propemodum singulos indicare locos me pigeat, nisi quod aliam ad rem hoc ipsum (vt spero) iuuerit. Igitur, Omnis exuta (inquit lib. 1. annal.) æqualitate iussa principis aspectare: item, At ille moriturum potius quam fidem exueret clamitans: & postea, ad finem eius lib. Quam virtutem diu retinuit cum cæteras exueret. Item alibi lib. 2. Cæteri eederent Italia, nisi certam ante diem profanos ritus exuissent: & lib. 3. Tum exuto iustitio reditum ad munera. & paulo post, Obsequium erga Imperatorem exuit. Itemque li. 5. Seiani amicitiam cæteri falso exuerant, & postea, sub finem eius lib. Dedit spatium exuendi pacta. Et alibi, lib. 11. annal. Ac ne iussa exuerent præsidium inde muniuit. & statim, Ne tamen miles otium exueret. Item alibi li. 12. Missis corporibus exuendam ad fidem hostes emercari. & postea, Territum exutumque campis Mithridatem compulsam in castellum. alibi lib. 13. denique Tacitus idem hostem sedibus exuere, & paulo post promissa exuere, alibi lib. 14. Magistrum exuere, alibi lib. 16. Charitatem & aspectum ciuitatis, alibi li. 19. Sacramentum, alibi lib. 20. Iugum & postea societatem, alibi, lib. 21. ann. postremo patriam exuere dixit. In libris quoque nostris non infrequenter figurato loquendi genere à propria significatione transfertur ad aliam: vt cum Delictis exuere quis dicitur, actionibus, ære alieno<sup>d</sup>, & honore<sup>e</sup>, Quorum testimoniorum copia, nõ vereor vt se frustra lector esse obrutum queratur, aut mihi τὸ τὸ ἀκαταλόγητον [minuè hæc persequi.] exprobret, quandoquidem hoc tam familiaris Tacito vocabuli argumento præcipuo nitor ad castigationem alicuius apud ipsum loci, quem alioqui nemo non esse in integrum putauerit, prorsus asserendam. Etenim vbi de Claudio Cæsare li. 11. ann. Famosos probris quoniam modo senatu depelleret anxius, mitè & recens repertam quandam ex seueritate præca (inquit) rationem adhibuit: monendo secum quisque de se consultaret peteretque ius exeundi ordinis: facilem eius rei veniam: & motos senatu & exeutos simul propositurum. Atqui non exire ordinem sed ordine dicimus: honorem (vt antè ostendi) ac dignitatem & ordinem exuere pereleganter atque admodum magis proprie, quam superiora proferimus: propterea quod qui dignitates, ij plerumque vestes etiam (ipsarum scilicet dignitatum insignia) suscipiunt ac induunt: & vice versa, qui magistratum eirant seque ipso abdicant, eadem insignia deponunt ac exuunt: vnde ipse Tacitus lib. 3. annal. Marcus Piso exuta (inquit) dignitate & accepto quinquagesimo tertio in decem annos relegatur. item lib. 15. Exuti dehinc tribunatu Pompeius, Cornelius Martialis, & cæteri. & alibi lib. 18. denique de Cornelio Fusco, Prima iuuenta quietis cupidine senatorium ordinem exuerat. Quam obrem illo in loco ex li. 11. annal. de Claudio Cæsare, quem antè proposui, pro, Peteretque ius exeundi ordinis, mutato paulum ordine duarum literarum,

<sup>a</sup> infragm.  
Pitho. tit.  
11. de abi-  
gear. eo lo-  
co quem  
adduxi ca.  
11. supra.

<sup>b</sup> l. 2. s. ne-  
modelicta  
D. de cap-  
minur.  
c. 1. 2. D. de  
sent. pass.  
d. 1. incen-  
dium. C. 6.  
cert. pet.  
e. 1. C. Th.  
ad leg. Jul.  
repet.

Peterétque ius exuendi ordinis, reponentem: futuros esse confido, qui me sequantur & laudent plurimos, neminem qui reprehendat existimo. Forſitan & apud Plinium Secundum hoc argumento, quod eadem qua Tacitus atate ita vixerit, vt ei familiaris eſſet, magna concordia ſimplicitate ac fide: quòdque ſibi Tacitum (ita ſimilitudo naturæ ferebat) maximè imitabilem maximè imitandum eſſe viſum eidem Tacito ipſe lib. 7. epiſt. ſcripſerit: quiſpiam futurus eſt, qui hæc ex eiuſdem Plinij literis lib. 2. epiſt. ad Arrianum verba (Quid enim miſerius quàm exectum & exemptum honoribus ſenatoriis labore & moleſtia non careret?) ſic emendantem, vt pro Exectum vel (vt aliàs legi adnotatur) Exatum, id quod in illis Taciti lociſtam crebrò ſcriptum legimus, Exutum reponatur: nequaquam deſerat, ſed tanto vehementius amplexetur.

Ex ea qua de agimus literarum inuicem commutatione, nullum frequentius mendum in libris exſcribendis eſſe conflatum, ac deinde correctum ſciamus: quàm quod ſimilitudo harum n & v literarum genuit. id quibuſdam locis minimè adhuc animaduertum indicare placet. In reſcripto quodam D. Marci<sup>a</sup> perperam ita ſcriptum legimus, Quoecunque enim iudicio voluntatis cautio legati vel fidei commiſſi remitti poteſt. Reponet ſtatim Indicio (quod ſine vlla dubitatione rectius eſt) qui & alibi<sup>b</sup> voluntatis iudicium à noſtris dici: & verò ex eo reſcripto eadem omnino verba in Pandectis, vt Indicio legatur, à Papiniano<sup>c</sup> reſcripta eſſe didicerit: apud quem alio etiam loco<sup>d</sup>, ſi me librorum adiuuaret auctoritas, mallet Indicio ſcriptum, quàm Iudicio: vel potius, quoniam vtroque in loco ex eodem Papiniani ſeptimo reſponſorum libro Pandectas Florentinas Indicio non Iudicio præ ſe ferre, cum ſuperiora iam exſcripſiſſem, animaduerti: propterea ſic potius, quàm vt in vulgatis, legatur ſuadeo & auctor ſum. Sed & apud Senecam cap. 3. li. 2. de ira. vbi affectum eſſe non ad oblatas rerum ſpecies moueri, ſed permittere ſe illis: & hunc fortuitum motum perſequi dixit: cum hæc deinde verba ſubiiciantur. Nam ſi quis pallorem & lachrymas prociſſentis & irritationem humoris obſcœni altumve ſuſpirium & oculos ſubitò acriores, aut quid his ſimile iudicium affectus animique ſignum putat, fallitur, nec intelligit hoſ corporis eſſe pulſus. pro Iudiciũ, rectè à nobis Indicium reſtitui, qui erit aliquo iudicio præditus, omnino ita ſentiet. Ex eadem harum inter ſe literarum affinitate orta innumera pene menda ex aliis auctorum locis exempta cum fuerint: in his tamen aliquot hæcenus cum hæſerint eluam ſi potero. Ac primùm vbi Plinius<sup>e</sup> ad Traianum, Vidimus delatorum iudicium (ait) quaſi graſſatorum quaſi latronum, non ſolitudinem illi nouiter ſed templum ſed forum incederant. pro Nouiter quod in Frobenianis & Gryphianis (alia namque conſulendi exemplaria etiam non fuit) excuſis legitur omnino reſtituendum eſſe, Non iter aſſeuerò, & eruditibus omnibus hanc probatum iri emendationem arbitror. Sed & quod apud

a l. 1. C. vt in poſſeſſ. legat.

b l. recuſa. ci D. de ad qu. vel o. mi. hered.

c l. auia. 76 s. pater. D.

d de cond. & demonſt. d l. ante tabulas. s. D.

e in Panegyri. Traia.

f in Panegyri. in 4. conſul. Honor.

In commune iubet ſi quid cenſeſque tenendum,

Primus iuſſa ſubi: tunc obſeruantior aqvi  
Fit populus, nec ferre vetat cum viderit ipſum  
Auctorem parere ſibi.

Ita emaculabitur ſi pro Vetat, Negat, reponendum eſſe quiſpiam dixerit: quod equidem in primis approbarim. Apud eundem præſectò Claudianum ex meo manuſcripto (quem olim à Clunia cenſibus donatum, illuſtriſſimi Galliarum Cancellarij ſua morte nuper, magno cum proborum omnium luſtu, noſtro quidem certè perpetuo, extincti Michaëlis illius Hoſpitalis beneficio & auctoritati acceptum lubenter ſeruiſſimus) ex eo inquam libro & quibuſdam excuſis contrarium errorem, vt pro n, v reſtitui debeat, eſſe corrigendum nemo negauerit in iſtis in Ruſſinum verſibus<sup>a</sup>: quibus poſt habitum de Serrano & Fabritio ſermonem, ita cecinit.

Et caſa pugnaſces Curioſ anguſta tegebat:

Hæc mihi paupertas anguſtior, hæc mihi recta

Culmenibus maiora tuis.

Nam pro Anguſtior (quod forſitan ex illo Anguſta, quem admodum ſolet, vt ſuo loco cap. vlt. huius lib. docebimus, ortum habuit) Anguſtior eſſe legèdum: etſi auctoritate vteris exemplaris, quæ nos adiuuat, deſiceremur illa certè quæ præcedunt aut ſequuntur ipſius Claudiani carmina ſatis arguerent. Ac ſimiliter apud Plinium libro quarto, epiſt. n pro ſubſtituendum eſt, vt pro Leuiſſimi legatur Leniſſimi, quo loco ad Romanum ſcribens de multa Senatori à prætorè dicta: epiſtolam ita concludit, Dices non omnes prætores tam ſeueri: Falleris nam vel inſtituere vel reducere eiufmodi exemplum non niſi ſeueri, inſtitutum reductum ve exercere etiam leuiſſimi poſſunt. cum enim ſeuerò non leuis ſed lenis opponatur, eius caſtigationis rationem, ſatis cuique patere cenſeo. Erunt (icio) nonnulli quibus hæc leuia vſque adeo menda eſſe videbuntur. vt in his tollendis vel indicandis quæ per ſe manifeſta ſunt, fruſtra tempus à nobis inſumptum operamque collocatam enuntient: quibus hoc reſponſum vno verbo volumus: nihil aut leue nobis aut labore noſtro minimè dignum videri, quod typographos & librarios pleroſque non ineruditos, quod librorum excudendorum correctores (vt vocant) quos ipſos denique auctorum interpretes & ſcholiaſtas, antiquos præſertim, fugerit. Quamobrem ex iſta vtcunque facili permutatione literarum aſſimilium, inſignis error ille apud Laſtantium à me non præteribitur: de origine erroris lib. 2. diuin. inſtitut. cap. 19. qui omnes eius auctoris excuſores, atq; adeò Michaëlem Thomafium vt recentiſſimum, ita diligentiſſimum & erudiſſimum ſcholiaſten, & à veterum librorum copia inſtructiſſimum (vt qui Romæ tum eſſet, cum notas ad illum auctorem ſuas conſcriberet) nihilominus lauit. Si autem omnis imitatio non res potiſſimum ſeria ſed quaſi ludus ac iocus eſt, non religio in ſimulacris ſed minus religionis eſt: Nullum ouò tam ſimile, quàm hæc inter ſe duo m & n elementa ſunt: in illis tamen Laſtantij verbis ne modum errorem agnouerat: nos pro Minus Mimus reponendum eſſe indicamus: & illis, quæ præcedunt, verbis

a ex lib. j. Claudiani in Ruſſia.



adiuamur. Quicquid enim simulatur, id falsum sit necesse est, nec potest vnquam veri nomen accipere, quod veritatem fūco & imitatione mentitur. Sed paria isti & ex eodem genere adhuc errata duo minime itidem ab interpretibus agnita vel notata corrigemus apud Suetonium: qui cūm & Tacito & Plinio ( quos isto sermone non parum adiuuiffe videmur ) æqualis fuerit, & in studioſorum hiftoriæ Romanæ iuueniū manibus non raro fit, ſuo quodam iure hunc iſtius capitis locum, noſtriq; partem laboris ſibi vindicat.

Ille igitur de Aſiatico Vitellij liberto ſic fere ſcribit, cap. 12. Hunc a doleſcentulum mutua libidine cooſtupratum mox tædio proſugum cūm Puteolis poſcam vendentem deprehendiſſet, coniecit in compedes ſtatimque coluit & rufus in delicijs habuit, &c. Non placet quod ait ſtatim coluiſſe & rufus in delicijs habuiſſe, & videtur iſtud, Rufus ſuperfluo adiectum: niſi quod, qui non erit proſus ἀμουθς mecum probabit, vt apice vno adiecto pro, Coluit Soluit reponatur, ita namq; totum iſtud commodè aptabitur, vt coniectum in compedes ſtatim ſoluerit, hoc eſt cōpedibus liberauerit Vitellius, deinde rufus in delicijs habuerit. Illud autem eruditus & acumine aliquo iudicij præditur nemo apud eundem Suetonium ferre non inuitus aut excuſare poterit, quod in libello de illuſtrib. grammat. de M. Pomponio Marcello ſermonis Latini exactore moleſtiſſimo, ſic ſcribit. Hic idem cum ex oratione Tiberium reprehendiſſet, affirmante, Atteio Capitone & eſſe illud Latinum & ſi non eſſet, futurum certè: Iam inde mentitur, inquit, Capito. Tu enim Cæſar ciuitatem dare poteſ hominibus, verba non poteſ. Namque vt verum ſit quod aiebat Marcellus non poſſe verba dare principem hominibus, ideo fortasſe quod ἀρχά τον άνδρα δείξει, vt eſt apud Ariſtolelem li. 5. Ethic. ad Nicom. cūm tamen alio qui non priuatorum amplius hominum & plebeiſeorum ſed nobilitum ſed patricias ſed Imperatorias iſtas mentiendi diſſimulandi atque aded verba dandi artes & iſtis principum oratoribus familiares, imo verò etiam (quibus hoc ſeculo, pro h dolor! moribus viuunt) neceſſarias eſſe, qui ſibi plurimum ſapere videntur, palam dicunt. Sed vt ſit: eūm de verbis an ea Latina eſſent necne ageretur: quo bonum fuit addere, Verba dare hominibus principem non poſſe, quibus tamen ciuitatem dare poſſit. Lectorem hic amplius non morabar. Omnino, Marcelli grammatyci iocus, cūm in Dandæ ciuitatis vocabulo hæreat: non hic Verba ſed Verbis legendum eſt. Atteius igitur Capito Iuriſconſultus ( qui cūm ſub Tiberio floretet, inſignior inſamia fuit: quod humani diuini- que iuris ſciens, egregium publicum & bonas domi artes dehoneſta- uiſſet ) ſuum dominantibus obſequium vt probaret, plerumque adula- batur Tiberio: quantum ex Tacito li. 3. annal. didiciſumus. Tiberius au- tem qui grammatycus præcipue appetebat Græculſque conuiſoribus maxime acquieſcebat ( auctore Suetonio in Tiberio cap. 56. & 70. ) ſer- mone tamen Græco quanquam aliàs promptus & facilis ( hæc cuiſdem hiftorici cap. 71. verba ſunt ) non viquequaque vſus eſt, abſtinuitq; ma- xime in Senatu, cūm igitur incidiffet vt non Latina ſed peregrina voce

vt cre-

vetetur, & eam ob rem a Marcello grammatycis reprehenuſus eſſet: ambitioſa putidæque Capitonis & adulatoria excuſatio bello iſti ac ſoſtuo dicto argumentum & occaſionem præbuit: vt hominibus qui- dem peregrinis Latij ciuitatiſque ius, pro imperio ſuo princeps poſſet concedere, non item peregrinis vocibus, in quas conſuetudo ſola, cui- ius beneficio ſcilicet Græca nomina pleraque in Latium ( ſic apud Se- necam in prologo controuerſ. pro in Latium legitur ) ita eſſe tranſla- tiſciimus, vt ſint pro Latinis: liberum arbitrium omnemque ( vt ſupra cap. 12. huius libidoeuimus ) poteſtatē habeat. Satis ipſa ſe quidem i- ſtus noſtra caſtigatōis veritas oſtendit, vt nulli confirmatione indi- geat: eam tamen Græca Dionis idoneſ grauiſque hiftorici fidē hoc procliuſus illuſtre reddidero, vt ex huius quoque oratione maculam ( que in proprio grammatyci nomine reſedit ) etiam: πώρελλος τις ( ſic lib. 57. hift. ) : τω παραβών τον αυτάρ ανθρωπος μω πολιτειαν ρωμαϊων δυνάσει δένει, ρήματα δ' ε' . [ Porcellus, vel potius Marcellus quidam, re- ſpondens, dixit. Potes quidem, o Cæſar, ciuitatem dare, ſed non verba effice- re ac ciuitate donare. ] Hic itaque pro πώρελλος, ex Suetonio μαριελλος reſtituo. Frequentiſſimus lapſus eſt, ipſorum dicam hiftoricorum, an libratio- rum in exprimendis Græcè Latinis, hominum præſertim aut locorum propriis nominibus. At tæbrior iſta eſt mutua ſyllabarum quæ com- pendio ſimili poſſiſſimum ſcribuntur vt μαρ παρ μορ & πορ itē que ρ & ω aliarumque apud Græcos literarum, eadem ex cauſa indoctos li- brarios fallentium, commutatio. Ergo vt hic pro πώρελλος, μαριελλος reponimus: ita Gulielmus Canterus Ultraiectinus ( cui, ob egregie na- uatam varijs & felicibus & ingenioſis emendationibus operam, vete- res auctores & in his poète præſertim Græci plurimum debent ) apud Dionem pro μαριελλος, πωριελλος: apud Ariſtitem pro καπνειν καινειν apud Andocidem pro κηπου δημου ratione optima reſtituendum eſſe demonſtravit. Ipſe quoque ante octo annoſ Lutetiæ Cariftorum in comitatu principis cum eſſem, quo muneris mei me neceſſitas domo euocauerat: literatoſ ex amicis aliquot in familiari ſermone admonui, mendum in quodam Plutarchi loco grauiſſimum ex harum ω & μ lite- rarum permittatione conſtatū facili negotio tolli poſſe: quod lauda- rum omnes; mihi que hoc nomine gratulari commemini. Sed præ- ſtat, vt ipſius Plutarchi in vita Cicer. verba ( quibus dictum Ciceroniſ re- citatur ) oculus omnium iſtibi citamus: ſi forte adhuc aliquot eius mendi caſtigandi atq; tollendi ratio fugiat, vt hinc poſſint petere επειδ' ε' ράυ- σες ούλλα τε μοναρχήαντες εν ρώμη πολλους δπθ ανατα προγράφαν- θε εν δανείοις γραμματοίς, και πολλά της εστας δεκασαθης, αμαρτιαν προγράφε. τω πτω ερη μάλλον αυτ' πτω προγραφήν αρεσκευ η πτω πα- τήραν In his autē illud αμαρτιαν ſcriptoris αμαρτια laborare Xylan- der viderat, & recte quidem: Quis etenim de peccati proſcriptione quicquam apud veterem vllūm & idoneū auctorem legit? Sed quid ille igitur? Nempe quoniam de iſto αμαρτιαν quid faceret non habe- bat: Cūm bona quædam proſcripſſet, expoſuit: Diligenter poſtea Cruſerius, in apophthegmatibus Plutarchi αμαρτιαν legi adnotauit:



quod vocabulum cum alibi scriptum legisse me non recorderer, & illud ἀμαρτίαν planè ineptum esse iudicaret, ex duabus deprauatis re-  
 ctum vnum integrumque (ἀμαρτίαν scilicet) vtrobiq; quo vasa quo  
 suppellex & vrbanae domus instrumentum significaretur, olim fecerã;  
 sed interpreti nostrati alioqui perspicacissimo (cui Plutarchus pluri-  
 mum debet) intè primam eius interpretationis editionem indicare nõ  
 potueram: itaque in secunda denum editione Valesianica, sententiam  
 siue coniecturam à nobis ipsi patefactam secutus est: quæ si Cruserio  
 coniecturam in mentem venerat: præsertim qui (vti nos) illum alterum  
 Plutarchi locum ex apothegmatibus vidisset: miror equidem cur bo-  
 norum potius quã suppellectilis auctione proscrispisset, verterit. Plutar-  
 chus enim non bona palàm omnia sub hasta præconis à Fausto Sylla  
 venum exposita significat: sed cum cætera decoxisset, postremò su-  
 pellectilem etiam, quo pecuniam promptius conficeret, proscrispisse,  
 vt nihil ei reliquum fuerit: ne id quidem, sine quo aded vivere nemo  
 posse creditur, vt specialiter obligatorum fuisse non sit verisimile: qua  
 propter generali bonorum rerumque omnium quas quis habuit, habi-  
 turusve sit obligatione non cõtineri Vlpianus<sup>a</sup> responderit. Bellè igitur  
 Cicero hanc Fausti magis quàm illam Lucij Syllæ proscritionem  
 sibi placere dixit, ex ambigua Proscritionis significatione ludens:  
 quod verbum vel ad eos pertinet, quorum fortunæ capitæque iussu al-  
 terius vtputa magistratus deuuentur publicantur atque confiscantur<sup>b</sup>  
 (qua L. Cornelium in ciues Romanos consulares indemnatos & inson-  
 tes, pretio cædis per quæstorem ac tabulas publicas, vt loquitur Sene-  
 ca, numerato: pro libidine hasta in foro defixa crudeliter vsu esse te-  
 stantur historiæ) vel ad eos refertur, qui non aliena, designatorum ad  
 eadem hominum, & (quod Græci dicunt) ἤδη ὑπὸ κληροχθέντων, aut et-  
 iam capitali supplicio affectorum: sed sua vel in quibus aliquid iuris ha-  
 beant, bona vendenda proponunt, & auctione facta plurimi licitanti-  
 bus addicunt<sup>d</sup>. Sensit hoc igitur illo mordaci dicto Tullius, Quanto il-  
 la Romanorum ciuium, quàm Sylla pater fecerat, proscritio & iniu-  
 sta & bonis omnibus luæuosa fuerat: tanto istam, quam Faustus filius  
 sua vendens pateretur, proscritionem vt legitimam ac iustam sibi iu-  
 cundam & gratam esse: quod facultatibus paterno scelere quæsitis lap-  
 sus filius, eo redactus esset vltimæ inopiæ: vt non modò vbi pedem in  
 suo poneret, habere desisset, verum etiam vasa ipsa communi patris-  
 fam. ad edendum ac bibendum vsui parata distraheret à seque amitte-  
 ret.

a l. obliga-  
 tione. D.  
 de pignor.

b l. 20. C.  
 Th. de pec-  
 nis. l. 5. ff.  
 12. & 13. C.  
 Th. de bõ.  
 proscript.  
 seu damn.  
 c. Velleius  
 Paterecu-  
 lus l. 2. Se-  
 neca de di-  
 nia. prou.  
 Augustin<sup>9</sup>  
 lib. 3. de ci-  
 uit. Del ca.  
 28. & 29.  
 d. l. 4. C. de  
 distr. pign.  
 l. 6. C. de fi-  
 de & iure  
 haste fisco.  
 lib. 10.

Cum autem ex mutis tenuibus ac liquidis apud Græcos literis, ob si-  
 militudinem pronuntiationis (quæ facillè vitium admittit) aliam in a-  
 lius locum Græcis in libris, identidem subintrare constat: videant erudi-  
 titi an & apud Isocratem in oratione ad Philippum in fi. pro tenui, re-  
 ponenda sit aspirata litera: quo loco excusi omnes hæc admodum ha-  
 bent, ἀλλὰ τὸ δαιμόνιον ἔσθε αὐτὸν ἐκ ἐμοῦ φροντίζον, ἀλλὰ τῆς ἐλλάδος  
 καὶ φιλίας, καὶ βουλομένων αὐτῶν τε ἡδὲ καὶ ἀπαλλάξαι τῆς παροῦσης,  
 καὶ οἷον πολὺ μείζων τῆς νῦν ὑπαρχούσης. Equidem ita  
 legitur

legisse Vvolsum interpretem scio, nec de vulgata scriptura quicquam  
 immutasse, cum illa Græca his Latinis reddiderit, Existimandum erit  
 non senectuti meæ accepta referenda, sed Dei alicuius beneuolentiæ  
 qui non de me sit sollicitus, sed Græciæ salutem sua cura complectatur,  
 qui que studeat cum vrgentibus eam malis liberare tum tibi refer-  
 uare gloriam ea quam nunc habes longè maiorem, Verumtamen, cum  
 in Græcis exemplaribus aspiratum & persæpe in lene τ, aut hoc in il-  
 lud degeneret, adeoque in Apollodori secundo Bibliothecæ, εἰς τὸν  
 ἰσθμὸν καθάραι pro κατάραι. in Supplicibus Euripidis τείνει φόνον pro  
 θείνει, apud Dinarchum contra Demosthenem αὐτῆς pro αὐθίς cor-  
 ruptè scriptum esse Canterus: lib. 3. nouar. Jea. cap. 13. & lib. 5. cap. 25. &  
 in lib. de ratione emendandi Græc. auct. cum apud Plutarchum in Agi-  
 dis & Cleomenis vita, illo in loco, μέγα θηεῖον καὶ δυσήρητον ἀμελῶς  
 φυλάττουσι καὶ ῥαθύμως, pro δυσήρητον oportere δυσήρητον restitu-  
 i Henricus Stephanus in notis ad illum locum, (quem, vt illum quoque  
 pro eo ac de literis optimè merentur, non inuitus nomino) nuper o-  
 stenderint: coniecturam istius apud Isocratem castigandi loci, quam  
 dudum cepimus, vt magis magisq; hodie proboscis ab illis ipsis & qui-  
 busque in Græcorum auctorum lectione, quantum satis est exercitatis  
 hominibus repudiatum non iri spero & cupio: vt pro τῆρηθλίω θη-  
 ρηθλίω. pro Seruare aut Referuare, alterum quod aptius multo est,  
 Aucupari Venari Captare Quærare maiorem præsentis gloriam, repo-  
 natur. Atque hoc sanè illud πολὺ μείζων τῆς νῦν ὑπαρχούσης non postu-  
 lit modò, verum etiam flagitat: tum verò verba hæc θηρεῖεν καὶ θηρῶ-  
 σαι à venatione ad alia transferuntur elegantissimè: vnde apud Xeno-  
 phontem lib. 1. & 2. ἀπομνημον. ἀλκιβιάδης ἔλεγε καλλὸς ἰσθμὸν γυναικῶν θη-  
 ρῶμενον. & θηρῶν λόγοις καὶ ἔργοις ὅς ἐστιν ἀνθρώπου [Alcibiades propter  
 pulchritudinem à mulieribus captatus est ille etus.] legimus apud Plato-  
 nem in Gorgia, τὰ ἰσθίω θηρεῖεν πλὴν ἄλλων, apud Andocidem, καὶ  
 τῶν μυστῶν sub initium, ῥήματα θηρεῖεν, apud Diodorum, libr. 20.  
 θηρῶμενος πλὴν ἄλλων τῶν πολλῶν εὐνοίαν. vnde apud Euripidem in Iphi-  
 genia in Aulide, chorus,

--μέγατι θηρεῖεν ἀρετῶν  
 Magnam quiddam venari virtutem  
 & Achilles paulo post  
 ἢ τῶν γαμοῦτων ἑκατὶ μυριάς κόρας  
 Θηρῶσι λείπεται θυμῶν.  
 Aut propter eos qui collocant innumerabiles puellas  
 Venantur thalamum meum.  
 & postea Clytemnestra ad Agamemnonem  
 πάντων τε θηρευμῶν ἀνδρῶν τῶν αὐτῶν λαβεῖν  
 δ' ἀμαρτῶν φλαύραν δὲ ἢ πάντις γυνάσκη' ἔχειν.  
 Rara hæc est venatio τε talem conficitur  
 Vxorē sed malam non est rarum vxorem habere.

de in d'ora... Henique... Herodianus lib. r. hist. Clemens Alexandrinus lib. 3. praedag. cap. 3. atque Synesius, epist. 44. ad Iohannem, & quis non ex veteribus ac probatis auctoribus id sibi verbum figurate usurpandum esse duxit? A quibus etiam de laude gloriae consequenda tam crebro dicitur... Ceterum quoniam omnibus prodesse cupimus, etiam rudioribus: & verò eadem de castiganda veteri, de stabilienda noua lectione agitur: instituti nostri tenendi gratia, haec aliquot exempli (quae vel memoria mihi, vel memoriae subsidium diligentior ad marginem libri adnotatio suppeditabit) adferam in medium: ne posthac eorum qui castigationibus non vsque aded fauent, leui saltem ac tenui (si tamen aliqua futura est) de coniectura istius veritate dubitationi, vltus relinquatur locus. Est apud Plutarchum ita scriptum in lib. 1. de virtutibus in alicubi... Lucianus in Anacharsi: etiam vbi de gloria dicitur... Dio de Cicerone, libri historiarum... Iulianus Misopogones, dicitur dicitur... Synesius epist. 44. in ipso epistola intro...

Cuius rei alienationem eius & pignori consistere: conuictis inuicem l. 9. in fin. & l. 24. D. de pignori. expositio l. 25. de d. in. De sacro, religioso, publico loco: item de re furta, doli alii, & inuicta in obliuione delicta: postremo de re aliena: inuicta eius venditio pignori aut quilibet alius contractus, inter scientes vel ignorantes, consistat, & ex contractibus

bis qui suum nomen habere dicantur: Expositio l. 9. §. permutatio. D. de rer. permut. l. 4. l. quoties. & l. vlt. C. de rei vindicat. Rei qua sit apud hostes vtrum obligatio consistat ad l. vlt. D. de act. emp. Expositio l. cum a matre. C. de rei vindic. l. si post acceptum. D. co. ti. l. qui balineum §. Titia. D. qui potior. in pign. & l. in princ. D. de pign. & alijs quam plurimis ex materia pignori. Nihil agere quid sit in l. 2. D. de pignori. act.

CAPVT XVII.

EXistimant cum Bartolo pleriq; non hordearij tantum, hoc est inflati, leues, ac sordidi sophistae, sed melioris etiam notae interpretes & primi forsitan homines (vt ille ait) signiferiq; verum esse quod eom pluribus locis ab Accursio traditum legunt: Rem alienam vendi posse, pignori dari non posse. At ego nullius (ex illo quidem certè numero) adductus iurare in verba magistri, quod me cunque ratio iuris ciuiliis, & veterum iuriconsultorum auctoritas deduxerit, sequar si potero: comiterq; monstrabo viam & propiorem & planiorem, quam exemplo nostro muniat, qui sibi haecenus indaganda (quod nos quoque facimus) priorum esse vestigia iudicant: vt nihil magis aberrare interea, sed si modò recto itinere praecesserint, sequi, quod est honestissimum: sin autem ire in diuersa, & compendiario ad id quod verum est, itinere vti malint. Atquin ipse, Rem alienam oppignerari proinde vt vendi posse ostendam: id vbi perspicuum reddidero, noua dein ratione Paulum ac Modestinum iuriconsultos, qui pugnanti dicere videntur, in concordiam adducere tentabo: nec frustra (si Dominus adiuuerit, vt spero) laborem istum suscipiam.

Cuius ad Edictum ita definit b: Quod emptionem venditionemque recipit, etiam pignorationem recipere potest. Et quoniam eadem ratio contrariorum est, ideò Marcianus, Eam rem quam quis emere non potest, quia commercium eius non est, iure pignoris accipere non potest: cui non obstat quod Modestinus regulariter tradit his omnino verbis, In quorum finibus emere quis prohibetur, pignus accipere non prohibetur: Nec enim de ea re, cuius commercium omnino non sit Modestinus loquitur, sed de ea cuius commercium certis personis & aliquatenus interdictum est: vt puta praesidibus prouinciarum, & iudicibus, comitibusque, qui circa eos sunt, itemque militibus, emere, negotiari, conducere, mutuam pecuniam dare, foenus exercere, aedificare, donatum accipere, vxorem ducere non licet, idque principalibus constitutionibus nominatim cauetur, ne liceat: Paulus tamen in libro 20. Sententiarum testatur praesidem prouinciae non prohiberi mutuam pecuniam foenebrem sumere, vel sponsare vxorem, vel habere concubina: sed neq; vendere prohibebitur (vt opinor) neq; pignori dare pignus an possit accipere magis est dubium. Ego sic Modestini responsum, quo posse definit, accipio, vt ob mutuo datam alibi quam in prouincia pecuniam (Romae forsitan, antequam inde cum imperio proficisceretur) nunc quoq; cum in prouincia peruenit, & in eius est finibus,

a ad l. aliena res. D. de pig. act. l. re aliena. D. de contr. emp. l. sed & quo ad eas. in fi. D. de pig. act. l. i. §. eam rem D. que res pig. vel hypoth. data obli. non poss. vl. C. de reb. aliena. d. l. in quo r. D. de pi. l. Principibus & l. seq. D. si contr. per. l. eos qui. & l. pe. C. co. tit. l. non licet l. qui officij causa. in pr. D. de contr. emp. l. j. C. de contr. iu. l. si quis officium D. de ritu nu. h. l. vl. D. de conu.

pignori possit præses accipere: eum hæc pignoris obligatio, sit accessoria obligationis principalis quæ consistit: sed et si antequam in provinciam veniret, emerit: rectè in provincia ex illa veteri emptionis causa traditum accipiet, meo quidem iudicio: nam eodem libro, quem ante dixi, Paulus ait<sup>a</sup>, veterem sponsam in provincia quam quis administrat, uxorem à præside duci posse, dotemque datam non fieri caducam. Sed queri potest, si cum iis quibus tale aliquod commercium interdictum est, quispiam contraxerit, quid iuris sit. Respondeo: Qui sciens cum iis contrahit, quia contra leges idè non tantum vitiosè, sed & inutiliter contrahit: aut potius nihil agit, nullaque inde nascitur obligatio: si autem ignorans aduersus leges contraxerit, non idè magis contractus tenet (vt opinor) veruntamen actio non denegatur, quia nihil mala fide fecerit. Exempli gratia, si quis ignorans militi quasi pagano locauerit, exigere illum posse probandum est, non enim contemnit disciplinam qui ignorauit militem, idque Modestinus tradit<sup>b</sup>: nos & in aliis rebus verum esse credimus, quæ hominum commercio penitus exemptæ sunt. sacris videlicet, religiosis, publicis, itemque in rebus minorum, in dotalibus, furtiuis, litigiosis: de quibus omnibus cum intelligi oporteat, non quod ex ipso Modestino paulò antè, verum quod ex Marciano retulimus, Cuius rei commercium non sit, eam emi non posse, nec iure pignoris accipi: id ita non inuiti exponimus, si videlicet is qui accepit, rei de qua contrahitur conditionem non ignoret. Exempli causa: liberum hominem scientes emere, vel stipulari vtiliter non possumus<sup>c</sup>, in stipulatum deducendo aut emendo nihil egerimus: nulla inquam liberi hominis emptio à sciente contrahitur, vt Ruffinus ait<sup>d</sup>, nec ex postfacto quidem, et si liber homo in seruitutem reductus fuerit, conualecet. Idem in pignore dicendum, cuius obligationem in filiis debitoris, vel aliis hominibus liberis non consistere: sed in iis tantum quæ quis de bonis suis facit obnoxia, imperatores tradunt<sup>e</sup>: quos idè de sciente emptore loquutos iudico, quoniam subiiciunt, dissimulatio ne iuris eum se circumuenisse, qui liberos homines emerit. Nam Vlpianus quoque vbi de actione in factum loquitur, quam prætor aduersus eum indulget qui sciens se liberum, dolo malo, se venditari pro seruo passus sit, iisdem verbis vtitur, Tunc habet (inquit) emptor hanc actionem, eum liberum esse nesciret. Nam si scit liberum & sic emit ipse se circumuenit, & (vt ait idem alio loco<sup>f</sup>) venia dignus non est: atque huc quoque pertinere Modestini regulam censo quæ dicitur<sup>g</sup>, Cum vitiosè vel inutiliter contractus pignoris intercedat, retentioni locum non esse, nec si bona creditoris ad se cum pertineant. Vitiosè quippe intercedit contractus pignoris si creditor sciens, furti, aut vis adhibita, aut litigio si vitio rem aliquam laborare: inutiliter autem si liberum hominem, & reliqua quorum commercium non est, sciens eius conditionis esse nihilominus pignori accipiat: quanquam vitiosè initus contractus pignoris potest conualescere, purgato scilicet vitio, vt postea docebimus: qui autem ab initio fuerit inutilis, confirmari postea non poterit: vt illo non isto casu creditori retentionem esse iudicemus. Quid verò dicendum,

a d. l. si quis officium.

b l. si ignorans. D. locati.

c l. si in emptione. §. omnium. de cont. emp. l. inter stipulantem. §. factam. l. liber homo. D. de ver. ob. d. liberi hominis. in fi. D. de cont. emp. e l. qui filios. §. quæ res pignori oblig. poss. f. l. imò. e. §. j. D. de lib. caus. g l. liberis. §. si quis sciens. D. de lib. cau. h l. cum vitiosè. D. de pig.

dum, si rem, cuius commercium non est, sacrum puta, religiosum, publicumve locum ignorans quispiam, & bona fide ex emptionis aut pignoris causa acceperit? Et quod ad emptionem quidem attinet, eam non tenere Papinianus, Modestinus, & Paulus docent<sup>a</sup>: vtinque tam obligationem contrahi & ex empto actionem aduersus venditorem dari, vt emptor eò sequatur quod interfuit eius ne deciperetur: quod ipsum Imperatores in liberi hominis emptione probant<sup>b</sup>. Neque distinguimus scieritne venditor an ignorauerit<sup>c</sup>: nam Licinius Ruffinus, Liberi hominis emptionem (inquit<sup>d</sup>) contrahi posse plerique existimauerunt, si modò inter ignorantes id fiat: quod idem placet etiam si venditor sciat, emptor autem ignoret. Idem puto dicendum in pignore, ita contrahi, vt non teneat: sed nihilominus creditori contraria pigneratitia detur aduersus debitorem. Sic in rebus minorum sine decreto magistratus venditis, pignori ve datis idem obseruatur: Nam si obligauerit vendideritve rem tutor aut curator sine decreto, quamuis obligatio non valeat, est tamen exceptioni doli locus, non quidem ad impediedum quominus adultus aut pupillus rem auocent, sed vt cogatur præstare pretium, ac medij temporis vturas quæ creditoribus debentur: cum æquum non sit pupillum ex damno alieno luerum captare, idque Vlpianus & Paulus probant<sup>e</sup>. Sanè illicite post senatusconsultum pupilli vel adolescentis, prædij vendidato, si eo nomine apud iudicem tutelæ vel vtilis actionis æstimatio facta est, eaque soluta, vendicatio prædij ex æquitate inhibebitur, auctore ipso Vlpiano<sup>f</sup>: quod & in pignore verum est. Idemque dicendum in re dotali atque furtiua, vel alienata, vel obligata pignori ex Papiniano. Igitur vt prædij dotalis à viro, aut rei furtiua ab alio quocunque siue ignoranti siue scienti facta venditio non valet, quæ tamen, venditore postea effecto domino confirmatur (vt Papinianus docet<sup>g</sup>) ita cur de pignore non idem dici debeatur, equidem non video: vt & de re litigiosa, si lis deinde iudicio transacta & secundum eum à quo possessor ius habebat data sit: ex postfacto enim apparet eum dominum esse qui & possidebat cum dedit: ceterum qui litigiosam rem pignori accepit, ante finitam litem si de pignore experiatur, exceptione, quali emptor, sum mouetur (vt rectè Marcianus<sup>h</sup> tradit) etiam si ignorans acceperit: nec enim esse distinguendum arbitramur, nisi quod ignoranti creditori, vt emptori succurritur, aduersus eum qui dedit & postea dominus effectus est. Et ita sentio.

Sequitur vt de re aliena disputemus. Ex Padio Paulus l. j. §. permutatio D. de rer. permut. ait, Alienam rem dantem nullam contrahere permutationem, quia re non tradita & nudo consensu obligationem constitui in his duntaxat receptum est quæ nomen suum habent, hoc est (vt ipse interpretor) speciale peculiare proprium ac separatim à generali contractus *συναλλάγματος* siue permutationis appellatione: nihil enim ista nisi sono vocis, quemadmodum pignus & hypotheca, differunt: & vt *συναλλάγματος* ita (nisi fallor) permutationis vocabulum ad eò generis nomen est, vt quassibet vitrò citròque confi-

a l. cum vi. D. de vsuc. l. si in em. §. item si & empt. l. qui officij. §. j. D. de cõ. emp. vide & l. vit. C. de litigios. b l. liberæ. C. de sent. & interdo. l. si status. l. empti. C. de cuius. c si status l. si tibi libertum. C. de cuius. d l. liberi hominis. D. de cõ. emp. e l. si pupillorum. §. v. l. pen. §. vi. D. de reb. eorum. f illicite. D. eo. tit.

g l. cum vi. D. de vsuc.

h l. j. §. vit. D. quæ res pignori.

a l. Labeo. 19. §. j. D. de ver. sig. l. i. iurisgen- tiu. §. & id eo. D. de pact. b l. j. §. ad- do illo tit. de pact. c d. l. iuris- gentiu. in prin. eo. ti. d l. j. D. de pig. a. §. l. 4. de pignor. & l. si tibi. §. de pig- nore. D. de pact. facit l. 2. C. que respig. ob- poss. c d. l. j. sub iai. D. de ser. perim. l. ex empt. in prin. D. de ac. em.

f d. l. ex ep. alias est. l. emptor. §. idem Nera- tias: & d. l. 3. in pr. eo. tit. g l. quod se pe. §. si res vendita D. accot. em.

h l. seruus quem §. vl. D. de act. empr. facit l. idque & Iulianu. §. in omnib. eo. tis. d. l. emptorem alias est l. ep emptio. in fi. eo. ti.

i l. re alie- na. D. de cont. emp. k l. si fudu. C. de euic.

tutas atque contractas obligationes comprehendat \*: cum & ha & quaecunque alia latiore adhuc conventionis nomine continentur. Obligationem inquam ad agendum efficacem: & actionem ex demum conventiones ex nudo consensu pariunt, quae in illo suo generali con- uentionis nomine non stant, sed (vt ait Vlpianus) in proprium nomen contractus transeunt: vt sine traditione contrahatur, obligatio id in his videlicet obtinuit in emptione, venditione, conductione, mandato: ad- de & pignore: quod non sola traditione, sed etiam nuda conuentione, etsi traditum non fuerit, contrahi Iurisconsulti docent. Igitur argu- mento ducto a contrario sensu eius quod ait Papius: Alienam rem dans pignori obligationem contrahit vt & qui vendit, neuter enim te- netur accipientis facere, quod subtilius dispiciendum est. Et cum in em- ptione ac venditione venditori sufficiat ob euersionem se obligare, rem ipsam praestare, id est possessionem tradere, & purgari de dolo ma- lo: Ex eo sequitur vt si euicta res non sit nihil debeat, & tandiu con- sistat emptio quandiu res non euincitur, etsi aliena sit: in qua tradenda venditorum Neratius ait emptori praestare debere, vt in lite de posses- sione potior sit: alioqui si videlicet possessionem iure quis auocauerit, traditam possessionem a venditore qui hac de retinetur non intelligi Pomponius l. 3. in prin. D. de act. empt. disertè scribit: & hoc est quod illo in loco, si emptor superior in possessione non sit futurus, ei non vis- deri rem traditam Iulianus subiicit: & hoc nisi praestetur, esse exempto actionem, quae omnia Vlpianus retulit: quod si ante rei, quae aliena est, venditae traditionem, ea per furtum perierit, ob id ipsum venditor damnari debet, vt eleganter est a Caio traditum: quia si suam rem vendidisset, potuisset vindicationem & conditionem recuperan- dae rei furto subtrahere gratia transferre ad emptorem: quod nunc non potest, qui ipse non habet actiones illas, cum rem alienam vendiderit. Quod autem illud pertineat quod dolum malum abesse praestari a ven- ditore oportere diximus, ex Africano intelligitur, qui si sciens alienam rem mihi ignoranti vendideris, etiam prius quam euincatur, utiliter me ex empto acturum putauit in id quanti mea interfit meam esse fa- ctam: quamuis enim alioqui verum sit venditorem haec teneri, vt rem emptori habere liceat, non etiam vt eius faciat: quia tamen dolum malum abesse praestare debeat, teneri eum qui sciens non suam igno- ranti maxime si manumissuro, vel pignori daturus vendiderit, adde aut permutaturo, aut locaturo, aut alias ita contracturo vt eius aliquatenus interfit qui comparauit: quod ea re commode ac pro arbitrio uti non queat: ueque enim pignoris aut manumissionis causam, etsi de his tan- tum exempli causa Iurisconsultus egerit, distinguendam esse credide- rim.

Ex his apparet alienae rei emptionem consistere, quamuis malae fidei venditor fuerit, si tamen emptor rem esse alienam ignorauerit. Rectè igitur Vlpianus definit, Rem alienam distrahere quem posse nulla du- bitatio est. Nam emptio est & venditio, sed res emptori auferri po- test: quo casu emptor ad pretium recuperandum utiliter experitur, sed

sed & in id quod interest ex empto actionem habet, etiam si emptor ipse aliunde dominus effectus sit, quo casu cessat de euictione actio. Sic res aliena in dotem & a sciende dari potest, eaque soluto matrimonio ei reddenda est (auctore Pomponio) quasi suam dedisset, & fructus quoque proportionem anni quo diuortium factum est: sic alienam rem mortis causa, donari posse: sic alienae rei locationem consistere in- telligimus: neque ad hoc vt valeat contractus distinguendum arbitra- mur, vtrum locator aut donator bona male fide contrexerit, dum tamen is qui accepit, nihil mala fide fecerit: quem praetor (vt pote bo- nae fidei possessorem) aduersus quemcunque tuebitur: domino tamen, aut si quis ab eo causam habet, excepto. Nam actionem & aduersus eos qui a male fidei possessoribus fundum bona fide comparauerunt, ei competere ad quem dominium peruenerit, antequam illi vsuca- pionem aut praescriptionem implerent Gordianus rescripsit: iure meritoque id quidem ille, cum alius inuitis nobis res nostras retinere non debeat. Ex quo sequitur vt si quidem vterque nostram ean- dem rem emit a non domino, cum emptio venditioque sine dolo malo fieret, traditaque est, siue ab eodem emimus, is ex nobis tuen- dus sit, qui prior ius eius apprehendit, hoc est, cui primum tradita est, perinde atque si vterque a domino comparasset: siue ab alio atque alio, id est a diuersis non domino: melior causa sit possidentis quam petentis, vt ex Iuliano Vlpianus docet: quod si alter ex nobis a domi- no emisset, is omnino tuendus est (vt Neratius scribit) quamuis al- ter quoque bona fide, sed a non domino comparauerit. Planè si ab vno eodemque Titio, puta fundum vterque nostrum diuersis tempo- ribus emerit, ego prius ab eo non domino traditum acceperim, tu deinde ab eodem ipso iam domino per successionem, aut legatum, aut alia ratione qualibet effecto: pereleganter Iulianus (vt ab Vlpia- no relatum est) ait aequum esse, vt me tueatur praetor: quia & si ipse Titius fundum peteret, exceptione in factum comparata, vel doli ma- li a me summoueretur: ac per hoc intelligatur Titius eum tibi fun- dum rursus vendidisse, quem in bonis iam non haberet: vt pote cum statim atque ipsi acquisitum dominium fuit, mea quoque confirmata emptio atque traditio existimetur ex postfacto, sed & antequam tibi venderet ab eo iam dominium abcesserit. Sanè in proposita specie, si prior ego emissem: nec accepissem tamen a non domino, tu deinde ab eodem ipso iam domino ex emptionis aut alio quolibet iusto titulo traditum bona fide accepissem: non me praetor sed te potius tueretur: quia ipse licet a domino comparassem, dominus effici nisi traditione facta non potuerim. Atque hoc est quod Impp. ita rescripserunt, Quo- ties duobus in solidum praedium iure distrahitur, manifesti iuris est, eum cui priori traditum est, in detinendo dominio esse potiore: & alio lo- co in eandem sententiam illi ipsi principes, Quoties eadem res (aiunt) a domino diuersis temporibus pluribus vendatur, eum potiore esse, cui possessio primum data est. Quod si ante traditionem is qui alienam rem vendidit medio tempore domino rei heres extiterit, aut alio modo

a l. vl. C. de uomm. re. alien. b l. si vedi- deris. D. de euict. c l. si alie- na. D. solu. matrim. d l. si alie- na. l. qui a- lienam. D. de donat. cau. mori. e l. si tibi a- lienam. l. si quis fundum §. vl. D. lo- cati.

f l. 4. C. de rei vind.

g l. si filiof. §. mariti. D. sol. mat.

h l. siue au- cem. §. j. D. de Publici. iuncta l. si ea res. §. vl. D. de act. emp. i d. §. vl. l. si ea res.

k l. apud Cellum §. si a Titio. D. de doli except. iun- ta l. si a Titio. D. de rei vind.

l. et ad huc- nibus. G. de pact. l. pen C. de rei vind. m l. quoti- es. C. de rei vind. n l. pen. C. Gregor. eod. tit.

rei proprietatem nactus sit, ad eum contractus tenet, ut is cogatur implere venditionem, & rem tradere, ut Paulus docet<sup>a</sup>. Ac de re aliena quam ignorans aliquis emerit, hæc ferè sunt quæ à iuriconsultis & imperatoribus tradita emerit.

Sed quid existimandum si quis fundum sciens obligatum vel alienum comparauerit, utrum valere dicemus emptiones? Ego interesse puto quid actum sit inter contrahentes: si enim eo animo fuerint ut valeret emptio eiusmodi, ut traditio tamen in id tempus differretur, cum venditor alieni fundi dominium nactus esset, perinde sustineri ex incerta die factum aut potius purum, sed ex incerta die perficiendum & implendum, atque si sub conditione disertis verbis expressa, contractus habitus fuerit: Tum verò cum de euictione conuenerit, utiliter scienti fundum alienum ex causa emptionis tradi, tanquam hoc inter contrahentes actum esse intelligatur, ut qui vendit rem à vero domino redimat, aut alio quouis modo euictionem impediatur, eoque nomine & ex empto & ex stipulatu actionem competere, si stipulatio interuenerit. In dubio autem, qui sciens rem alienam comparauit atque accepit, eum respondebo cum imperatoribus<sup>b</sup> neque agere de euictione posse, nec à venditore reperere quod eo nomine, id est ob euictionem æstimata forsitan lite, vero domino præstiterit, cum hoc imputare sibi, & expensum suæ imprudentiæ ferre debeat. Constitit igitur emptio rei alienæ à sciente facta, & si eum actio de euictione non detur, inutilis esse videatur ipsi (scienti scilicet) facta traditio, qui sibi de euictione non cauerit: & hoc est quod ait Paulus<sup>c</sup>, Separatam esse causam possessionis & usucapionis: nam verè dici quem emisse, etsi mala fide. Quemadmodum qui sciens alienam rem emit, & traditam accepit, pro emptore possidet, licet usu non capiat: sic res aliena in dotem scienti si detur, neque pollicitatio vel stipulatio de euictione intercedat, nullam firmitatem iuris dationem habere Imperatores<sup>d</sup> definiunt, quod nec eam sibi defendere (scilicet aduersus verum dominum) nec eius euictionem possit ab vxore, aut socero, vel eorum heredibus æstimationem consequi. Cæterum dos data est, adeoque vel inter contrahentes & aduersus extraneum quemlibet ius non habentem à domino, valet illa dotis datio, valet emptio: hæc tamen videlicet ut rem alienam possidens (licet iustam tenendi causam nullam habeat) non nisi suam intentionem implenti restituere cogatur, idque rescripto imperatorum continetur<sup>e</sup>. Itaque si seruum, qui meus aliquando fuerit, nunc sit in potestate hostium, in emptionem aut stipulatum deduxissem, imò & si eum qui mei iuris nunc quam fuerit emissem aut stipulatus essem, Octavianus (auctore Pomponio<sup>f</sup>) magis putabat valere emptionem & stipulationem, utpote eius rei quæ esset in commercio, licet in aliena & ea quidem hostium potestate: potius enim difficultatem in præstando eo inesse, quam in natura: etiam si officio iudicis sustinenda esset eius præstatio, donec præstari possit. Hoc in seruo siue meo, siue alieno qui sit apud hostes, qui & legari & heres institui utiliter potest<sup>g</sup>: quod forsitan in homine libero, qui potitus hostium ibi seruiat, non dicerè: propter suspensum in eo ius possi-

<sup>a</sup> l. si quis a  
alienam. D. de  
act. empt.

<sup>b</sup> l. si sciens  
C. de eui.  
l. si fratres.  
C. com. v.  
triuq. iud.

<sup>c</sup> l. si à ma-  
tre C. de  
iur. dot.

<sup>d</sup> l. vi. C. de  
rei vind.

<sup>e</sup> l. vi. D. de  
act. emp.

<sup>f</sup> l. seruus  
ab hostib.  
D. de leg. j.

possimini, quo iure si redeat, perinde liber est ac si captus non fuisset: & sanè liber homo captus ab hostibus commercio redemptus, quoad exoluatur pretium, magis in causam pignoris constitutus, quam in seruilem conditionem esse detrusus videtur<sup>a</sup>, adeoque (ut arbitror) à redemptore vendi potest. In fundo etiam hostium non dicerem, quem in stipulatum deduci non posse Modestinus ait<sup>b</sup> & sanè maior in fundo quam in seruo hostium recuperando difficultas est; ut *ἀδυνασία* quædam & (ut ita loquar) impossibilitas esse videatur. Sanè qui seruum alienum sciens emit, aduersus dominum vendicantes nulla se tueri exceptione potest, nisi quo casu dominus venditori successerit: qui pro ea parte qua heres est, doli exceptione repellitur ab emptore, ut ab imperatoribus rescriptum fuit<sup>c</sup>: aduersus alium quemlibet potest, etiam aduersus eum qui bona fide ab eodem aliove non domino comparauerit, ac multò magis aduersus venditorem, qui rei à se traditæ dominium aliqua ratione postea nactus sit: Licet enim hunc de euictione actio non teneat, eum scienti vendiderit, ipsum nihilominus agentem repellit exceptio. Denique quod ad retentionem attinet, eiusdem ferè conditionis est qui sciens emit, atque is qui bona fide rem ignorans alienam comparauit, utriusque eadem casibus datur aut denegatur exceptio. Quid actio? Minime omnium: nisi de euictione cautum, & hoc inter contrahentes actum sit: etenim actio ex empto est bonæ fidei: quam obrem non tenetur ipse qui scienti vendidit. Quid extraneus? At quin ei demum qui bona fide emit, & ex ea vel alia qualibet iusta causa rem traditam bona fide accepit, actionem Publicianam prætor pollicetur, amissæ rei recuperandæ gratia: si tamen restalis sit, ut eam lex aut constitutio alienari non prohibeat, idque iuriconsulti nostri variis in locis docent<sup>d</sup>. Ex pluribus qui ab eodem non domino, aut separatim à diuersis non dominis eorumve alterutro non domino bona fide rem eandem comparauerint, quem potissimum prætor actionibus aut exceptionibus datis tueatur, ex Neratio vel potius ex Iuliano, cuius distinctionem ut exactiorem Ulpianus sequitur, aperte planèque; supra ostendimus.

Consequens est ut de rei alienæ pignore dispiciamus: de quo sic Paulus ait, Si ab eo qui Publiciana uti potuit, quia dominium non habuit, pignori accepit, sic tueatur me per Seruianam prætor, quemadmodum debitorem per Publicianam. Ergo prætor creditorem tueatur, qui rem alienam pignori accepit, ab eo scilicet qui dominium non habet, id eoque directa & ciuili actione uti non potest, sed tantum honoraria, id est prætoria, quæ Publiciana dicitur. Creditorem prætor & si ius habeat ille ab eo qui Publiciana uti potest, non tamen tueatur per Publicianam, sed per hypothecariam, quæ Seruiana & quasi Seruiana, & pignoratitia *κατὰ ἄνευ νόμο*; interdum dicitur: nec enim ex pignoratitiis vel precariis (licet iustæ sint) possessionibus Publicianum iudicium solet competere: illa scilicet ratione, quia neque creditor neque is qui precariò rogauit eo animo nanciscitur possessionem, ut erodat se dominum esse, quod Caius tradit<sup>e</sup>. Nam pro alieno possidentis, corporalem possessionem habent<sup>f</sup>, (auctore Papiniano) non ciuilem,

<sup>a</sup> l. 2. C. de  
possi. re-  
uer. & re-  
demp. ab  
host.  
<sup>b</sup> l. liber  
homo. D.  
de ver. ob.

<sup>c</sup> l. c. à ma-  
tre. C. de  
rei vind.

<sup>d</sup> l. j. & se-  
quent. l. c. u.  
qui. s. præ-  
tor ait. & §.  
vi. & l. seq.  
l. c. spon-  
sus §. si res  
realis. D. de  
Publicia.  
in c. act.  
el. si ab eo.  
D. de pig.

<sup>e</sup> l. Quæcū-  
que §. j. D.  
de pig. act.  
<sup>f</sup> l. Pigno-  
ri D. de v-  
sucap.  
h. l. debi-  
tor. 40. §.  
sola. D. de  
pig. act.



vt vīueapere non possint. Ergo Seruianam habet creditor, qui à non domino bona fide pignus accepit, aduersus ipsum, qui dedit, cuius exceptionem replicatione doli elidet<sup>a</sup>: multo magis aduersus eundem siue sciens, siue ignorans rem alienam pignori obligauerit, in id quod interest pignore sibi cautum esse, contraria pignoratitia rectè experitur creditori, qui bona fide accepit, si eam dominus petitorio iudicio euicerit<sup>b</sup>: quæ ipsi creditor actio ad eò competit, vt locum & ante euictionem habeat, si rem alienam sciens debitor pignori dedit, aut malitiosè in pignore versatus sit. Hoc enim alicubi<sup>c</sup> voluisse Vlpianum credimus, eorum argumento quæ in simili specie de venditione diximus ex Africani sententia paulò ante, itè quæ ipsum forsitan Marcianum quo loco ait<sup>d</sup>, Cum debitore qui alienam rem pignori dedit, possit se creditorem contraria pignoratitia agere, & si soluendo debitor sit: quanquam si quis Vlpiani & Marciani verba, de aliena re pignori data bona fide atq; accepta, exponat, euictione demum secuta, pignoratitia contrariam creditori dari non ineptè dixerit. Ea profectò actio creditori, qui rem alienam bona fide pignori accepit, ad eò non denegatur, vt si suo iure vsus pignus vendiderit, quod emptori postea euictum sit, huic eam vt & omne ius suum cedere teneatur<sup>e</sup>, eaque actione cogetur debitor distracti à creditore pignoris possessionem quod ipse precariò rogauerat vel conduxerat, emptore restituere<sup>f</sup>, vt verò creditori vel ei qui ab ipso ius habet, contraria datur pignoratitia, & si res aliena fuerit: ita non dubitandum quin & ipse debitor, qui rem alienam pignori dedit, soluta pecunia, possit directà pignoratitia experiri auctore Vlpiano<sup>g</sup>: neque interest bonæ an mala fide res pignorata sit: Nam idem iurisconsultus ait<sup>h</sup>, Si prædo rem pignori dederit, competere ei & de fructibus pignoratitiam actionem, quamuis ipse fructus suos non faciat.

Ex quibus (opinor) manifestum est valere alienæ rei pignus inter eos qui contraxerint, si creditor id bona fide (licet à prædone cõstitutum) acceperit: certè hætenus valere: vt vltro citroque actiones dentur. Nec in contrarium mouet, quasi pignus nisi à vero domino cõstitutum nõ teneat: quod, cum respondisset Marcellus purè vendito & in diem addito fundo si melior cõditio allata sit re pignori esse desinere, si emptor eũ fundum pignori dedisset: ex iis verbis ait Vlpianus<sup>i</sup> colligi, emptorem medio tempore dominum esse, alioqui nec pignus teneret: nã hæc vel nomén Domini latius pro possessore qui re in bonis habet: vel certè tenendi verbum cum effectu ita vt à nemine pignus auocari possit, accipi debet: quod illa quæstione vtrum alienæ rei pignus aduersus dominum, aut certè aduersus extraneum teneat, plenius & accuratius discussa perspicillè intelligitur. Id ergo nunc dispiciendum est: habet enim difficultatem (meo quidem iudicio) non modicã. Et aduersus dominũ quidem ipse creditorẽ qui à bonæ fidei possessore pignori rem alienã accepit, hypothecaria vel actione vel exceptione defendendum esse non existimauerim: nec enim creditor melioris cõditionis esse debet, quàm ipse debitor à quo ius habet: illi enim non magis per hypotheca-

a l. si inter s. j. D. de pign.

b l. tutor. § j. D. de pi. act. iuncto s. vlti. l. si quis in pi. cod. tit. c. l. si re. in prin. D. de pig. act. d. l. cum debitor. D. de pig. act.

e l. in creditore D. de euict. fa. cit. l. pen. D. de dist. pign. f. l. si pignore s. h. post distractum D. de pign. act. g. l. si rem alienam §. pen. D. de pig. act. h. l. si pignore s. si prædo D. de pig. act.

i. si ex duobus §. j. p. de in di. em. addit.

riam, sed si eut hunc per Publicianam actionem scilicet vel exceptionẽ (id quod ipsis Pauli verbis prolatis ostendimus) prætor tuetur, Publiciana verò non idèò comparata esse vt res domino auferatur, sed vt is qui bona fide emit, possessionemque eius ex ea causa nactus est potius quàm extraneus quispiam rem habeat: ac præterquàm paucis casibus, quos Accursius ipse non indiligenter expressit, iusti dominij exceptione Publicianã elidi constat. Ergo & hypothecariam. hæc igitur verò & iusto domino non obest: idque imperatores<sup>a</sup> aperte his verbis docent. Quæ prædium in filios à se titulo donationis translatum creditori suo dat pignori, se magis contrariò pignoratitio obligat iudicio, quàm quicquàm dominis nocet: eum Seruiana etiam actio declaret euidenter iure pignoris teneri non posse (inuito scilicet domino vt paulò post aiunt) nisi quæ obligantis in bonis fuerint, & per aliam rem alienam inuito domino pignori obligari non posse certissimum est. hæc imperatores dilucidè satis, vt videtur. Sed forsitan aliquem mouerit quod Caius<sup>b</sup> ait, Si post acceptum iudicium possessor vsu hominem ceperit, debet eum tradere, eoque nomine de dolo cauere: periculum est enim ne vel eum pignorauerit vel manumiserit. Cum enim dicat periculum esse ne aliena res pignori data sit à possessore post litem contestatam, eoque nomine de dolo cauere oportere domino: inde non absurdè aut ineptè colligatur, eum qui pignori accepit habere quo se tueatur aduersus dominum, ipsũque agentem exceptione repellat: Nam si pignus non teneat, nullum esse periculum videtur, & ita ipse quoque Connanus lib. 3. commentar. cap. 15. censet: verum tamen quàm rectè, alij viderint: nam circa speciem quam Caius tractat periculum profectò in eo non minimum versatur: quoniam debitore, qui eum rem suam vindicaret non probabit, superato nihilominus, sed æquè ac si viciisset seruandam esse creditori actionem Seruianam Papinianus lib. 3. D. de pignor. in princ. tradit, dum modò probet rem eo tempore quo pignus contrahabatur, in bonis illius fuisse: ac multò æquius sit ipsi creditori exceptionem non denegari. Quamobrem si pendente lite rei vindicationis possessor obligando rem pignori, possessionem in creditorem transfuserit, de integro experiri cum ipso creditore dominum oportebit, qui hoc ipso minus habere videtur, quod actionem non rem habet (vt regula iuris continetur<sup>c</sup>, & suo loco perspicuè docuimus<sup>d</sup>) præsertim cum res aduersus debitorem iudicata creditori, qui pignus ante sententiam accepit, non noceat<sup>e</sup>. Quæ ratione possessor, qui vsu fructũ restituere fructuario iussus est, non modò eum vsu fructum (si tempore forsitan amissus est) iterum renouare debet: verum cauere quoque eum de euictione vsu fructuario oportet, auctore Vlpiano<sup>f</sup>. Quid enim (inquit ille) si seruum aut fundum is qui possidebat pignori dedit, itq; ab eo qui pignori accepit iure vt prohibetur? Debet itaque habere cautum. Rursum aliquem & maiore forsitan eum ratione mouerit, quod ex Papiniano diximus, Actionem Seruianam creditori seruandã: ctsi debitor qui suam rem esse intendebat petitorio iudicio victus fuerit: verum non ait Papinianus pignoris causam duraturam inuito do-

a l. que prædium. 6. C. si alienares pign. data sit.

b l. si poss. D. de rei vind.

c l. minus est. 204. D. de reg. iur. d. ad l. is qui actione: 15. D. eo. tit. c. d. l. j. D. de pign. & l. sape. D. de rei iud. §. l. pen. §. fructuario. D. de vsu fruct. pet.

mino, sed tantum creditori permittendum esse: ut ius quod habet in pignore: in iudicium deducatur, & Seruiana actione experiatur aduersus eum qui debitorem vicerit rei vendicatione: propterea quod sententia forsitan per iniuriam lata ipsi creditori nocere non debeat: qui eam secundum quem lis data est, adhuc non esse dominum probare poterit. Ceterum in ea facti specie, quam Cuius proponit, pignus alienae rei recte contrahi colligitur, quod tamen aduersus dominum non teneat, sed aduersus extraneos, ut inter contrahentes valet sic & in specie huiusmodi quae apud Modestianum l. si rem. D. de pro empt. extat, Si rem, quam tibi pignoraui, subripuero, eamque distraxero, in qua de usufructu dubitatum ait, & verius esse vtiliter cedere tempora usufructu: apparet pignori datam rem esse: non a vero domino, sed a bonae fidei possessore, cum dicat usufructu locum esse: quam tamen procedere cum sua, hoc est pignoris ante contracti causa, intelligimus, ob id quod usufructu pignoris conventionem non extinguit ( ut ab Imperatoribus rescriptum est ) usufructu rei non perimitur persecutio pignoris, ut Papinianus docet <sup>b</sup>. Sic & apud Iulianum <sup>c</sup>, Si mihi res aliena pignori data sit, eamque debitor precari rogauerit, deinde me verus rei dominus heredem instituerit, solam precarij rogationem superesse traditur, pignus vero esse desinere, idcircoque usufructu debitoris interpellari. Quod si pignus esse desinit postquam heres sum factus, ob id quod cum neque pignus nec emptio rei suae consistat <sup>d</sup>, eod res reuerfa sit unde incipere non potuit: Ex eo sequitur, ut antequam vero domino successerim pignus rei alienae, quam bonae fidei possessor mihi obligauerat, recte contractum fuerit atque tenuerit: sic de duobus qui diuersis temporibus eandem rem a non domino acceperint Paulus ait <sup>e</sup> priorem potiore esse, id quod & in pignore obligato ab ipso domino verum est <sup>f</sup>: quamuis si a diuersis non dominis pignus accipiamus, possessor melior sit: quam distinctionem & in alienae rei distractione seruari supra ostendimus. Ego videndum puto, ne aliter atque aliter interpretari debeamus, ut in emptione priorem intelligamus eum cui res prius tradita fuerit, ex emptionis causa, in pignoris autem non cui res prius tradita fuerit, cum pignus aut hypotheca ( quae sono tantum vocis differunt <sup>g</sup> ) non modo nudo consensu consent & perficiantur <sup>h</sup>, ut emptio: verum etiam in illis id minime agatur ut transferatur possessio: sed cui priori data mutua pecunia pignus obligatum esset, licet non traditum. Moueor quod in emptione tempus traditionis propter dominij translationem, inspicere scio, siquidem venditor ante rem traditam dominus manet <sup>i</sup>, in pignore non agitur de dominij translatione. Adde quod non est principalis sed accessoria pignoris obligatio, illius igitur haberi rationem, ex illius, inquam, natura, istius conditionem ingeniumque metiri aequum est. Atque huc spectat quod Imperatores <sup>k</sup> ex generali obligatione potiore haberi creditorem eum qui antea contraxit aiunt, etiam si res alij postea specialiter pignori datae sint. Itaque non traditionis, sed potius eum mutui dationi pignus accedat contractus principalis, id est pecuniae numeratae tempus inspicitur. Ceterum

a l. usufructu. C. de pign. l. j. §. a. rescriptum est. v. usufructu rei non perimitur persecutio pignoris, ut Papinianus docet. b. Sic & apud Iulianum. c. Si mihi res aliena pignori data sit, eamque debitor precari rogauerit, deinde me verus rei dominus heredem instituerit, solam precarij rogationem superesse traditur, pignus vero esse desinere, idcircoque usufructu debitoris interpellari. Quod si pignus esse desinit postquam heres sum factus, ob id quod cum neque pignus nec emptio rei suae consistat. d. eod res reuerfa sit unde incipere non potuit: Ex eo sequitur, ut antequam vero domino successerim pignus rei alienae, quam bonae fidei possessor mihi obligauerat, recte contractum fuerit atque tenuerit: sic de duobus qui diuersis temporibus eandem rem a non domino acceperint Paulus ait. e. priorem potiore esse, id quod & in pignore obligato ab ipso domino verum est. f. quamuis si a diuersis non dominis pignus accipiamus, possessor melior sit: quam distinctionem & in alienae rei distractione seruari supra ostendimus. Ego videndum puto, ne aliter atque aliter interpretari debeamus, ut in emptione priorem intelligamus eum cui res prius tradita fuerit, ex emptionis causa, in pignoris autem non cui res prius tradita fuerit, cum pignus aut hypotheca ( quae sono tantum vocis differunt. g. ) non modo nudo consensu consent & perficiantur. h. ut emptio: verum etiam in illis id minime agatur ut transferatur possessio: sed cui priori data mutua pecunia pignus obligatum esset, licet non traditum. Moueor quod in emptione tempus traditionis propter dominij translationem, inspicere scio, siquidem venditor ante rem traditam dominus manet. i. in pignore non agitur de dominij translatione. Adde quod non est principalis sed accessoria pignoris obligatio, illius igitur haberi rationem, ex illius, inquam, natura, istius conditionem ingeniumque metiri aequum est. Atque huc spectat quod Imperatores. k. ex generali obligatione potiore haberi creditorem eum qui antea contraxit aiunt, etiam si res alij postea specialiter pignori datae sint. Itaque non traditionis, sed potius eum mutui dationi pignus accedat contractus principalis, id est pecuniae numeratae tempus inspicitur. Ceterum

terum ex illo Pauli responsio apparet valere constareque pignus datum a non domino bonae fidei possessore, quique rem licet alienam in bonis habuerit cum obligaret. Papinianus denique seruandam creditori actionem Seruianam ait <sup>a</sup>, probanti rem eo tempore quo pignus contracta fuerat, in bonis debitoris fuisse: qui actione in rem victus est. Nam quomodo is qui Publiciana utitur, probare debet se a bonae fidei possessore iusta ex causa comparasse: sic etiam creditor, illud quoque ( ut Marcianus ait ) implere debet rem pertinere ad debitorem eo tempore quo conuenit de pignore, hoc est rem pignoratam fuisse in bonis debitoris: Cuius enim actio declarat euidenter ( ut imperatores tradunt <sup>d</sup> ) iure pignoris teneri non posse, nisi quae obligantis in bonis fuerint. Itaque prior creditore dimisso, ita demum sequentis pignus confirmatum esse intelligitur, si cum ille dimittitur res adhuc in bonis debitoris inueniatur ( idque subtiliter Africanus & eleganter alicubi exequitur <sup>e</sup>. Enimvero haec verba, Pertinere scilicet, ac in bonis esse, latiori significatione accipienda sunt nobis hanc quaestionem tractantibus: ut & ab Ulpiano Poniōque alicubi explicantur. Itaque cum rem in bonis nostris habere intelligamur, cuius nomine actionem habemus <sup>g</sup> ( quo casu propere est ut iuxta regulam iuris <sup>h</sup> rem ipsam habeamus ) ideo si res nobis debita fuerit, eam & antequam tradatur nobis, obligare pignori possumus: sique qui scit alienam, sed nobis debitam, recte pignori accipit, ut Papinianus duobus locis <sup>i</sup> manifeste probat. Adde tertium, qui vulgo in hanc rem adduci non solet: Ij, quibus restituenda est hereditas, habent perfectionem ad heredem auctoritate praetoris cogendum ut restituat: quod si interea res bonorum in solidum distraxerint, item alias pignori dederint, hereditate postea restituta, venditiones, itemque pignora confirmari iurisconsultus tradit <sup>k</sup>: Ex quo in pignoribus, idem quod in venditionibus obseruari patet: idque valde notandum reor.

Sed rei debita obligationem valere forsitan aliquis ideo existimauerit: quia qui obligat, speratur esse dominus. Atqui recte conuenit ut nomen debitoris mei pignori tibi sit <sup>l</sup>, deinde pignus & ab eo qui non est dominus, imò & ab eo, qui non speratur esse, quoniam pro alieno possidet ( ut puta creditore ) alteri recte obligatur, & pignori rem pignoratam accipi posse placuit <sup>m</sup>: quo casu quatenus utraque pecunia debetur, pignus secundo creditori tenetur, & tam exceptio, quam actio utilis ei danda est, etiam aduersus dominum: quod si dominus soluerit pecuniam, pignus quoque perimitur, ut Scaeuola & Marcianus monent <sup>n</sup>. Recte hoc quidem: non enim domino inuito res eius pignori obligari potest ut teneat. Sanè quantum ad eum spectat qui secundo loco pignus accipit, quod ei nunc a domino euincitur, durat quodammodo pignoris obligatio: haec enim certe, ut non inutiliter agat aduersus debitorem suum eundemque domini creditorem contrario pignoratitio iudicio: sed etiam ut, si quo modo rei possessionem dominus amiserit, aduersus quemlibet ( excepto domino ) possessorem, vtili hypothecaria recte experiatur, quasi redintegrato & resuscitato pignore, aut petentem

a d. l. si factus perator. D. de pign. l. 1. ante omnia. D. de probat. c. l. & quae non dicitur. §. j. D. de pign. d. l. quae praedicti. C. si aliena res pign. data sit. qui filios. C. quae res pign. oblig. poss. c. l. qui bali neum. §. Titia. D. qui potio. in pign. hab. §. l. bonorum. 49. l. verbum illud pertinet ad ver. sig. g. l. rem in bonis. D. de acq. res. do. h. l. qui actione. D. de reg. iur. l. r. s. in specie. D. de pign. l. j. §. cum ex causa. D. qui potior. in pign. l. filia fratrum. D. ad Trebel. l. si conuenit in pr. D. de pign. act. l. 4. C. quae res pign. oblig. poss. m. l. j. C. si pign. dat. sit. n. l. grege. §. cu pignori. D. de pign. l. de access. sionibus. §. j. D. de diuersis. & rep. praesertim. fa. c. l. j. C. si pign. pign. dat. sit.

exceptione summoueat. Nam quod ait Papinianus <sup>a</sup> in proposita specie, domino solvente pecuniam quam debuit, secundi pignoris neque persecutionem dari, neque retentionem relinquere: hoc verum est quantum ad ipsum dominum, non item ad debitorem, aut alium quemuis extraneum pertinet: nam aduersus hos, puto durare pignoris obligationem: si tamen id creditor bona fide, ignorans alienam rem esse, accepit. Sanè si sciens vel morbosum, vel obligatum, vel alienum mancipium: pignori nihilominus accepit, contrarium ei iudicium aduersus debitorem non competet, auctore Paulo <sup>b</sup>: multò minus ei actio in rem hypothecariâ dabitur aduersus verum dominum, aut extraneum quemlibet possessorem, qui etsi mala fide possidet, attamen (vt in pari causa) potior haberi debet, quomodo in venditione rei alienæ diximus. Sed nunquid ei succurreret aliquo remedio aduersus debitorem, qui sciens scienti rem alienam pignori obligauit? Et quidem vt in emptione ita in pignore alienæ rei à scientibus contracto interesse puto quid actum sit: nam cum sub expressa conditione si res debitoris facta fuerit ea quæ aliena est pignori rectè atque vtiliter obligari possit <sup>c</sup>, cur non & sub tacita? aut quid vetabit eam rem quæ corporaliter tenetur, interim tradi creditori, etque debitorem de euictione promittere, atque ita contrario pignoratitio iudicio si hoc agatur, obligari? Et quid si pollicitus fuerit debitor se effecturum esse, vt ratam habeat hanc pignoris obligationem dominus? cuius voluntate vt rectè ab alio res pignori datur <sup>d</sup>, ita eo si ignorante data fuerit eius ratihabitione ac superveniente consensu, adeo pignus confirmari certum est vt ratihabitionem retrocurrere ad id tempus quo convenit idem ipse Marcianus <sup>e</sup> dixerit? Aut si verè dicitur emisse is qui rem alienam sciens comparavit, cur non existimabimus eam quoque rem verè pignoratam esse quæ (licet aliena) scienti data sit, Sanè hoc casu qui sciens accepit, vt ex emptionis ita ex pignoris causa, si actionem non habet in dubio, & cum aliud nominatim actum non est: certè tamen & exceptione se tueri & aduersus eum qui dedit & aduersus extraneum quemlibet agentem potest: atque hoc æquius esse crediderim. Nam quod ait Pomponius <sup>f</sup> in quadam facti specie, nihil eum egisse qui rem alienam pignori accepit: sic interpretor vt, quod attinet ad emptorem qui iam traditione rei dominus effectus fuerat, perinde sit ac si non interuenisset subsequens pignoris obligatio à venditore facta; in cuius bonis res amplius non erat, cum rursum pignori dedit. Ea res igitur libera & soluta sic ad emptorem transit, vt ab eo euincere creditor (siue sciens siue ignorans alienam fuisse cum obligaretur) amplius non queat, & hætenus quidem nihil agi sensit iurisconsultus (vt eam qua vititur Africanus in l. quod vulgo D. pro empt. exponi rationem sequar) quam obrem subiicit, Ea enim ratione emptorem pignus liberatum habere coepisse: veruntamen equidem non dubitabo quin si eius possessionem amittat emptor, eamque aliqua ratione creditor recuperaverit, & aduersus debitorem suum & extraneum quemlibet (excepto illo emptore) si non amissam recuperare, saltem tueri suam quam aut recuperaverit

<sup>a</sup> l. debitor §. vlt. D. de pign. act.

<sup>b</sup> l. tutor. lege §. j. vers. sed si sciens. D. de pign. act.

<sup>c</sup> l. si fundus §. aliena res. D. de pign. act. l. idem que est §. z. D. qui potiores in pign. hab. d. l. aliena res. D. de pign. act.

<sup>e</sup> l. si fundus §. j. D. de pign. act.

<sup>f</sup> l. i. D. de pign. act.

rauerit aut non amiserit possessionem, queat: de iis enim eo in loco in contrarium nihil traditur. Illud profectò extra controuersiam est, creditori qui sciuit rem alienam esse cum pignus acciperet, eam adhuc possidenti faciliorem retentionem fore: si debitor eius rei postea dominum adeptus sit, atque hoc quidem Papinianus scribit l. in prin. D. de pign. difficilius autem creditori vtilem actionem datum iri, quamuis pignus ex post facto vires accepisse videatur: propterea quòd qui scientes de aliena re contrahunt, in dubio magis est vt nihil egisse videantur. Sanè quemadmodum in emptione constat, si emptor & venditor scit furtiuum esse quod vendit, & neutra parte obligationem contrahi, nec valere venditionem <sup>a</sup>: sed eam tamen confirmari, cum is qui rem furtiuam vendidit postea domino heres extiterit, à Papiniano traditur <sup>b</sup>, quod & ante admonuimus: ita quoque si post pignus (quod nudo consensu contrahi potest) traditum, & hac deinde ratione, quasque nota (etsi tacita) eius qui verus est dominus voluntate, confirmatum, possessionem creditor aliquantò post amiserit: defendi posse arbitror, vtilem quidem certè actionem hypothecariam (velut ex noua causa, & purgato iam illo malæ fidei vitio) perinde huic creditori dandam esse, quasi si ab initio bona fide rem alienam pignori accepisset à non domino debitore, qui deinde dominus eius rei esse coepit: quo casu Paulus <sup>c</sup> vtilem pignoratitiam dari tradit, quod statim latius explicare certum est.

<sup>a</sup> l. si in emptione. §. si si & emptor. D. de empt. b. l. cum vir D. de vfuc.

<sup>c</sup> l. rem alienam in prin. D. de pign. act.

*De rei alienæ pignore: quod ex post facto vel directo consensu sit, & debita vt ex eo utilis tantum hypothecaria creditori detur. Et ratihabitione domini aut heredis quatenus retro trahatur. Exposita l. rem alienam. D. de pignorat. act. qua noua ratione conciliatur cum l. si Titio. D. de pignorat. act. Apud Paulum & Papinianum, sine voluntate: sine pace apud Virgilium: Apud ipsum & Senecam Tacitumque ac alios, sine more. Apud Paulum, sine iure: Apud Casarem & Petronium extra legem extra consuetudinem. Apud Thucydidem & Xenophontem & apud Græcos denique Romani iuris interpretes πὰρ τὸν πῶλον quid significet. De denuntiationibus postremo ac protestationibus, contractui solutioni manumissioni aditioni ad rem impediendam adhiberi solitis: Exposita l. 49. in prin. D. de minor.*

## CAP. XVIII.

Valde intricata erat quæstio, quam expediendam suscepimus de rei alienæ pignore: sed quoniam sapere ausi sumus, & dimidium facti qui coepit habet, vt ait poeta, pergamus etiam, ac difficillimum & opinione omnium & re vera nodum dissoluamus. Hæc Pauli verba sunt <sup>d</sup>, Rem alienam pignori dedisti, deinde dominus rei esse coepisti: datur utilis actio pignoratitia creditori. Quæ cum generaliter concepta sint, ego accipienda esse puto de re aliena primum, quæ ignorante

<sup>d</sup> l. rem alienam D. de pignorat. act.

domino daretur: deinde quæ non esset in bonis debitoris, quum eam obligabat pignori: alioqui nõ utilis, sed directa daretur actio hypothecaria. Cum autem ei qui sciens rem alienam pignori accepit, difficiliter sit dari vtilis actio, licet postea debitor dominium quæsierit, quemadmodum supra ostendimus: ex eo sequitur vt in specie proposita, creditor bona fide acceperit, cum vtilis hypothecaria non denegatur: atque hoc quidem siue debitor verum rei dominium nactus sit, siue in bonis tantum eam habere cœperit. Quod enim ab initio ad perficiendum contractum requirebatur, vt inde actio directa nasci posset, id si accesserit postea, dicemus eo facto ita confirmatum esse contractum, vt actionem non directam quidem & ordinariam, sed tamen vtilem pariat. Sanè si debitor in bonis tantum habere, cœperit, actionem vtilem aduersus verum dominium minimè dabimus creditori, qui debitor melior esse non debet: aduersus extraneum quencunque multo magis aduersus ipsum debitorem exemplo pigneratitiæ, hoc est hypothecariæ directæ, vtilis persecutionem ex æquo & bono accommodabimus. Atque ex iis quæ superiore capite differuimus, ita exponendum esse imperatorum a rescriptum reor, quod cum responso Pauli aptè connectitur, & hac in quæstione celebrari cum primis solet. Nihil autem interest quomodo is, qui rem alienam pignori dederat efficiatur dominus, emptione an successione: Siue enim emerit, siue domino rei heres extiterit, pignus ab eo datum, qui nunc effectus est dominus omnino conualescit: & directo quidem, ita vt directam actionem creditori dandam, velut ex noua causa censeam, ab eo tempore quo dominium debitor nactus est: ex pristina verò causa, quæ dominium à debitor quæsitum antecessit, vtilis concedi oportere: cum retrò currere confirmationem istam æquum sit, præsertim aduersus ipsum debitorem. Hic igitur vtili quidem hypothecaria tenebitur, ad pignus tradendum, quod antè obligauerat quàm in bonis haberet, sed & post amissam rei possessionem à debitor iam domino, quid vetabit quominus creditor in quemuis rei sibi obligatæ possessore directo expectiatur? Nonne hic eadem est ratio, quæ in illa specie facti: cum nesciente domino res eius hypothecæ data sit: deinde postea dominus ratum habuerit: in qua nemo est qui directam dari neget, cum pignus valeat: sed dicendum esse Marcianus ait<sup>b</sup>, hoc ipso quod ratum habet, voluisse eum retrò currere ratihabitionem ad illud tempus quo conuenit. Imò multò maior: eum ille, qui nunc est dominus, consensum præbet, ratumque habet non quod alius eo ignorante, sed quod idem ipse antea gessit: cuius eadem & continuata voluntas facilius vt retrò currat, quàm duorum intelligitur: vt verò in postremum directa datur actio ex quo dominus censendum præstitit ratumve habuit: ratio iuris ciuilibus efficit, quæ nudo consensu pignus contrahi, multo que facilius, de quo antea conuenerat, id confirmari sinit. Ergo quod pignus hereditariæ rei à debitor ante restitutam ipsi hereditatem ab eo datum creditori postea confirmari apud Papinianum c traditur: ita quoque vt retro trahatur pignus, & actio non vtilis modò, sed etiam directa

a l. cum res  
C. si aliena  
res dig. da.  
ta sit.

b l. si fundus.  
s. j. D.  
de pigno. l.  
aliena. D.  
de pig. act.

c l. si iam.  
D. ad S. C.  
Trebell.

recta competat, accipiendum est, quemadmodum diximus. De exceptione non dubitatur: nam cui damus actiones, eidem & exceptionem ex regula iuris a competere multò magis quis dixerit: ea profectò debitorum dominio postea quæsito repelli à creditore, non modò si bona fide, sed et si sciens rem esse alienam pignori antè accepisset ex Papiniano docuimus: & Vlpiani responso confirmari potest; in quo si filius familias pro sorore dotem relegato vel longo tempore absente patre promiserit, & rem patris pignori dederit, non teneri quidem interim: sed si patri heres postea filius extiterit & pignus prosequatur, exceptione doli summouendum ait<sup>b</sup> à fororis viro: quem verisimile non est ignorasse conditionem eius, cum quo contraheret, vel affinitatem iungeret. Vt in alia facti specie, in qua genero filius à socero venditus proponebatur, imperatores generum tam proxima necessitudine coniunctum, eius conditionis ignorantiam simulare non potuisse rescripserunt c. Sanè alioquin huic quoque si bona fide rem alienam à debitor suam asseuerante, aut aliàs vt suam tradente accepisset, ex post facto actionem indulgeri secundum ea, quæ supra exposuimus, oporteret. Atque hæc quidem vera sunt, cum is, qui dedit rem, vel obligauit pignori, dominus, eius aliqua ratione postea efficitur. Vt enim rei alienæ venditor, si medio tempore heres domino rei extiterit, implere venditionem cogitur d: sic rem pignori obligatam tradere cogendus est debitor: quem nemo est quin dicat improbare, si resistit, quominus vtilis actio moueatur: ideòque eius exceptio talis, si non res esset aliena, vel, nisi res nondum in bonis meis esset cum eam obligauit pignori, excludetur doli replicatione huiusmodi qua ex suo mendacio, qui de pignore ipse conuenit, arguitur, nisi dolo facis, qui rem quam penes te habes tradere recusas, cum eam ipse tu ignoranti alienam mihi velut tuam obligaueris. Nam & si non effectus dominus, sed alia ex causa rem teneat, talem eius exceptionem replicatione simili elidi Vlpianus docet e. Atque hoc est nimirum, quod Paulus in extremo isto responso voluit, cuius finis ipsi (vt arbitror) initio respondet. Ex eo quod antè diximus efficitur, vt si debitor post quæsitum dominium rei alienæ, quam antè Titio tradiderat pignori, deinde obliget Mæuio, tradatque, Titius in pignore potior futurus sit, tanquam debitor ab initio dominus fuisset, cum rem alienam ipsi Titio tradidit: quod & in emptione verum esse constitit f. Vtrobique autem ea scilicet ratione, quoniam si ipse venditor aut debitor à Titio eam peteret, exceptione summoueretur: sed & si ipse possideret. Titius autè peteret: hic aduersus exceptionem dominij replicatione vteretur: ac multò magis excluderet Mæuium, qui debitor aut venditor à quo ius habet potior esse nõ debet. Sanè si Titio quidem obligata, non etiã tradita fuisset ea res, quæ deinde quæsito dominio debitor Mæuio & obligauit & tradidit: adhuc in pignore (aliter atque in emptione diximus) Mæuio præferri Titium crediderim. Quid si Titio primò deinde Mæuio debitor alienam patæ præditum pignori dederit, ac postea dominus eius pignoris factus sit, an Mæuij quoque vt Titij pignus ex post facto conualescere, quoniã res

a l. inuitus  
156. s. j. de  
reg. iur. l. r.  
s. is autè. D.  
de superfici-  
ciis.

b litem si  
filius fa. s.  
sed si filius  
fa. D. ad  
Macedon.

c si filium  
C. de lib.  
causa.

d l. si quis  
alienam. D.  
de act. em-  
pti.

e l. si inter-  
s. j. de pign.

f. si à Titio  
D. de rei  
vin. l. pen.  
D. de exce-  
rei vend. l.  
apud Cel-  
sam s. si à  
Titio. D.  
de doli ma-  
li excepti.



¶ I. qui bali in bonis debitoris esse cepit, cenfebimus? Et Africanius? non posse conualescere pignus Mæuij quādiu manebit antiquior illa Titij obligatio satis ostendit: eum in proposita specie, si post quæsitum dominium debitor prædium alienauerit, Titioque pecuniam deinde soluerit, nullum tempus inueniri responderit quo pignus Mæuij conualescere posset, idèd quia neque tunc cum Mæuio obligaretur, neque cum Titio solueretur, in bonis debitoris fuerit: effectò igitur domino eo qui pignus dedit, id conualescere duntaxat existimamus, quòd solum est: aut quòd tempore prius est, eum res in bonis esse incipit.

Ceterum non ei tantum, qui de suo mendacio argui potest, replicatio doli obicitur, sed ei etiam nocebit, qui successerit defuncto debitori, qui rem alienam ut suam obligauit, & cuius non mendacium heres arguere, aut ut arguatur sinere, sed potius fidem liberare debet: ut in hac specie, quam Modestinus alicubi proponit<sup>b</sup>: si Titio qui rem meam ignorante me creditori suo pignori obligauerit, heres extitero: in qua respondit ex post facto pignus directò quidem non conualescere, sed vtilem pignoratitiam creditori dandam esse. Hic autem idèd nõ directò, ut in illa specie, quam superius exhibuimus, sed vtiliter pignus conualescit: quia re vera non eadem est persona defuncti debitoris, qui rem obligauit, & eius qui est dominus, sed fisione tantum iuris esse intelligitur, propterea quòd debitori successerit is qui obligata rei dominus fuit. Quamobrem neque retrò trahi confirmationem huius pignoris ad tempus quo primum contractum est, neque nunc directam, sed vtilem tantummodò actionem & aduersus eum qui heres est & aduersus extraneum quemlibet possessorem dari crediderim: idèd autem non denegari vtilem aduersus heredem, quia non debeat melioris conditionis esse quàm defunctus debitor, in cuius obligationem aliudque omne ius succedit: Quod si excipiat heres & obligata rei possessor, Nisi cum pignus contractum fuit res non erat in bonis debitoris: replicabit ereditor de dolo sic ferè, Nisi dolo facias, qui rem nõ tradis quam auctor tuus (cuius voluntatem implere fidemque præstare debes) mihi bona fide accipienti, ut suam obligauit. Atque hæc quidem omnia locum habent in actione hypothecaria, multoque magis in contraria pignoratitia, ut aduersus debitorem nunc dominum effectum, aut aduersus dominum, sed debitoris heredem rectè atque vtiliter intendatur: ab eo scilicet creditore: qui bona fide rem existimans debitoris esse, pignori accepit: nec refert, quod postea esse, alienam cognouerit. Sin autem ipso initæ obligationis tempore scierit esse alienam creditor, ut ei nõ concedendam esse persecutionem pignoris aduersus debitorem qui dominus effectus sit ante docuimus, ita etiam atque adèd multo magis aduersus eum denegabitur, qui verus est dominus, quisque non ipse pignori obligauit, sed tantum debitori qui obligauerat, successit: præsertim verò si contra ipsius domini voluntatem, qui debitori postea heres extitit, pignus contractum fuisse probari possit. Cessat enim hoc casu illa iuris ficio contra expressam & manifestam

<sup>b</sup> l. si Titio  
D. de pign.

stam facti veritatem: nec ex postfacto videri potest obligationi ab initio consensum præstitisse hic quo inuito, ut ille quo ignorante contractam eam fuisse constet. Hoc autem esse puto quod his verbis Paulus extulit, Non est idem dicendum si ego Titio, qui rem meam obligauerat sine mea voluntate, heres extitero, hoc enim modo pignoris persecutio concedenda non est creditori: neque vti que sufficit ad comperendam vtilem pignoratitiam actionem, eundem esse dominum, qui etiam pecuniam debet. Quæ verba variis interpretationibus aliò atque aliò doctores nostri distorquent potius, quàm fulciunt aut adiuant. Ego quid illi, quid deinde Alciatus, Cónanus, Duarenus (at bone Deus qui viri!) tradiderint, non ignoro: meam sententiam ingenuè simpliciterque, pro meo more, profero: in aliorum quippe opinionibus, quas etiam enumerare longum est, coarguendis & exagitandis inuuliter plerumque laborem infumi, nimiumque altercando veritatem (utin mimò quodam Publius apud Gellium cap. 14. lib. 17. loquitur) amitti scio: in hac autem quæstione facilius quemque quid falsum & reiiciendum sit videre, quàm quid ut verum ac rectum tenere nos oporteat, ab vilo defniri, satis intelligo.

Mea hæc ratio est, ne pluribus lectorem morer: Modestinus de illo casu loquitur, cum ignorante domino accipienti bona fide creditori rem ut suam, quæ aliena erat, obligauit debitor, cui deinde dominus heres extitit: Paulus de illo casu cum sciente, sed inuito ac forsitan denuntiante domino, sciens creditor accepit: qui nunc aduersus eundem dominum debitoris heredem sibi actionem à prætorè pignoris persequendi causa concedi postulat. Modestinus dixit, Ignorante me: Paulus, Sine mea voluntate, id est, contra meam voluntatem: Nam id quoque quod fit contra meam voluntatem (atque adèd etiam magis) sine voluntate mea fieri existimandum est, quàm si me ignorante fieret: cum autem vtranque interpretationem illa verba ferant: ego istam, quæ aptior & commodior videtur, adhibeo: quæ ne forsitan à quopiam, eo quòd sit infrequens repudietur, tanquam exemplo careat: omni ratione à me (si poterit) stabilietur atque confirmabitur. Ac primum huiusmodi articulis interdum iuriconsulti aliter ac vulgò soleat, utuntur: ut eum bonorum possessionem aduersus tabulas Vlpianus nominat in fragmentis Institutionum<sup>b</sup>: quæ ab ipso atque ab aliis plerumque secundum tabulas appellatur. Tum verò sine voluntate alicuius, idem esse quod inuito aliquo quidpiam fieri ex duobus Papiniani clarissimi iuriconsulti locis inuicem collatis apparebit: Nam libro primo de adulteriis, Diuus quoque Adrianus (inquit) Rosciano Gemino rescripsit & inuito patre filium hæc lege reum facere posse. At eadem de re agens, & ad hoc Adrianus rescriptum siue constitutionem aspiciens libro quinto quæstionum, Filiusfamil. publico (inquit) iudicio adulterium in vxorem sine voluntate patris arguere posse constitutum est (ab imperatore scilicet Adriano) vindictam enim proprii doloris consequitur. Denique Venus apud Virgilium, lib. 10. Æneid. vbi Iouem allo-

T

<sup>a</sup> de l. rem  
alienam. §.  
de pign.  
act.

<sup>b</sup> tit. 28. vi-  
de Cuiaciu  
in notis ad  
tit. 20. & ad  
l. naturali-  
ter. D. de  
v. sup. & v-  
sup. cap.  
c. l. inter li-  
beras 6. §.  
pe. D. ad  
leg. Jul. de  
Adult.  
d. l. filium-  
fa. 37. D.  
co. tit.



quitur, Sine pace tua, & invito numine, pro eodem posuit,

*Si sine pace tua (inquit) atque invito numine Trôes  
It aliam petière: luant peccata, neque illos  
Iuueris auxilio.*

Sed poetam mitto: ne quis excuset licentiam. Seneca, li. 3. de Ira cap. 2. Sine more dixit, pro Contra morem, vel præter morem (nam horum duorum utroque idem significari paulo post docebimus) vbi, Sine more, sine auspiciis populus ductu iræ suæ egressus fortuita raptaque pro armis gessit. Sic ipsum imitatus eodemque forsitan aspiciens Tacitus, lib. 17. annal. vbi de Othone, Rapta statim arma sine more & ordine militiæ, vt prætorianus aut legionarius insignibus suis distingueretur. Miscentur auxiliariis galeis scutisque nullo tribunorum centurionumve adhortante: sibi quisque dux & instigator. Sic apud Minutium in Octauio, Felicem, veterem caudicum, sine more, contra morem significat: Nam vbi de Romulo, Hæc prima sunt (ait) auspicia religiosæ ciuitatis: mox alienas virgines iam desponsatas, iam destinatas, & nonnullas de matrimonio mulierculas sine more rapuit, violauit, illisit, & cum earum parentibus, id est cum soceris suis bellum miscuit, propinquum sanguinem fudit. Apud Virgilium lib. 5. Æneid. quoque ita hoc, sine more accipitur, vbi,

*-effusus imbribus atra*

*Tempestas sine more furit, tonitruque tremiscunt  
Ardua terrarum & campi.*

Item alio loco, lib. 7. Æneid.

*Tum verò infelix ingentibus excita monstria  
Immensam sine more furit lymphata per urbem.*

Et item isto, lib. 8. Æneid. ad quem apexisse videtur Minutius cum id scripsit quod antè retulimus:

*Nec procul hinc Romam & raptas sine more Sabinas  
Confessu cauea, magnis Circensibus actis.*

*Addiderat.*

Hellenismus est: quo (vt alibi sæpe, iurisperiti nostri) sic in hoc loco Paulus vitur, cum ait, sine voluntate, id est non obseruata voluntate atq; adeò contra voluntatem: Nã apud Græcos, *ἀνευ*, id ipsum nõnunquam significat, quod apud Paulum, Virgilium, Senecã Tacitũ, ac Minutium, sine: vt cum *ἀνευ τῆ νομίμου* dicunt, sine iure, id est contra ius, non obseruato iure. Thucydides, lib. 4. hist. vbi de Brasida quẽ Thessali ad Enipeum accessu illius regionis prohibuere, *ἔπει καὶ τότε* (inquit) *πορευόμενοι ἀπὸ ἀπαντήσαντες ἄλλοι τῶν τὰναντία τούτοις βουλομένων ὅτι τῷ ἐνιπέϊ ποταμῷ, ἐκώλυον καὶ ἀδικεῖν ἔφασαν ἀνευ τῆ πάντων κοινοῦ πορευόμενον.* [ *Ei tunc progredienti se opposuerunt, ad flumini Enipeum, qui contraria factionis erant, ac prohibebant eum: dicentes, iniquum esse eum illac iter facere, sine publico consensu.* ] vbi ( meo quidem iudicio ) *ἀνευ τῆ πάντων κοινοῦ*, nihil aliud est quàm, quod consimili loquendi ratione dicitur, *ἄνευ τῶ δίκαιον*, *ἄνευ τῶ νόμιμον*, *ἄνευ*.

*ἄνευ τῶ νόμου* apud Xenophontem lib. 1. *Ἰσοκράτην*. *Ἰσὺν* *ἄνευ τῶ κλήρου τῶ ἀεισάρχου* & *ἄνευ τῶ ἀγνίς κλήρου*, Lyfiam, *ὑπὲρ τῶ ἐρατοῦ* *ἄνευ φόνου*, *Ἐσθινεμ* *καὶ τιμάρχου*, ac Diodorum, lib. 1. scã. 2. *ἄνευ τῶ ἀράν* apud Demarchum, *καὶ δημοθέους*, & *ἄνευ τῶ κοινοῦ* *ἄνευ ἀνδρῶπων ἡθῆ*, *ἄνευ τῶ σωθῆκας*, *ἄνευ τῶ ἔρκους*, apud Polybium, libr. 1. histo. & libr. 3. & apud illum, quem antè nominavi, Diodorum, lib. 1. 13. & 16. *ἄνευ τῶ ἑλλήνων ἐθισμοῦ*; *ἄνευ τῶ κοινοῦ νόμου*, *ἄνευ τῶ κοινοῦ ἔθους ἡδ ἄλλων ἀνδρῶπων*, & *ἄνευ φύσιν*: [ *Præter Græcorum mores, præter ius gentium præter reliquorum hominum consuetudinem communem, & præter naturam.* ] Præter vel extra ius, præter vel extra leges, conuentiones, imprecationes, iusiurandum, communem aliorum hominum morem, præter consuetudinem ac morem maiorum ( vt in quodam Censorum editio, quod Suetonius initio li. de clar. rhetor. & Gellius lib. 15. noct. Attic. ca. 11. referunt ) præter naturam: pro, Contra ius, contra imprecationes, contra leges, contra iusiurandum, contra consuetudinem ac morem maiorum, contra commune ius communemque aliorum hominum consuetudinem, & contra naturam. Denique Cæsar ipse, lib. 3. de bello ciuili, Extra consuetudinem dixit, pro contra vel præter consuetudinem: vbi sic est, His constitutis rebus, signo iam profectiois dato, tabernaculisque detentis: animaduersum est paulò antè extra quotidianam consuetudinem longius à vallo esse aciem Pompeij progressam. Quo genere itidem ex Græcis auctoribus Dion, li. 37. & 43. *ἔξω ἡδ πατρίων*, *ἔξω ἡδ νόμων*, & *ἄνευ τῶ πάτρια*, pro eodem posuit, Extra patria, extra leges, præter patria: pro contra leges, contra instituta maiorum: atque ita quoque extra legem apud Petronium Arbitrum in Satyrico, accipio: vbi, *Di*, *δεῦ* *καὶ* (inquit) *quàm male est, extra legem viuentibus: quicquid meruerunt, temper expectant.* Extra legem, id est, non lege, aut sine lege, id est, contra legem: vt Vlpianus <sup>a</sup>, Injuria non iure, hoc est, contra ius factum in lege Aquilia interpretatur: vt Isidorus ex aliquo veteri auctore, in officio sum testamentum esse ait <sup>b</sup>, sine officio naturalis pietatis ad extraneas personas translatus: quod nostri non ex officio pietatis conscriptum dicunt <sup>c</sup>, id est, contra officium & ( vt ait Aconius <sup>d</sup> ) contra merita: vt Paulus ipse noster alio loco, Sine iure fieri dixit, quod fit non obseruato iure atque adeò contra ius ( cum ex ea, quam is ipse <sup>e</sup> tradidit, regula iuris, qui non facit quod facere debet, videatur facere aduersus ea quæ non facit ) nam hæc eius verba sunt <sup>f</sup>, Sine iure prætorio factum testamentum obiecta doli exceptione obtinebit: vbi, Sine iure prætorio, id est, non obseruata forma iure prætorio præscripta, contra ius honorarium, & vt ex Thucydide diximus, *ἀνευ νόμου*. Sic, sine voluntate, non obseruata voluntate, *ἀνευ γνώμης* vt Græcis non esse inauditum iudico. Xenophon sanè <sup>g</sup>, *ἀνευ γνώμης*, pro eo quod est, *ἄνευ γνώμης* posuisse videtur, vbi de Socrate *ἡμῶν μὲν δὲ τοιοῦτοι ἀνδρῶν ὅσον ἐγὼ δὴ γίγμαι, εὐσεβῆς μὲν οὕτως ὥστε μὴ δὲν ἀνευ τῆς ἡδ θεῶν γνώμης ποιεῖν, δίκαιος δὲ ὥστε βλάπτειν μηδ' ἐμμετρὸν μηδ' ἐνά, ὡφελὲν δὲ τὰ μέ-*

a l. scã & si  
quocunque  
§ j. D. ad l.  
Aquil.  
b lib. 5. Ety  
mol. 4. 24.  
c Matci-  
nus l. 2. D.  
de inof. te.  
Paulo. li. 4  
sent. tit. 5.  
d ad 3. actio  
in Verrem.  
e l. q. n. nõ  
facit 12. D.  
d reg. iur.  
f li. senten.  
7. sub ti de  
testam. suc  
cess. to fra.  
Pinhus. ti.  
16. de leg.  
suc. cess. vbi  
Pinth. i.  
p. 1. videtur  
g l. 4. Sop-  
mum. ad  
li.

γῆς τῶν γεωργῶν ἐαυτῶν, ἑκατῆς δὲ, &c. [ *Mihi talis quum fuerit compertus, qualem eum fuisse commemoro. Ita fuit prius, ut nihil sine iussu deorum faceret: ita iustus, ut neminem vel tantillum laderet, sed multum prodesset ijs qui eum adhibebant: Continens verò.* ] Beatus profectò Augustinus, Præter & Contrâ, pro eodem posuit: nam præter bellorum morem truculentos barbaros pepercisse Romanis quodam loco lib. 1. ca. 1. de ciuit. Dei, dixit: alibi verò lib. 2. de ciuit. Dei. cap. 2. eadem de re agens propter Christi nomen contra institutum morè inque bellorum Romanis quò confugerent religiosa & amplissima loca barbaros libera præbuisse retulit. Sic apud Paulum nostrum, sine voluntate, *ἄνευ γνώμης* rectissimè Græci exponunt, quod Xenophonti *ἀνευ γνώμης* esse tentauimus: Præter vel extra voluntatem, & non voluntate, id est, contra voluntatem: Nam ipsius verba ita reddiderunt, Tit. 1. lib. 25. Basilic. *ἐὰν ἀλλότριον ἐνεχυράσῃς κληρονομίᾳ τῆ κτελεῖς αὐτῆ, ἀρμόζει τῶ δανειστῆ ὄπιλῖα πᾶσι τῆ ἐνεχυροῦ ἀγωγῆ ἐξ ἐγὼ κληρονομίᾳ τῆ ἄνευ γνώμης μου τὸ παράγμα μου ἐνεχυράσῃς ἐξ ἀρμόζει.* Ergo apud Paulum, sine mea voluntate: sic optima ratione (nisi me fallit animus) interpretor, Cùm ego nollem sed intercederem, protestarer & contradicerem<sup>a</sup>, cùm ipsi creditori denuntiarem testatione forsitan etiam adhibita (quod de testari dicitur<sup>b</sup>) ne rem quæ mea erat, acciperet: solebant enim vt in emptionibus, solutionibus, manumissionibus earum impediendarum gratia, ita & in pignoribus quoque (quid enim vetaret?) vti veteres huiusmodi denuntiationibus, hoc est protestationibus & quasi minis: nam ita explicat Plinius lib. 6. epist. ad Priscum: Verùm vt ferat illè (inquit) ego meum damnum, meam contumeliam indicabo, sed non tanquam pro mea, hoc est grauiùs irascar quanquam quid denuntiationibus & quasi minis ago? Iulianus hanc alicubi<sup>c</sup> speciem facti proponit, Si hominem tibi dederò vt eum manumitteres, & postea procurator meus prohibuerit ne manumitteres, an mandati agere possim, si tu eum manumiseris? Respondit, si procurator iustam causam habuit interpellandi manumissionem serui, tenebor: nisi denuntiationi procuratoris paruero: si verò nulla iusta causa procuratori fuit denuntiandi ne seruus manumitteretur, non poterit mecum agi: quamuis ad libertatem eum perduxerim. Vlpianus<sup>d</sup>, Si quis prohibuit vel denuntiauit ex causa venditionis rem tradi: item alio loco<sup>e</sup>, Litigiosam rem non facit denuntiatio, quæ impediendæ venditionis causa fit. Ex quibus intelligimus, Denuntiare apud eundem Vlpianum *ἐλλειπτικῶς* positum, itaque interpretamur quasi prohibendi vel impediendi causa denuntiare scriptum fuerit: vbi<sup>f</sup>, Tutor (ait) vrgentibus creditoribus rem pupillarem bona fide vendidit, denuntiante tamen matre & emptoribus. id est, cùm mater & tutori ne venderet & emptoribus ne compararent denuntiaffet: hæc enim vt puto vis est articuli, & illo in loco: sed ad rem: Pomponius<sup>g</sup>, quoque heredem qui nõ retenta quarta totam

a l. 1. §. sciētiam. D. de trib. act.  
b l. de testat. io. 11. l. plebs 237. §. j. D. de ver. & rer. sign.

c l. si hominem 30 D. Mandati.

d l. Papinianus. D. de public. in rem act. c. l. 1 D. de litigiosis.

f l. Tutor vrgentibus 49. in prin. D. de minor. 25. annis. g l. Heres. 21. D. ad S. C. Trebel.

totam hereditatem restituerit, & aduersus agentem doli mali exceptio ne vti posse eum & debitoribus denuntiare ne soluerent. Sic apud Vlpianum<sup>a</sup> ex Pomponio recitatur & reprehenditur Labeonis opinio existimantis, si posteaquam quis constituit pro alio, dominus ei denuntiet ne soluat, in factum exceptionem dandam. Imperatores Diocletianus & Maximianus<sup>b</sup>, Si fundum vestrum vobis per denuntiationem admonentibus volentem ad emptionem accedere, quod distrahentis non fuerit, non rectè is contra quem preces funditis, comparauit, vel alio modo mala fide contraxit, &c. & alibi<sup>c</sup>, Propter hoc solum quod ementi ne compararet socer tuus denuntiauit: & Gordianus Imperator<sup>d</sup>, debitoris (ait) denuntiatio qui creditori suo ne sibi rem pignori obligatam distrahat, vel iis qui ab eo volunt comparare denuntiat, ita demum efficax est, &c. Ad impediendam quoque aditionem hereditatis denuntiatio heredi scripto, cui virilis ex edicto conseruatur, fiebat ab emancipato præterito: ne alioquin ex necessitate per aditionem libertates competerent, atque ita damno afficeretur hereditas, vt est apud Vlpianum<sup>e</sup>: fiebat etiam nuntiatio, noui operis, quod in solo fieret, inhibendi gratia: huc pertinet ille Pandectarum titulus de operis nou. nuntiat. Sed de denuntiatione satis superque.

Ad Paulum redeo: qui cùm ait, Sine mea voluntate: leptote figura vsus (quam nostris auctoribus per familiarem esse posterius cap. 21. docebo) minus loqui plus intelligere forsitan videri potest: Cæterum siue oratio iuri consulti hoc loco figurata est, siue non: & illo potius quem antè ostendimus, aut alio quocunque modo accipienda est: omnino illa scisse quidem, sed non consensisse, hoc est (vt mea fert opinio) restitisse dominum significat: alioqui, cùm is, qui scit, & adest, patiturque & tacet, permittere atque adeò consentire videatur<sup>f</sup>: si præsentem neque contradicente, sed patiente domino rem debitor velut suam siue ignorantem siue scientem creditori tradidisset, pignori rectè (vt pote consentiente domino) fuisse obligata videretur, vt ab imperatoribus rescriptum est: quo casu & si non extitisset heres debitori dominus, hypothecariam directam creditor & aduersus quencunque possessorem vtiliter intenderet, etiam aduersus dominum: cuius exceptio, Nisi res mea sit, hac replicatione, Nisi debitor meus ex voluntate tua mihi obligauerit, elideretur. Sed & si dominus prohibuisset vel denuntiaffet ex causa pignoris rem tradi (quæ ipsius voluntate à procuratore, vel ipso domino sciente neque contradicente, fuerat à debitore antè obligata) & is nihilominus tradidisset: diceremus creditorem tuendum per hypothecariam à prætore, siue possideret, siue rem peteret. Si quæret aliquis, quo argumento id probem? Ei dixerò, moueri me quòd ex Papiniano Vlpianus<sup>h</sup> in eadem specie pariter tuendum emptorem aduersus dominum tradiderit: Sic autem prætor creditorem per Serianam quemadmodum debitorem per Publicianam tueatur, id quod superiore proximo capite à nobis non indiligenter expositum fuit. Itaque huc referri non potest quod Paulus ait<sup>i</sup>, Si conuenit de

a l. vtrū. D. de constit. pecunia.

b l. si fundū C. de rei vin.

c l. si maior C. de re scind. ven. d. l. 2. C. de bitore ven. dit. pigno. imped. nõ pos.

e l. virilis, §. si quis ex libris D. de legat. præstand.

f l. item si filius fa. §. interdum. D. ad Mace don. l. qui fide 53. D. mandati. §. l. si sine voluntate. C. ad Velleianum. l. 2. C. si res aliena pign. data sit fact. l. qui balneū in fi. D. qui pot. in pig. hab.

h l. Papinianus. D. de pub. in rem act. i d. l. rem alienam §. vlt.

pignore improbè resistere debitorem, quo minùs utilis actio mouca-  
tur: de directa enim non loquitur, sed de utili. Equidem vltimum hoc  
membrum continuo spiritu legendum esse cum superiore proximo  
crediderim. Igitur cum hoc toto responso ex libris quæstionum de-  
sumpto duas facti species proposuerit, vnam in qua ignorans credi-  
tor à non domino acceperit, cui postea quæsitum est dominium, quo  
casu datur utilis actio: alteram in qua aduersus dominum heredem de-  
bitoris qui debitor scienti rem alienam esse creditori obligauit, non  
conceditur vlla pignoris persecutio: quamuis proinde hoc, vt illo ca-  
su idem sit dominus qui etiam pecuniam debet: Iurisconsultus ad ex-  
tremum addit. In hoc vt hypothecaria utilis competat, non sufficere si  
idem sit dominus & pecuniæ debitor, sed oportere vt qui dominus est  
& debitor, idem ipse de pignore conuenerit cum creditore, qui esse re-  
eius aut etiam voluntate domini tradi existimaret (quemadmodum in  
priori specie) addo aut certè conuenisse cum creditore intelligatur.  
vtputa cum ignorante domino, creditor bona fide à debitore accepe-  
rit, ipsique debitori deinde dominus successerit: de qua facti specie  
Modestinus loquitur <sup>a</sup>, non etiam Paulus, Nam in secundo membro  
responsi sui de casu prorsus diuerso agit, cum scilicet inuito domino  
pignus contractum, & scienti creditori traditum fuit, sic deinde debitori  
dominus heres extitit, quo casu heres si possidet, agentem creditore  
vel hypothecaria, vel etiam contraria pignoratitia, repellat exceptione  
opposita: sed & ipsum vicissim creditor si possideat ( quoniam ei cum  
Papiniano l. 1. §. j. D. de pignor. retentionem concedimus ) agentem  
doli exceptione summouebit. Hæc de pignore alienæ rei, quomodo,  
quando aut quatenus conualesceret, habui quæ dicerem: restat vt de  
manumissione alieni serui breuiter disseramus. Has enim quæstiones  
eadem opera tractant Accursius & Bartolus, quique illorum lectam  
sequuntur: quas cum ipsi more suo expediant, nos itidem nostro disce-  
ptabimus atque finiemus: & hac sola de causa nec in inuidiam vocabi-  
mur (vt spero) nec in vllam, apud æquos certè iudices, reprehensio-  
nem incurremus.

<sup>a</sup> d. l. si à  
Titio.

*Directam alieno seruo libertatem in testamento dari non posse. Exposita l. si  
seruo. D. de adim. leg. De seruo hereditario: exposita l. verum est. de ma.  
testa. De seruo castrensis peculij. Explicantur l. generaliter. §. quid ergo  
si fideic. libert. l. Stichus seruus 2. & l. Aristo. D. de man. testa. in qua  
iuris antiqui vestigium indicatur: & l. 2. §. codicillorum D. de iur.  
codicil. in qua defenditur vulgata lectio. De seruo pignorato: vt con-  
ciliari possit. §. si quis seruo d. l. generaliter cum l. seruum filij. §. si idem  
de legat. 1. Exponuntur præterea l. qui testamento. de legat. 2. & l. fra-  
tres Imperatores D. de pæn. Item de seruo communi. Postremò de seruo a-  
lieno ab hostibus redempto & manumisso. Explicata l. 71. si seruum. D.  
de adq. hered. cuius tentatur emendatio.*

C A P.

**I**Nter manumissionem & distractionem aut obligationem alieni ser-  
ui non nihil interest. Distractio & obligatio vel ipso iure statim va-  
lent, vel certè ex post facto, si seruus in bonis esse cœperit eius qui ven-  
didit aut obligauit, confirmantur atque conualescunt: perinde quasi ab  
initio contractus legitime habitus fuisset, vt proximo superiore capite  
ostendimus. Manumissio serui alieni vel pignori obligati prorsus est  
inutilis: nisi de consensu domini creditorisve facta sit re vera, vel esse  
facta intelligatur: alioqui vel ex post facto non conualescit, vel si con-  
ualescat non retrahitur. Hoc vt penitus intelligatur paulo altius re-  
petendum, ac diligentius perquirendum est. Qui dominium in fundo  
aut seruo habuerit, id tradendo, transfert: si non habuit, ad eum qui ac-  
cipit nihil transfert, auctore Vlpiano <sup>a</sup>, id est, non plus quàm ipse ha-  
buit <sup>b</sup>: nisi tamen consentiente domino tradiderit. Quamobrem Im-  
peratores, Si filius tuus (aiunt <sup>c</sup>) res ad te pertinentes sponsæ suæ, te  
non consentiente donauit, ad eam quod non habuit transferre non po-  
tuit. A non domino facta venditio, itémque pignoris obligatio inte-  
rim valet, quia non dominum facere venditor aut debitor, sed rem tan-  
tummodò tradere, sic vt habere liceat, tenetur: sed ita valet emptio  
vel pignus, vel apud emptorem aut creditorem interim plus iuris non  
sit, quàm apud illos horum auctores vel sit vel fuerit. Sanè rati habi-  
tione domini aut etiam auctoribus ipsorumve successoribus effe-  
ctis dominis, aut si dominus auctoribus heres extiterit: emptio  
itémque pignus confirmatur, secundum ea quæ superius expo-  
sui.

Nunc de manumissione videamus. Et quemadmodum ad serui do-  
minium transferendum, necesse est vt qui tradit sit dominus, vel ex  
domini voluntate tradat: ita quoque ad seruum omni dominio libe-  
randum, eum qui siue directo in testamento siue inter viuos vindicta  
manumittit, dominum esse oportere conuenit, aut consentiente do-  
mino manumittere. Agamus primùm de testamentaria manumissio-  
ne: ab hac enim non nihil differt ea quæ inter viuos expeditur, quan-  
tum attinet ad id de quo quærimus. Quemadmodum iusta libertas &  
plena, hoc est ciuitas Romana, his tantùm seruis dari testamento po-  
terat, qui testamenti faciendi & mortis tempore ex iure Quiritium te-  
statoris fuissent: quod si tantùm in bonis aliquis non etiam ex iure  
Quiritium seruum haberet (traditum puta, sed neque mancipatum,  
neque post traditionem anno possessum & vltu captum, neque in iure  
cessum) manumittendo Latinum non ciuē Romanū olim faciebat, vt  
ex Vlpiani regularū siue Institutionū fragmentis didicimus: ita idē ex  
opinionē Seruij Vlpianustradit<sup>e</sup>, iis posse seruis dari testamento dire-  
ctam libertatem, qui vtroq; tempore, & quo testamētū fit, & quo mo-  
ritur testatoris fuerint. Adde auctore ipso Vlpiano <sup>f</sup>, vel esse intelligatur  
ex iure postliminij. Adde idē iuris esse si ei qui faciendi testamētū tem-  
pore fuit testatoris, deinde alienato codicillis ad testamētū pertinen-

<sup>a</sup> l. traditio  
D. de vlt. & vlt. cap.  
<sup>b</sup> l. nemo plus iuris.  
D. de reg. iur. vbi scilicet  
ps.  
<sup>c</sup> l. si filius.  
C. de dona.

<sup>d</sup> ti. 5. de si-  
beritiss. qui  
tantum, &  
§. in bonis.  
e. l. Seruius  
D. de ma-  
n. i. test.  
l. seruum  
meum 50.  
D. de her.  
inst. §. pen.  
inst. de fin.  
reb. per si-  
deicom. re-  
lic.  
<sup>f</sup> l. si serui.  
e. tit. de ma-  
nu. testam.

a l. si seruo 26. D. de ad min. legat.

b l. Quidam ita. 25. §. si quis filium D. ad S. C. Treb. facit l. si heres 70. §. j. eo. tit. c. l. v. §. sed quia. C. cōmunia de legat. d. §. si quis filium. c. l. 3. §. res qua. D. ad Trebellia. f. l. verū est D. de manu. testa. g. l. vnica §. in nouissimo vers. l. i. berratibus. C. de cad. toll. l. i. C. de manu. testam. l. i. testam. liber. eo. tit. l. testam. to manu. missus eo. tit. h. l. si alienū in prin. D. de hered. insti. & Paulus l. 3. §. fen. tir. 4. D. de testa. §. seruus alienus. i. l. Seruo tuo. C. de testam. manu. k l. proponebatur. §. denique. D. de castr. pec. l. j. v. l. D. de castr. pec.

tibus libertis detur, si que à testatore fuerit redemptus: nam dationem (directam scilicet, de fideicommissaria si quidem nō dubitatur) libertatis in eum collatam valere Paulus tradit<sup>a</sup>: valere autem (vt arbitror) ita vt prestari tanquam fideicommissariam ab herede nihil necesse sit, (sed ex testamento, ipso iure statim ab adita hereditate competat, quasi hereditario & Orciuo. Adde ex Iuliani<sup>b</sup> iuris prudentia, recte illi quoque directam libertatem testamento dari, qui ex alterius hereditate ad testatorem de illa restituenda rogatum peruenerit: nā & si in suis bonis pure possidere quis nō videatur, quod alteri prestari debet, ne alioqui possit obligando, alienando, manumittendo alienam spem decipere, vt Iustinianus<sup>c</sup> tradit: attamen ante fideicommissariæ hereditatis restitutionem, recte seruum hereditarium vel inter viuos vel testamento heres manumittere intelligitur, vt libertas fauore sui conseruetur: sed ita manumissoris heres vt pretium serui non nominatim & specialiter, sed cum inuersitate relicti, aut fideicommissario praestet<sup>d</sup>, aut quod idē est, in quartam imputet<sup>e</sup>. Adde auctore Marcello<sup>f</sup>, idem existimandum etsi non mortis sed aditæ hereditatis tempore (ex quo solent libertates competere) hereditarius fuerit seruus, quem facto testamento defunctus medio tempore abalienauerat: quinimō quod apud Vlpianum Seruius definit, sic accipi (nisi fallor) debet, quasi negligentius ab eo pronuntiatum: nec enim sufficit mortis tempore fuisse testatoris seruum, nisi & hereditarius fuerit, nisi tum in defuncti bonis reperiatur, cum eius aditur hereditas. Nam vt reliqua (pecuniaria scilicet) legata pene omnia cedunt à die mortis ex iure antiquo, quod à Iustiniano restitutum fuit, vel ab apertis tabulis ex lege Papia: ita purum libertatis legatum ex sui natura (vt Iustinianus loquitur<sup>g</sup>) diem aditæ hereditatis expectat. Bene igitur Iuriscōsultus<sup>h</sup>, Si alienum seruum liberum & heredem esse iussi, non infirmari quidem institutionem, sed libertatem vt alieno superuacue datam videri: sed & si is postea meus effectus est, neutrum valere asserit, quia libertas alieno seruo inutiliter data est. Bene imperatores ita rescripserunt<sup>i</sup>, Seruo tuo defunctus licet te heredem scripserit proponitur, directam tamen libertatem non potuit dare: iure enim directo libertatem seruis alienis nemo potest dare: quamobrem si seruo filij castrensi libertatem pater ascripserit, impeditur libertas, quo casu patri filius superuixit, qui peculij sui castrensis etiam viuo patre dominus fuit<sup>k</sup>. Itaque aded est inutilis libertas, quæ alieno seruo datur à non domino, vt siue is dominus postea effectus sit, siue ipsi dominus manumissori successerit, nihilo magis directam libertas conualescat: atque hoc ipsum Paulus eo loco innuit<sup>l</sup>: vbi diuersum esse respondendum tradit de patre, qui castrensem filij seruum testamento manumiserit, tum deinde ipse à filio heres institutus sit: & ait fauorabile esse, vt libertatem à patre relictam admittamus: seruum enim patris fuisse videri, ex hoc quod postea contigit ostenditur: quod multo magis dicendum est, si pater qui filij seruum manumisit castrensem eidem filio postea non ex testamento eius, sed ab intestato successerit. Etenim libertatem

tatem patris testamento datam non impediri Vlpianus scribit<sup>a</sup>: merito: quia, cum nihil de peculio decernit filius, non nunc obuuisse patri, sed non esse ab eo profectum creditur: & (vt apud Paulum<sup>b</sup> est) cum filius iure suo non vitur, retrō creditur pater dominum in seruo peculij habuisse: atque ita vtroque casu ex postfacto suum non alienum manumisisse testamento pater intelligitur. Sanè alieno frustra libertas directa datur, etiam si postea esse coeperit eius qui manumisit: quod enim ab initio non valuit, confirmari non potest, & omnia quæ ex testamento proficiscuntur, secundum vulgatam iuris regulam<sup>c</sup>, ita statim euentus capiunt, si initium quoque sine vitio ceperint. Multo minus valebit directæ libertatis legatum, si in id tempus conferatur, quo seruus alienus futurus sit<sup>d</sup>: aut si eo tempore quo dies legatæ libertatis cedere solet, non in hereditate testatoris, sed in aliena potestate seruus sit, cumque ibi beneficium libertatis inueniat<sup>e</sup>: exempli gratia, si seruum dotalem liberum esse iubeat maritus, qui deinde vxore superstitē moritur<sup>f</sup>: aut si seruus cui relicta testamento libertas est, ob facinus aliquod in metallum, opus metalli, ludum venatorium (vt solet) datus fuerit: quo casu seruum poenæ effici, nec ad eum pertinere, cuius fuerit, antequam damnaretur, Vlpianus<sup>g</sup> ait: ideoque vt quod iam poenæ seruo effecto postea datum testamento fuerit pro non scripto est<sup>h</sup>, ita & quod ei adscriptum fuerit; qui postea damnatus & poenæ seruus effectus erit: hunc igitur non modò legatum aut fideicommissum capere non posse extra causam alimentorum: quod aded pro non scripto sit, vt ne ad fiscum quidem pertineat (sicut Antoninus Pius rescripsit, quod de re fuisit à nobis hoc ipso libro<sup>k</sup> disputatum est) verum etiam libertatem sperare non posse, ab ipso Vlpiano<sup>l</sup> disertè scribitur: quod eò pertinere arbitror, vt etiam si cedente libertatis die seruus ex indulgentia principis poena liberatus fuerit, ne directam quidem, sed tantummodò fideicommissariam libertatem sperare possit: siue directa siue per fideicommissum data fuerit. Ideò quia rescriptum est ab imperatore nostro (inquit Vlpianus<sup>m</sup>: id est<sup>n</sup>, ab Antonino Caracalla) seruum poena liberatum in dominium prioris domini non restitui, cuius semel esse desierat: ex quo intelligimus restitutionem in integrum non omnino similem esse postliminio: post hoc rescriptum igitur, is qui directò manumissus, deinde poenæ seruus effectus, ac rursum beneficio principali restitutus & poena liberatus fuerit, non directam (vt qui non vtroque tempore, cum daretur libertas & cum eius datæ dies cederet, testatoris aut in ipsius hereditate repertus sit) sed fideicommissariam (etsi directò data sit, ne scilicet alioqui pereat) libertatem consequetur: nec Orciuus defuncto, sed heredis manumissoris libertus existimabitur. Ante istud rescriptum & ex iure veteri, cum seruus metallo putà damnatus atque restitutus ad eum pertineret, cuius fuisset antequam damnaretur (quod ius etiam Diuorum fratrum temporibus obtinuisse, ipsorum epistola declarat quam Iurisc.<sup>o</sup> retulit, vt suo loco diximus) eamque vim haberet in integrum restitutio, vt serui ius è metallorum poena reuocati non esse mutatum (quomodo apud Pomponium<sup>q</sup> Ari-

a l. proponebatur. §. denique. D. de castr. pec. b l. iterum filij 46. in prin. D. de leg. j. c. l. quod initio 29. l. omnia 201 l. p. e. D. de diuer. iur. ant. l. cetera §. j. D. de leg. j. d l. Stichus seruus 2. D. de manum. testa. e sic loquitur Pap. in l. fratres. D. de poen. f arg. l. seruus dotalem. D. de manumif. g l. aur dānū §. v. l. D. de poenis. h l. quidā eod. tit. i l. j. in prin. & §. j. D. de his quæ pro. nō ser. k cap. 13 supra. l. generaliter. §. si seruus. D. de fid. lib. m d. l. generaliter. §. quid ergo si fideicō. liber. eod. tit. n bene, id est, vt apparet ex l. aut dānum. §. vlt. D. de poenis vbi eadem de re agitur. o l. j. §. si quis vtro. D. de qua. quo aspexisse videtur Iurisc. in l. Diui fratres §. j. D. de po. p hoc ipso lib. cap. 44. q. l. Atist. 46. D. de manu. testam.

sto loquitur) ac proinde nec in seruum pœna liberatum ius domini diminutum esse videretur, qui ante pœnam testamento liber esse iussus legatum accepisset, postea reuocatus, sine dubitatione cum libertate <sup>a d. l. Arist.</sup> legatum consequeretur, ut idem Pomponius <sup>a</sup> ex Aristone refert: qui cum fuerit ex veteribus iuriconsultis, haud dubie de directa libertate sensit, non de fideicommissaria: quod antiqui iuris vestigium vix adhuc quisquam ac ne vix quidem odoratus est, hodie sanè post Antonini rescriptum, ex quo seruus reuocatus fisci fit, libertatem ei directam datam trahi ad fideicommissariam, & ab herede cum legato præstandam esse, idè respondemus, vbi directa non competit: quoniam, quemadmodum si quod per vindicationem legatum est, utroque facti testamenti & mortis tempore non fuerit testatoris, ex iure Quiritium, ipso iure civili non competit legatario, nec legatum valet, sed tamen ex senatusconsulto Neroniano firmatur, perinde quasi per damnationem, hoc est optimo iure legatum esset, itaque non expectato herede, id quidem sibi præsumere aut vendicare non potest legatarius, relictum tamen ab herede petere potest, auctore Vlpiano in fragmentis Institutionum <sup>b</sup>: ita seruus directam manumissus à testatore, cuius utroque testamenti & mortis tempore, vel in eius hereditate cum aditur, non fuerit, non est equidem directam liber (ut paulo antè diximus) veruntamen, quando non tantum propriis, sed & alienis seruis, non quidem per damnationem (nec enim ut aliarum quarumlibet rerum, sic etiam libertatis legatum, ita relinqui posse receptum est) sed per fideicommissum libertatem dari conuenit <sup>c</sup> velut ex fideicommissio datam libertatem rectè persequitur aduersus heredem eundemque iam dominum, vel qui dominium in seruo siue ipsius pretium domino præstiterit, siue alia ratione consequi potest: quo casu non quidem Orcium ac defuncti, sed heredis libertum cum futurum esse constat.

Hæc quæ dixi, ex eo Iuliani <sup>d</sup> loco, qui non est à nostris interpretibus anim aduersus, colligo: vbi seruo qui testamenti facti tempore testatoris fuit, & codicillorum atq; adeo mortis & aditæ hereditatis tempore alienus, non rectè libertatem directam codicillis (ut iure scilicet directo valeat) dari: & contra, si cum testamentum fiebat alienus esset, codicillorum tempore (quibus ei libertas est data) testatoris: intelligi ait alieno seruo libertatem datam ac si in testamento scripta, & idè licet directæ libertates deficiant, attamen ad fideicommissarias eundem esse tradidit: hoc significans, non competere quidem ipso iure libertatem, quæ directam data sit alieno seruo: sed nihilominus tamen velut ex fideicommissio peti posse, ab eo seruo qui vel testamenti facti tempore alienus in bonis defuncti postea esse cœperit, vel cum testamenti facti tempore in potestate ac dominio testatoris esset, postea esse defuerit, nec in bonis defuncti cum eius hereditas est adita, repertus fuerit: alioqui non tanquam alieno, sed velut proprio data directam libertas ipso iure competeret, ut ante allata Pauli auctoritate ostendimus: verum in spe-

specie quam Iulianus tractat, libertas directam data seruo alieno ad fideicommissum trahitur, ne alioquin omnino intercidat: Et trahitur utroque casu: siue testamenti tempore seruus testatoris, codicillorum autem alienus: siue contra cum testamentum fiebat alienus, codicillorum tempore (atque adeo mortis & aditæ hereditatis) in potestatem testatoris reuerius fuerit: quamobrem Iurisc. non directam, sed directas libertates ait deficere: & ad fideicommissarias inquit, non ad fideicommissariam eundem esse, quod idè pluribus verbis enarrandum credidi ut ostenderem non esse, cur abnutiuo articulo (quem Florentinæ quoque Pandectæ habent) iublato, cum eruditissimo alioqui doctore directam libertatem priore casu rectè datam censeamus, quæ codicillis relicta sit quo tempore seruus testatoris esse defuerit: nec mutat quod in domini testatoris potestatem reuerti possit: primum quia hoc facti est (quod non facile suppletur, quinimo in dubio qui semel est alienatus temper alienus esse creditur) nec de reuerso iuriconsultus agit, præterea quoniam reuerso in potestatem testatoris aut eius heredis ante aditam hereditatem adeo rectè data directa censeretur libertas, ut ad fideicommissariam eundem non esset: quod tamen eo in loco ad extremum Iulianus disertè pronuntiat. Sed & in ista facti specie, directam (quæ seruo heredis non rectè data sit) libertatem trahi ad fideicommissariam: propterea quod Orcius libertus esse non potest, nisi qui utroque facti testamenti & aditæ saltem hereditatis tempore non alienus, sed testatoris proprius, & in eius hereditate fuerit: aperte docet comprobatque Vlpianus <sup>a</sup>, vbi, Si seruo suo rogatus sit cum libertate quis hereditatem restituere, siue directam data sit libertas, siue fideicommissaria, & sponte adeat, cogetur (inquit) præstare fideicommissariam libertatem & hereditatem. Igitur etsi data sit directam seruo heredis libertas, præstabit heres fideicommissariam.

Quid autem si qui seruum in bonis habet, eum directam manumiserit, herede illo relicto, qui ex iure Quiritium est dominus: utrum seruo libertatem directam quidem, sed Latinam (utpote à domino in bonis datam) competere, an fideicommissariam, eamque iustam ab herede Quiritarioque domino præstandam esse dicemus? an potius in arbitrio serui ponemus, utrum velit ex directo ad Latinitatem, an ex fideicommissio ad ciuitatem Romanam peruenire? quod magis est. Sanè si quis seruo proprio libertatem testamento, & directam & per fideicommissum dederit, in potestate serui esse Paulus ait <sup>b</sup>, utrum velit ex directo an ex fideicommissio ad libertatem peruenire. Rursum quid iuris est, si bonitarius dominus data directam testamento libertate, Quiritarius deinceps decesserit? utrum seruo Latinam an iustam libertatem deberi dicemus? & precariamne, siue fideicommissariam, an directam? quod tentari potest: sed verius esse puto, ut hoc casu ex verbis illis directis nihilominus fideicommissariam tribuendam esse existimemus. Neque nouum videri debet, si conseruandæ libertatis gratia, eam quæ directam data est, pro fideicommissaria interpretamur: eum

<sup>c</sup> l. libertates. D. de fideic. lib. vide. Caru. lib. 2. insti. de fidei.

<sup>d</sup> l. 1. §. Codicillorum. D. de iur. Codicil.

<sup>a</sup> l. cogi 16. §. si pater. ver. sed si seruo. D. ad Trebel.

<sup>b</sup> l. si quis seruo. D. de manu. test. facit l. j. & §. eod. tit.



in substitutionibus etiam id iurisconsulti ad tuendam (quoad eius fieri potest) defunctorum voluntatem faciunt? & de libertate differens Vlpianus<sup>b</sup> in alia non ab simili specie: Ecce enim seruus specialiter pignori obligatus (qui non consentiente creditore, non potest à debitoribus Severo & Antonino<sup>c</sup> rescriptum, & à iurisconsultis<sup>d</sup> postea responsum est) is, inquam, seruus pignorat, id est pignori datus, si testamento debitoris directam libertatem acceperit, iure quidem subtili videtur (auctore Vlpiano<sup>e</sup>) inutiliter ei reliquisse libertatem directam debitor, ob id quod modò diximus: Et hoc quidem subtile ius alicubi Paulus<sup>f</sup> in respondendo secutus est, ubi, Si idem seruus & legatus & liber esse iussus sit, interdum (inquit) procedere solum legatum poterit, ut puta si in fraudem creditoris data erit libertas, vel si is sit seruus qui in perpetuam seruitutem venierit: denique adiecit, Idem erit vel si seruus est fortè pignori datus. Attamen contraria sententia humanior est quam Vlpianus probat, ut seruus quasi ei fideicommissaria libertate relicta, petere possit ut ex fideicommissio liber fiat: fauor enim libertatis id suadet, propter quem multa contra iuris rigorem constituta sunt: hæc Vlpianus scribit<sup>g</sup>: cuius verba ita ut diximus oportet exponere, de seruo cui debitor libertatem legauerit, non item creditor: de quo sentire alicubi videtur Accursius<sup>h</sup>, sed perperam. Et si enim utiliter à debitoribus fideicommissariam libertatem relinquitur creditur, ut à quouis extraneo cui legatum dedit: aut ut ab eodem ipso debitor aliud quoduis pecuniariam fideicommissum, auctore Vlpiano<sup>i</sup>: nulla tamen omnino esset libertatis directæ datio in debitoris, id est, alieno seruo licet obligato ipsi testatori: & ne fideicommissi quidem iure tuineretur in proposita specie: in qua de domino eodémque debitor herede instituto, ne verbum quidem iurisc. facit: cum tamen ut directò manumissus à creditore (utpote non domino) libertatem possit ab herede persequi, quasi fideicommissariam: vel adquisitum esse testatori postea dominium, vel ipsi manumissori debitorem eundémque dominum successisse conveniat: alioqui libertatem alieno seruo inutiliter datam diceremus cum Florentino<sup>k</sup>: Qui si alienum seruum liberum & heredem esse iussi, & is postea meus effectus est, neutrum valere ait: quia libertas alieno seruo inutiliter data sit: & item Africano<sup>l</sup>: qui si seruus alienus & liber esse iussus & legatus sit, idèd peti eum ex legato posse scribit: quia cum libertas nullius momenti sit, absurdum videatur, per eam legatum infirmari, quod alioqui valeret, & si solum datum fuisset. Ex quibus verbis congrua (quod nostri non viderunt) aptari potest interpretatio, consimili huic Laboleni<sup>m</sup> definitioni, Qui testamento inutiliter manumissus est, legari eodem testamento potest: quia toties efficacior est libertas legato, quoties utiliter data est, ut manumissum inutiliter alienum seruum intelligamus: vel etiam proprium, si ultra numerum præscriptum lege Furia Caninia ipse post alios, vel si non nominatim (ut lex eadem præcipit) libertatem acceperit, argumento eorum quæ Paulus ad eam legem scribens alibi docet<sup>n</sup>. Igitur

a l. Centurio. D. de vul. & pup. sub. l. Scævola. D. ad S. C. Trebelligena. l. Si quis seruo. D. de fideicommiss. lib. c. l. j. C. de seruo. pign. dat. manu. d. l. j. D. de manu. l. 4. D. qui & a quibus man. e. d. l. generaliter. s. si quis seruo. D. de fideicommiss. lib. f. l. seruum filij. s. si i. d. de le. j. d. s. si quis seruo. h ad d. l. co. gi. ver. si seruo. i. l. si debitor. D. de fideicommiss. lib. in pri. & s. in fideicommissa. ca. l. k d. l. si alienum. D. de her. instit. l. si seruus legat. s. si seruo. alic. D. de le. j. m l. qui testamento. 38. D. de leg. 2. a l. si quis eum. D. de cond. & de monstr.

in ea facti specie de qua Vlpianus agit, debitor idémque dominus directam seruo suo pignori obligatò libertatem inutiliter dedisse videtur: propterea quod neque ius quod creditor in pignore habet, factò debitoris (utputa manumissione) interverti debet: neque idem homo & liber & pignori obligatus vno eodémque tempore intelligi potest: cum liberi hominis non sit commercium, & ideo liber homo in causam pignoris capi non queat: sed directam ut fideicommissariam interpretamur: ne libertas intercidat, quò scilicet heres exoluto auctoris sui debito, seruum vinculo pignoris liberare, tum deinde libertatem ei præstare teneatur, velut ex fideicommissi causa. Quod ita verum putò, si cedente legatæ libertatis die, hoc est cum aditur aut aliàs adquiri tur hereditas, adhuc pignus teneat: nam si pignori datum seruum debitor testamento manumississet, eiusque post pignus (exoluto puta debito defuncti) vel ab ipso, vel ab eius herede liberatum, adita fuisset hereditas: rectè seruus à defuncto manumissus intelligeretur (auctore Papiniano<sup>a</sup>) ut libertatem, licet directam, ex testamento consequeretur, & Oreius libertus fieret: quo exemplo idem iuris auctor ait, si seruo in temporaria vincula damnato libertas testamento data, & eo tempore quo aditur hereditas, tempus vinculoꝝ solutum sit, rectè manumissum intelligi: ut scilicet directò liber sine vllò heredis factò extiterit. Nam sanè hic seruus & si facti testamenti tempore in vinculis esset, aut apud creditorem: in dominio tamen testatoris tunc etiam fuit, ut ab eo non modò fideicommissariam, sed directam quoque libertatem consequi poterit.

Hæc locum habent si testator seruum suum sed pignori obligatum alio herede instituto liberum esse iusserit: quod si eundem & liberum heredem esse iusserit testator, nec obligationis vinculum dimisso creditore dissolutum fuerit, nihil egerit: sic enim Pertinax imperator<sup>b</sup>, Sed si pignori datus fuisti, & in eadem causa permanisti, ne ab eo quidem debitor qui soluendo non fuit, liber & heres necessarius existere potuisti. Ex quo apparet pignori obligatum seruum necessarium domino (id quod & à Severo rescriptum est, auctore Vlpiano<sup>c</sup>) ita demum posse fieri, si paratus sit prius creditori satisfacere: alioqui, ne libertatem quidem consequitur, nisi prius perempta causa pignoris fuerit. Ac de seruo quidem pignerato & à debitoribus manumisso, hæcenus loquuti sumus. Quid si seruum communem liberum esse iusserit vnus ex sociis? hic ex veteri iure partem amittebat, quæ socio non manumissori accrescebat, inutile libertatis legatum erat: hodie post constitutionem Iustiniani<sup>d</sup> ratum est: seruus autem in quo alterius erat vñsfructus, alterius proprietatis, à proprietatis domino manumissus, liber olim non fiebat, sed seruus erat sine domino: veruntamen vno casu (de quo Vlpianus alicubi<sup>e</sup>) rectè ac utiliter à proprietatis domino directam libertatem ei relinquebatur, sub conditione videlicet quæ post aditam à fructuario instituto hereditatem existeret.

Quid dicemus de seruo alieno ab hostibus redempto? Et Vlpianus<sup>f</sup> eum cum libertate institutum heredem à redemptore, magis putat fo-

a l. fratres imperatores. D. de pœnis. b l. j. aliàs est l. 2. C. de nec. ser. her. insti. c l. pignori. D. de her. instit. d l. j. C. de com. seruo ma. s. e rat olim in sti. de don. vide Vlpianum in frag. Insti. tit. j. e l. si fructuario. G. D. de man. testa. f l. si seruum. D. de adq. hered.

in ea

re liberum & necessarium heredem: an igitur testamento data directa libertas alieno valet? minimè: nam seruus in proposita specie protinus est redimentis quamvis scientis alienum esse: sed oblato ei pretio quod dedit, postliminio rediisse aut receptus esse seruus creditur, auctore Triphonino<sup>a</sup> non tamen in hoc solum rediisse iure postliminij censetur, ut iterum eius fiat cuius erat antequam caperetur (hoc enim satis impium esset) sed etiam ut pristino domino suam æstimationem offerat (i. offerre possit) manumissus à redemptore: vel maneat obligatus pristino domino iam liber factus: donec pretium, id est, suam æstimationem soluat: quod Vlpianus<sup>b</sup> his verbis significat, Et in hoc solum redit iure postliminij ut non iterum seruus eius fiat, cuius erat antequam caperetur, & c. nisi tamen translato in aliam sedem abnutiuo articulo, aliter ac in Florentinis libris, ita legere quis malit, Et in hoc solum non redit iure postliminij ut iterum, & c. cum & quibusdã excusis, Et in hoc solum redit iure postliminij non ut iterum, & c. legatur, sed perperã: ut ex illo quod præcedit, solum apparet: quod vel eo modo: vel ita (sed eodem sensu) legendum suadet, Et in hoc redit iure postliminij non solum ut iterum: vel denique isto: quod eandem sententiam aptiore verborum collocatione demonstrat, Et non solum in hoc, aut, Et non in hoc solum redit, & c. veruntamen id ius idem auctor favore libertatis esse introducendum ait: per constitutionem illam (ut opinor) quæ de redemptis lata est, & quodammodo ius postliminij euertit, cum seruum redimentis faciat, auctore Triphonino<sup>c</sup>: seruum inquam, qui re vera est alienus & in prioris domini potestatem ac dominium ipsi iure civili per postliminiũ reuertitur, ut in ipso vinculo dumtaxat pignoris, qui redemit habeat<sup>d</sup>. Ergo in hac specie facti vel manumisso in seruo, nõ tanquã alieno, sed tanquã in proprio eius qui redemit: & valet, etiã si nondum sui pretium vetusto domino perolutum fuerit quippe cum ei non vero, sed imaginario quodam & fictitio pignoris iure obligatus intelligatur. Nam in vero pignore aliud obseruari ostendimus paulo antè: prius quippe sublatam eius causam esse oportere, quàm directa libertas possit competere: ut autem alieno inutiliter directam testamento libertatem dari docuimus: ita, quod constitutum est, vetitum in testamento ad libertatem perducere, non posse manumitti: rectè Vlpianus<sup>e</sup> existimat hoc ad eos pertinere, qui testatoris vel heredis fuerint: seruo enim alieno id irrogari non posse. Sic seruo alieno non tamen alienato inutiliter adimi libertatem Paulus tradit. Ac de libertate quidem directis verbis in testamento relicta ex mente iurisperitorum atque imperatorum hæc tradidisse sufficiat.

<sup>a</sup> l. in bel. lo. §. si quis seruum D. de captiu. & postlim. reuert.

<sup>b</sup> d. l. si seruum facit. d. l. in bello §. manumittendo, in fi. D. de cap.

<sup>c</sup> d. §. si quis seruum.

<sup>d</sup> l. senatus §. vlt. D. de leg. j. d. l. si seruum in prin. D. de adq. here.

<sup>e</sup> l. si quis itaq. §. j. D. de ma. te. ff. si seruo. cum libertate. 26. D. de adim. legat.

*Cur alieno seruo vindicta manumisso nihil agatur: Exposita l. 4. C. de ijs qui à non dom. Solennia manumissionum à consulibus magistratum ineuntibus celebrata: ad l. 13. C. Th. de infirm. ijs qua sub tyrann. ex Libanio & Sidonio: cuius carmen emendatur. Nec per tutorem quidem aut curatorem præstari debitam libertatem: nedum per extraneum quempiam:*

*piam: nec obstare l. cum proponas. C. de dolo. qua exponitur. De serui à coniuge donati vel dotalis manumissione: illustratur obscura Vlpiani mens in l. quod autem §. vlt. D. de donat. int. vir. & vxor. & noua interpretatione adiuuatur. A patre filio re familias seruum alterutris rectè manumitti: non à seruo: non emancipati filij seruum eum de qui sit è castrensi quasi re castrensi filijfam. peculio à patre: sed factam manumissionem confirmari posse. Exponuntur præcipuè l. nulla competit. D. Qui & à quib. man. l. si pater. C. de ijs qui à non dom. & l. filium. D. de liber. caus. De consensu domini seruum alienum rectè manumitti: Confirmatam ex postfacto manumissionem non retrahi: quod similiter in nuptijs obtinere, explicata l. et si contra. C. de nupt. ostenditur.*

## CAPVT XX.

**N**Vnc de præstita inter viuos libertate alieno vel alteri legato aut obligato seruo dispiciamus: cuiusque questionis hanc esse ut facilem & simplicem, ita veram & absolutam definitionem existimo: quam his paucissimis verbis comprehensurus sum. Non facile reuocatur<sup>a</sup> libertas quæ semel competit, vel à domino aut voluntate domini, licet per errorem præstita fuit: quam ex postfacto non debitam fuisse falso (puta) vel in officioso vel etiam iniusto testamento pronuntiata apparuerit<sup>b</sup>: attamen ab illo concessa, non tenet inuito domino, sed hæc quoque reuocari solet: quæ si bona fide ab eo qui se dominum existimabat data sit, pendet interim: & hæc tenet, ut adeptus dominio à manumisso, aut ei succedente vel aliàs consentiente ratum ve habente domino, confirmetur secus atque si tanquam alienum aliquis vel prohibente domino quasi suum manumiserit: his enim casibus, cum nihil omnino actum sit, nihil est etiam quod ultra possit conualescere. Quod si dominus pignori obligatus vel heres alteri legatum manumiserit, libertas interim hoc casu non illo tenet, utroque tamè casu ex postfacto confirmari verum est. Hæc definitio iurisperitorum & imperatorum scriptis defendi, & illustrari potest, quorum explicationem ab interpretum opinionibus diuersam nunc primum adfero: eamque maxime probabilem esse iudico: Nihil est verius, quàm quod aiunt imperatores<sup>c</sup>, Nemo alienum seruum, quamvis ut proprium manumittat, ad libertatem perducere potest: hoc ita expono, Alienum seruum, vel ut proprium vel tanquam alienum: sed & proprium aut quasi nostrum aut alienum, manumittimus: de quo, itèmq; de alieno seruo quasi proprio manumisso, postea disceptabimus: de illo nunc iam dicemus hoc capite, qui ut alienus manumittitur: in cuius persona nihil omnino agi placet, propterea quod neminem alieno nomine lege agere, hoc est legitimum actum expedire posse, Vlpianus<sup>d</sup> regulariter definit: manumisso autem illa quæ vindicta fiat, actus est legitimus & solennis non minus quàm emancipatio. Itaque lege agi cum expeditur

<sup>a</sup> l. sicut semel. l. sicut data l. solo obsequij. C. de lib. caus. toto tit. C. si aduersus liberta. l. imperatores. D. de manum. test. b l. vxorè l. cum ex falsis D. de man. test. l. Papinianus §. vlt. & l. seq. D. de inof. te. l. 2. C. de fideicom. libert.

<sup>c</sup> l. 4. si nõ proprietatem C. de iis quia non dom.

<sup>d</sup> l. nemo alien. 26. D. de reg. iur. vbi scripsit.

a l.vl.c.de  
iis qui à  
non dom.  
b li.22.hi.  
c li.2.fen-  
e.ii.25.fā-  
cit l.vl.c.  
de manu.  
vin.l.2. C.  
cōmu.de  
manumiff.  
in prin.

manumiffio, ipfe Iuftinianus apertè quodam loco a significat : & Am-  
nianus Marcellinus b, vbi de Mamertino Circeſes ludos edente lo-  
quitur : vnde apud eos demùm magiſtratus , vt emancipari ſic manu-  
mitti olim potuit, qui legis haberent actionem, quod Paulus c apertè  
ſignificat : & ſanè tam in manumiffione quàm in emancipatione ſym-  
bola eadem adhibebantur, circunductiones videlicet ac generum per-  
cuſſiones: quas Iuftinianus *ὕβρεις καὶ ῥαπίσματα*, Tertulianus in libro  
de ſpectaculis, Alaparum contumelias, Claudianus, Iniurias felices no-  
minat, quòd earum interuentu libertas concederetur : qua de re Cui-  
cius noſter in lib. 5. obſer. cap. 13. laudato, noſ itidem expoſito & emen-  
dato ipſius Claudiani carmine, atque illuſtri teſtimonio in commenta-  
rio ad leg. 2. D. de origine iuris, ante aliquot annos egimus: vt veterem  
ſeruorum à conſulibus magiſtratum atque annum ipſum auſpicanti-  
bus, manumittendorum conſuetudinem, hominibus noſtris & aliis  
plerifque Romanæ antiquitatis indagatoribus minimè perſpectam, pa-  
teſaceremus: cuius omnino afferendæ atque illuſtrandæ occasione, iu-  
uat è laborioſis iureconſultorum noſtrorum agris ( in quibus me pro-  
fectò iam nimium quantum exerceo ) in aliorum auctorum amœna  
prata concedere, ac, animi cauſa, pauliſper ( vt ſoleo ) ſpatiari. Sed iſſo  
me, ſi forſitan erit aliquis, qui grefſus aut verba potius mea legendo  
comitari nolit: hic ſe ſiſtat aliquantulum, interea dum ſolus ipſe aberra-  
tionis meæ voluptate perfruor. Ad illud igitur morem manumiffionis  
initio conſulatus expediendæ referò, quod quadam imperatore Ho-  
norij & Theodoſij conſtitutione d traditum memini: Scelerem Hera-  
cliani conſulis ( quem hoſtem publicum ipſi iudicauerant e ) ſolemnita-  
tè conſulatus eſſe pollutam: ideòque vt reliqua quæ ſub, eo geſta eſ-  
ſe dicuntur, ſubmouenda eſſe cenſent : ita libertates quoque reuo-  
cant: cum eo tamen, vt mutatæ conditionis beneficium implendum  
eſſe, id eſt, manumiffionem iterari præcipiant, in hæc verba, Et ita repe-  
ti manumiffionem cõſuetudines nunc iubemus, vt nullus ſub hac oc-  
caſione incipiat nolle, quod voluit. Libanij quoque ſophiſtæ veteris lo-

d l. 13. ti. 14.  
de infirm.  
iis quæ ſub  
tyran. li. 15.  
C. Th.  
e l. 21. ti. 40  
de pen. li.  
9. C. Th.

Fin fine o-  
rationis  
eis Ιουλι-  
ανῶν ἀποκρί-  
σην ἔπειτα  
παρα-  
τιν.

cus ex panegyrico ad Iulianum imperatorem & conſulem, huc perti-  
net: in quo, *ἰθὺ δὴ νέμει πλὴν ἑλευθερίαν* ( inquit f ) *πασι τε ῥητοῖς καὶ*  
*βελτίστοις οἰκέταις, οὗς ἑσοῦσιν ἡδὲ ἐπὶ ἑλευθερίαν πῶποτε ῥαπιδέντων*  
( ad vtimoſ illos, atque ad eò felices alaparum iſtus manumittendo-  
rum malis inſiſctos, apud conſulem ſolemnia illa omnis cauſa cele-  
brantem, aſpicit ) *εὐδαίμονες ἑτέρον, ὅσον ἐκείνοις ἡδὲ τελευταί-  
ων ἐν τῇ δουλείᾳ μεταβάλλει γέ τοι πλὴν τύχῃ αὐτοῖς ἀνὴρ ἀφ' αὐτοῦ τῆς*  
*ἑλευθερίας ἀρχαρχὸς, ὃ ἐκ ἐλάτῃς ἐνδυναστεύσαι τῇ τύχῃ πλὴν δεσποτείαν*  
*ἡδὲ ἠδονῶν, ἢ κλεονεκτοῦσι ἡδὲ μὴ ἐτέρω θι λυέντων ἐκ δουλείας τῇ τοῦ*  
*ὑπάτου ſεμνότητι ἡδὲ δι' αὐτῶν ὑπάτοις, τῇ ἑὺ βασιλείας ποροδότητι ἡδὲ*  
*δι' αὐτῶν ὅτις βασιλεύσι, τῇ ἑὺ νῦν ὑπεροχῇ.* [ *Agedum tribuas ſeruis*  
*domesticis, qui ſunt boni & frugi, libertatem, qui caſi fuerant in libertate*  
*recipiendæ: atque eò magis in ſtatu bono conſtituendæ: quòd præ iſ qui in ſer-  
uitute moriuntur, præſtantior fuit eorum conditio effecta ab eo qui ipſos li-  
berauit, qui non permisit fortuna dominari, & voluptatum imperium ob-*

time-

timere. Cùm illis bene agitur, libertatis à ſeruitute, ſplendore Conſulis, atq;  
etiam Regis authoritate adiecta, qui nunc rerum potitur. ] Poſtremò Si-  
donius Apollinaris ea quæ de ſymbolis & ſolemnibus manumiffio-  
num conſularium & omine diximus, illo carmine comprehendit ad  
Anthemium Auguſtum bis conſulem a, quod ipſe, vt emendetur ex  
meo vetuſſimo & optimo codice ſcribam:

a in pane-  
gyrico ad  
Anthem-  
ium, in ſin.

*Nam modo nos iam feſta vocant: & ad Vlpia poſcunt*  
*Te fora, donabis quos libertate Quirites:*  
*Quorum gaudentes expectant verbera mala:*  
*Perge pater patria, felix: atque omine fauſto,*  
*Captiuos inſeruire nouos, abſolue vetuſtos.*

vbi pro, Adhuc pia poſcunt, reſtitui, Et ad Vlpia: vt Vlpij Traiani fo-  
rum intelligatur: quod perſpicuè reſctum eſt. In veteri meo, ne quid diſ-  
ſimulem, Exceptant etiam, non expectant legebatur: ſed, cùm non ita  
placeat, in medio relinquitur.

Atque hæc quidem omnia manumiffionem legis eſſe actionem, le-  
gitimum & ſolemne actum eſſe, abundè (atis opinor) comprobant:  
ac proinde nec ſub conditione, nec ex tempore, nec per alium expediri  
vtiliter poſſe. Ex quo ſequitur, vt licet pupillus, qui infans non eſt, reſctè  
apud conſilium tutore auctore manumittat b: non tamen tutor ſine pu-  
pillo, vel pupilli nomine ſeruum vtiliter liberet: nam nec ſeruus furioſi  
ab agnato curatore manumitti poteſt, auctoriſus Caio c atque Pom-  
ponio d iuriſconſultis, cùm alieno nomine lege agi non queat: nec mo-  
uet, quòd curator bona furioſi pro arbitratu ſuo tanquam dominus  
adminiſtret, quia in adminiſtratione patrimoniij manumiffio non eſt,  
non magis quàm in ſacrum dedicatio: quam obrem ab agnato vel alio  
curatore furioſi, rem furioſi dedicari non poſſe Marcellus tradit e.  
Quod de manumiffione dixi, ad eò verum eſſe conſtat, vt neque ſi ex  
fidei commiſſi cauſa furioſus libertatem debeat, agnatus idèmq; cura-  
tor poſſit manumittere: ſed potius ex Oſtaueni opinione ( quam ibi-  
dem Pomponius retulit ) ſeruum agnatus alteri à quo manumittatur  
tradere debeat: itaq; nec pupillus per tutorem, nec furioſus aut minor  
per curatorem reſctè manumittit: ſed nec mulierem per maritum, nec  
alium per procuratorem vindicta manumittere poſſe: Diocletianus &  
Maximianus imperatores reſcripſerunt f, non eſſe ambigui iuris. Cui  
ſententiæ non obſtant hæc ex alio eorundem imperatorum reſcripto  
verb. g, Intelligis quod ſi manu miſiſti, vel ei tradidiſti, & ille manu-  
ſit, reuocandæ libertatis poteſtatem non habes: tanquam per alium vti-  
liter expediri manumiffionem ſignificare videantur: Nam cùm tradi-  
tione à domino facta ex iuſta cauſa, transferatur dõminium, is qui ſibi  
traditum ſeruum manumittit, non alteri negotium gerit, ſed ſibi: ſu-  
umque iam, nec amplius alienum liberat, quemadmodum eo caſu,  
quo vir manumiffionis cauſa ſibi donatum manumittit: Valet enim ex  
hac cauſa donatio inter coniuges, vt & ſepulturæ cauſa, cùm non videatur  
locupletior factus, qui religioni rem dicauit h, aut libertum acqui-

b l. pen. D.  
de manu.  
vind.  
c l. vii. D.  
de cur. fur.  
& aliis ex-  
tra min.  
dan.  
d l. ſeruus  
furioſi. D.  
de manu.  
e l. ab agna-  
to. D. de  
cura. fur. &  
aliis.

f l. 1. C. de  
vind. lib.

g l. cõ pro-  
ponas. C.  
de dolo.

h l. ſi ſpon-  
ſus ſ. con-  
ceſſa. D. de  
don. inter  
vir. & vxor.

a l. nemo siit<sup>2</sup>: sic tamen vt, ex Sabini sententia quæ recepta est, ita demùm aut locus purus, aut seruus fiat donatarij, eum vel ille humato corpore religioſus esse, vel hic manumitti cœperit. Quamobrem si, vt post certum tempus manumittat, vxori suæ vir tradidit, tunc demùm eius fiet, cum tempore impleto manumittere cœperit: proinde, antè manumittendo nihil agit: non magis quàm si donatum & traditum ita vt intra annum manumittat, post annum manumiserit: nam illo casu inutiliter manumittit, quia nondum est dominus ante diei euentum, hoc casu, quia non amplius esse aut effici post diem possit dominus, propter contrariam quæ inest conditionem: idèd si manumiserit, nihil egisse intelligitur: propter interdictam inter coniuges, nisi ex superioribus & consimilibus causis donationem: adèd vt ipso iure nihil valeat quod a-

b l. si sponsus. s. concessa. & l. quod aut. s. vxori. & s. vl. D. de donat. int. vir. & vxor. facit. l. j. s. sciendum. eod. tit.

cum est: quæ omnia Vlpianus ad Sabinum dilucide explicat<sup>b</sup>: sed cum eo tamen temperamento accipi forsitan debent, quo non improbabiler existimauerit aliquis fauorabilius dici posse, vt qui ante tempus manumissus est, expleto tempore liber sit: non quidem ipso iure, nec retrò (quod enim non valuit, conualescere tractu temporis non potest) sed velut superueniente tacito domini consensu, prætoris beneficio, in libertatis possessione nunc primùm, non retrò in præteritum defendatur: eodèdque prætoris interuentu se tueatur is, qui non intra tempus donatione comprehensum, sed postea manumissus fuerit: tanquam ex noua, sed tacita vtriusque coniugis voluntate: vel potiùs tanquam pristina illa & post tempus ambulauerit: cuius exceptio siue adiectio libertati (quam semper adiuuare oportet) non est cur noceat: præsertim cum manumissionis causa donationem factam valere, licet non

e d. s. vlin princ.

hoc agatur vt statim ad libertatem, sed quandoque perducatur ibidèd Vlpianus docuerit: eaq; mente fuisse (saltem in dubio) intelligatur, qui donauit vt intra certum tempus manumitteretur: vt præstitam vel quãdoque mallet non vt post tempus nollet præstitam: quod fauore libertatis cum expressum haud dubiè fuerit, non possit non iniquè in eius incommodum aut euerſionem retorqueri<sup>d</sup>. Nec mouet in contrariũ quod illo in loco, nihil agi iurisconsultus dixerit: hoc enim verbum interpretatione plerisque nostrorum locis adiuuandum est, vt antè cap. 17. huius lib. attigimus, & suo loco postea cap. 21. infra, planiùs demonstrabitur.

Rursum quod aiunt: in eo rescripto imperatores mulierem per maritum manumittere non posse, sic accipe, tanquam per procuratorem: in hoc scilicet, vt maritus manumittendo, libertum, aut aliud quidpiam libertatis causa manumisso impositum, interim vxori adquirat constante matrimonio: quando ipse est dominus dotis: quod non potest: sed potiùs sibi, vt pote rerum dotalium domino, interea libertum facit maritus, siue mandante aut consentiente, siue inuita vxorem manumittat. Nec enim vt valeat manumissio, consensus vxoris aut statim aut ex postfacto requiritur, cum maritus iure ciuili dominus intelligatur<sup>e</sup>. Quinetiam adèd valet manumissio, vt post diuortium soluto matrimonio, licet rerum dotalium dominium ad mulierem redeat<sup>f</sup>, non

e l. si prædium l. in rebus. C. de iur. dot. l. Seruus dotalis. D. de iur. matr. f. d. l. in reb.

reuocetur semel præstita libertas<sup>a</sup>, nec libertus eius esse desinat, quem a l. j. l. vlt. C. de seru. pig. da. manuum.

verum est manumissile: sed tantummodò restituere cogatur maritus, cum non inuita mulieris negotium manumittendo gessit, quicquid ad eum vt patronum peruenerit: aut si quid occasione libertatis inuita vxore præstita lucri fecerit. Interdum etiam nihil ex illa manumissionis causa reddere teneatur, si seruum dotalem voluntate mulieris quæ manumissionis causa donaret, manumiserit: secundum ea quæ Papinianus, Vlpianus & Paulus alicubi distinctione adhibita exponunt<sup>b</sup>. Quamobrem rectè idem Papinianus respondit<sup>c</sup>, Seruum dotalem vir qui soluèdo est, constante matrimonio manumittere potest: adèd scilicet, vt sibi libertum acquirat, ipsèq; patronus sit<sup>d</sup>: sin autem soluendo non est, impeditur serui libertas, licet alios quàm vxorem creditores non habeat: quibus lex Ælia Sentia prospexit, quæ in eorum fraudem manumissum, liberum esse prohibet.

b l. si cõstit. te. s. si vir. l. dotalem. & trib. sequen. D. sol. mat. c l. seruum dotalem. D. de manum. facit d. l. j. & l. vlt. C. de ser. pig. da. manu facit d. l. j. & l. vl. C. de ser. pig. da. manu. d. l. j. in pr. D. de suis & leg. her. e l. vbi. C. de iur. dot.

f l. 27. in fraudè in pri. D. qui & a quib. aliàs est l. qui in fraudem. g l. cedere diè. 23. D. de ver. sig. h in l. eum qui bonis. D. de adq. hered. i l. vl. C. de impub. & aliis substi. k l. in suis. D. de libe. & posth. l. l. filius. D. de iure patronat. m d. l. fil. 2. f. l. si consensu. l. nepos. D. de manum. m. Cl. apud fil. d. D. de man. vin.

Itaque hæcenus constante matrimonio deberi dotem intelligimus ex opinione iurisconsulti, non quidem ita vt peti possit (nam hoc ius à Iustiano imp. introductum fuit<sup>e</sup>) sed ad impediendam duntaxat libertatem, vt vel sub conditione debeatur: & licet neque cesserit neque venerit dies restituendæ dotis, quia tamen accidere possit vt reddenda sit soluto matrimonio: certumque est & solutum iri vel morte alterutrius matrimonium, & profectiæ vel receptiæ dotis petitioni quãdoque locum fore: idèd interim in eius fraudem nihil fieri oporteat: cui vel in diem, vel certè sub conditione deberi nemo negauerit. Neque verò præcipuum hoc esse in dote aliquis existimet: eam generalliter in fraudem creditorum manumittitur, liberque esse prohibetur (auctore Hermogeniano<sup>f</sup>) siue dies soluendæ pecuniæ iam cesserit (hoc est, venit) siue in diem sit debitum, quo casu cesserit, non venit: siue sub conditione sit debitum, vt in specie, quam de dote proposuimus, quo casu neque cesserit neque venit dies<sup>g</sup>. Meritò igitur eam exceptionem addit in marito, quam in aliis dominis Papinianus: vt ita demùm re- adèd manumittat dotalem seruum (quem scilicet in bonis habet, cuiusque ipse dominus habetur) si tamen soluendo sit. Ex quo intelligimus dotalem seruum, non à muliere per maritum, neque à viro vt alienum, sed tanquam proprium rectè manumitti. Cum autem alienum dicimus, seruum eius quem in potestate non habemus, aut qui nos in potestate non habet, intelligimus. Nam alioqui propter patriæ potestatis, siue familiæ (vt Papinianus loquitur<sup>h</sup>) vinculum, cum vna eadèdque filii familiæ & patris persona ipso iure ciuili intelligatur<sup>i</sup>, & filius etiam viuo patre dominus quodammodo ipsius familiæ (vt Paulus ait) existimetur<sup>k</sup>: idèd filiusfam. (qui seruum peculiarem sine iussu manumittere non potest<sup>l</sup>) voluntate patris rectè atque utiliter, etiam non peculiarem, etiam apud patrem magistratum, manumittit: & libertum acquirit patri<sup>m</sup>: vel potiùs pater ipse per filium manumittit: nec filius videtur alieno nomine lege agere, sed ipse magis pater suo per filium, hoc est per scriptum: idque duobus potissimum argumentis manifestum facio. Primùm, quod vacat causæ probatio, si minor annis

a d. l. si co-  
sentiente.  
b l. si pater  
s. minor.  
D. de ma-  
num. vind.  
c l. seruus  
comunis.  
D. co.  
d l. 4. C.  
qui manu.  
non poss. l.  
si quis in re  
gis. s. vl. l.  
si cu fidei-  
comiss. s. j.  
D. qui & a  
quib.  
e l. si quis  
quos. D.  
de le. 2. fa-  
cit. l. si quis  
eum. D. de  
condit. &  
demonstr.  
f l. si mi-  
nor. 66. D.  
de ver. ob.  
g l. matri-  
monij. D.  
de ritu nu-  
facit l. ma-  
trimon. D.  
qui & a  
quib. man.  
h l. pater.  
D. de ma-  
num. vind.  
i in Tibe-  
rio cap. 15.  
k d. l. ne-  
pos D. de  
manu.  
l l. nemo  
plus iuris.  
D. de regu-  
iuris.  
m in epist.  
ad Traia-  
num. li. 20.  
n l. 13 D. de  
interdict.  
& rele. se-  
cundū Basi-  
lica. Paul.  
ἀλευθερα-  
θεϊσιν αὐτῶν  
ἀριστοῦ  
δὲ γὰρ τῶν  
ἐν τῷ πῶ-  
νι, ὁ πατὴρ  
αὐτῶν πρὸς  
πρωτοκλήτου  
ἦν ἴσχυρ.  
o l. nulla  
competit.  
D. qui & a  
quib. facit  
l. i. C. de

viginti filius consentiente patre manumiserit, auctore Modestino in Regularum libris, cum tamen minor viginti annis dominus nec communem quidem seruum sine consilio recte manumittat b: et si socius consilio causam approbaverit: nec ad libertatem praestandam utiliter alteri tradat, aut etiam leget (vt idem Modestinus in eodem in libris definit) aut a debitore manumitti utiliter stipuletur, si Paulo credimus f. Alterum autem est, quod cum matrimonij causa ancilla manumissa, a nullo alio vxor duci possit, quam a quo manumissa est: nisi patronus matrimonio eius renuntiauerit: si tamen filius a. matrimonij causa iussu patris ancillam manumiserit, Iulianus putat (vt in libris itidem Regularum Ruffinus retulit) perinde eam haberi, atq; si a patre eius manumissa esset: & ided posse eam vxorem ducere. Quineriam, quo casu piter filio permittit, vt quem velit ex seruis quos in ministerio secum hic habet, vindicta liberet: solam electionem filio concessam esse. Caeterum ipsum patrem manumittere, Paulus refert h. Manumitti ediq; ppe ac donandi ius, non filij fa. sed patribus familias proprie competit. Quamobrem Suetonius i de Tiberio, quem Augustus adoptauerat: Nec quicquam (ait) postea pro patre fa. egit, aut ius quod adoptione amiserat, ex vlla parte retinuit: nam neque donauit neque manumisit, ne hereditatem quidem aut legata percepit vlla aliter quam vt pecunio referret accepta. Quod in filio fa. diximus, id & in nepote locum habet ac deinceps in caeteris qui in potestate sunt k, si tamen ipsi liberi sint: nam per seruos non putem expediri manumissionem, olim apud Romanos, sed nec apud peregrinos etiam potuisse, ne iussu quidem ipsius domini: quod absurdum videretur, vt (cum nemo plus iuris ad alium transferre possit, quam ipse habeat ex vulgata iuris regula l) seruus qui libertate careret, conseruum ad libertatem perduceret: vel ad concedendam libertatem, eius qui ipse liber non esset, ministerio quisquam vteretur. Quamobrem, nullus quod sciam in libris nostris potuisse colligamus: contra vero vt plenam & iustam libertatem, id est, ciuitatem Romanam olim ne ingenuus quidem qui non esset ex iure Quiritium liber, id est, ciuis Romanus, dare non poterat: sed peregrinae conditionis fiebat manumissus a peregrina, teste m Plinio: quinimo & a ciue manumissus non poterat melioris esse conditionis, quam esset is a quo ius haberet, id est, libertatem: & ided manumissus a legato Romam accedere (cum nec id ipsi manumissori liceret) non poterat, idque iurisconsultus Marcianus tradit n: cuius sententiam Graecis verbis redditam in Basilicōn libris habemus: ita nullam, id est, nec ex iure gentium, nec ex ciuili siue Quiritium iure: id est nec Romanam nec Latinam, neque vero dedititiam, competere libertatem datam ab eo qui postea seruus ipse pronuntiatu est: illa, quam modò dixi ratione adductus Modestinus in libris Regularum definiuit o: quamuis edita, decreta, sententiae ab eo cum in libertate morarentur, datae, signata testamenta reuocari non soleant p. Et Imp. Alex-  
statu def. p l. Barbari D. de officio prator. l. 2. C. de sent. & intellocut. l. j. C. de testam.

Alexander mandatis principum ait comprehensum esse, vt serui Caesaris nec per interpositam personam ad libertatem perducere homines speculij sui possint. Caeterum siue propter consensum patris aut aui, seu potius ob vinculum potestatis, & illam quam Theophilus, (si bene memini) quodam loco nominat, τῆς ἀποστάσεως ἐνωσις, recte iussu patrisfamil. seruum manumittit: non modò quem pater ipse manumitteret, sed & illum quem non posset manumittere. Exempli gratia, quamuis manumissio per lictores domino tacente expediri solet, iurisconsultorum temporibus, & verba solemnialicet non dicerentur, vt dicta acciperentur, quemadmodum Hermogenianus ait b: ex veteri tamen illo more, quo verba proferri consueuerant, durabat adhuc ius istud & obseruabatur, vt mutus & surdus seruum vindicta liberare non posset: idq; Iulius Paulus in libris receptorum sententiarum tradit c: nihilominus tamen surdi vel muti patris filium iussu eius manumittere posse Marcianus in regulis definit d. Nam eadem ratione cum olim mutus adire hereditatem non posset, sed tantum pro herede gerere e: muti tamen patris iussu, recte filius heres institutus adibat hereditatem f: quia scilicet iubere vel nutu possumus: adire quis, nisi solemnialicetionis verba proferret, olim non poterat: id quod alibi g attigimus. Iussu autem cum in eo tantum intelligamus, qui aliquam potestatem, vel iure magistratus habeat, vel dominicam, vel patriam, vel certe tutoriam: ided ex iuris ciuili ratione filiusfamilias iussu patris manumittere poterat, matris non poterat: vt Paulus in libris receptorum sententiarum docet h. quippe filius fa. in potestate patris, non matris erat. Et quemadmodum in stipulationibus id olim obtinebat, vt cum alteri nemo stipulari posset, aut alias contrahere, ita vt suo nomine recte alter ageret i, ided ei tamen quem iuri suo subiectum haberet, aut cuius in potestate esset, ided recte quasi sibi stipularetur k, quia vox serui esset quasi vox domini l, vox patris tanquam filij esset, ipsiusque filij vox tanquam patris intelligeretur, vt Iustinianus tradit m: ita etiam fauore libertatis in manumissionibus filij fa. vox erat eadem quae patris fa. non etiam quae matris, eademque ratione filij manumissi, hoc est emancipati non eadem quae patris vox erat. Iustinianus autem antiquam personarum differentiam constitutione sua sustulit n: vt (cum in successione, & in aliis penè omnibus nulla sit inter liberos differentia) possint hodie parentum vtriusque sexus, mandato & iussu liberi etiam vtriusque sexus, siue in potestate constituti, siue emancipati, recte vel apud iudicem, id est vindicta, vel in ecclesiis, vel alio legitimo modo manumittere.

a l. 2. C. qui manu. non poss.  
b l. manu. D. de manu. vind.  
c lib. 4. tit. 11. de manumiss.  
d l. surdi. D. de man. vind.  
e l. muti. D. de adq. hered.  
f l. pater. s. j. co. tit. g in com. ratio ad ti. de re. iur. D. ad l. s. eius. tit. & ad l. nemo alieno. 123. h. l. j. tit. 13.  
i l. quaecumque. D. de obl. & ac. l. 3. C. de con. stipu. l. si genero C. de iure dot.  
k l. Domini. 39. l. se. l. quod dicitur. 130. D. de ver. obl. l. 2. C. de co. stip. l. l. si seru. comunis. D. de dano infesto.  
m s. si quis alij. s. ci. ve ro. s. post mortem s alteri. inst. de inu. sti. n l. j. s. vlt. C. com. de manum.

Sed nos pauli per a Iustiniano iure secedim o, & in veteri iure, quod iurisconsultorum temporibus obtinuit, versari malumus, quo iure ob imperatorum constitutiones, filij fa. in castrensi peculio, pro patribusfamil. habebantur: vt sine patris iussu aut voluntate: & obuiente occasione militiae hereditatem suo arbitrio acquirere: & de castrensi peculio testari: & castrensi peculij seruos manumittere ipsi sua voluntate, si ne patris permissu: & sibi non patri libertos acquirere, atque ad legiti-



mam eorum hereditatem admitti possent. In eam enim sententiam post Imp. Adriani rescriptum, à iuris peritis itum est<sup>a</sup>, explosa Iuliani opinione, qui manumissum à filiofam. milite seruum castrensis peculij existimabat patris libertum fieri, sed quandiu filius viueret, in bona eius filium patri præferri. Quamobrem Vlpianus, vbi tractat de eo iure quod dicitur inuito patrono libertam quæ ei nupta est alij nubere non posse si filiusfam. miles esse proponatur, qui castrensis peculij ancillam manumiserit, non dubitare se ait<sup>b</sup> quin hoc ius ei competat, esse enim patronum secundum constitutiones, nec patri eius hoc ius competere. Itaque hoc casu pater pro extraneo habetur, ex iure constituto, perinde atq; si filius emancipatus sit. Et seruos quos filiusfam. in castris quasi dicitur, non in patris familia computari, nec patrem tales filij seruos manumittere posse regulariter à Modestino definitum est.

Quæ de castrensi peculio diximus, eadem & in quasi castrensi obtinere sciendum est<sup>d</sup>: adeoque cum alienum dicimus, tam castrensem vel quasi castrensem filiifam. quam alium quemlibet filij emancipati, aut cuiuspiam extranei seruum accipimus: vt tam de filiofam. qui castrensis vel quasi castrensis peculij seruos habeat, quam de emancipato exponi possit, quod ante Iustinianum imperatores ita rescripserunt<sup>e</sup>, Si pater seruum vestrum, licet vobis minoribus viginti annis consentientibus manumiserit, ei libertatem præstare non potuit. Item quod Vlpianus respondit<sup>f</sup> his ferè verbis, Filium ob hoc quod patri heres extitit, prohiberi à patre suum seruum manumissum in seruitutem petere.

Quæ omnino vt intelligantur, id repetendum est quod antè diximus. Minorem annis viginti, sine consilio, non posse proprium seruum manumittere: si manumittat, ob legem Æliam Sentiam nihil agere. Illud item cognoscendum, quod à nemine adhuc (nisi fallor) animaduersum aut explicatum fuit: Cum alieno nomine actus legitimi expediri nequeant (vt antè admonuimus) idèò alteri neminem, sed sibi manumittere, aut manumittendò libertum acquirere: nam etsi alienum de domini consensu quis manumittat, fictione tamen atque intellectu iuris, non iam alienum, sed qui olim alienus fuit, nunc verò esse desinit, eumque velut breui manu (quemadmodum nostri loquuntur<sup>h</sup>) ex tacito domini consensu, vel quasi manumissionis causa sibi donatum ac traditum, vel tanquam pro derelicto habitum, & à se occupatum<sup>i</sup>, ipsòq; momento proprium statim effectum liberare: vt celeritate coniungendarum inter se actionum, hinc quoque (quod aliàs accidit) vna occultetur actio. Cum autem ea qua diximus ratione, domini consensu seruus alienus manumitti queat, eius tamen qui minor viginti annis est, non poterit: ne fraus legi Æliæ Sentia fiat: si quod ipse minor facere non potest, id per alium fieri iubeat. Quamobrem ex senatusconsulto circa eam legem facto, traditi à minore serui manumissio à maiore frustrà fit, vt ab Alexandro principe rescriptum est<sup>k</sup>: at multò certè minùs ratam esse dicemus manumissionem serui, ab eo factam cui non est re vera traditus, sed qui tantum voluntate domini manumittit: quinimò nihil actum esse idèò existimabimus vel quia nunquam contra ius, fictio-

fictionem iuris admittimus, vel quia pro facto non habetur, quod contra mentem legis factum est, vt in hac specie, in qua minorem viginti annis consensisse manumissioni ponimus: quæ cum interim non valeat, in necem minoris, non immeritò dubitari potest, an ex postfacto vlla ratione conualecat: & non conualescere defendi potest, propterea quòd ab initio ipso iure, vt pote Ælia Sentia lege prohibente, nihil actum fuit<sup>a</sup>, adeò vt ad infirmam & reuocandam libertatem minori viginti annis, nulla opus fuerit restitutione in integrum<sup>b</sup>: qua maiori viginti annis, aut minori, qui de consilij sententia manumiserit (vt maxime lætius & captus sit) non subueniri, eius quæ semel comperit libertatis rescindendæ: sed eius tantum quod interest consequendi gratia constitit<sup>c</sup>. Veruntamen fauorabilius ac æquius puto, vt cessante legis Æliæ Sentia impedimento dicamus, libertatem à minore viginti annis, aut ipsius contentu siue à patre siue ab extraneo quolibet impositam, ipso effecto maiore conualescere: nec noua esse opus manumissione, ad hoc vt liber fiat qui aliquando manumissus est: si tamen eum in libertate dominus maior effectus morari patiatur<sup>d</sup>: aut certè si patri qui seruum filij militis vel emancipati iam olim manumiserat, postea filius heres extiterit: qua de re subtiliùs proximo capite à nobis disceptabitur. Igitur velut ex noua voluntate domini liber nunc primùm fit, nec retrò liber fuisse creditur: etenim hanc fictionem ipsa lex impedit: ne alioqui vnus idèmq; simul, & liber & seruus, eodem tempore fuisse videatur. Eademq; ratione in alijs quoque actibus legitimis, idem ius obtinuisse reperio: vt (exempli gratia) in nuptiis: Etenim in hac verba Pomponius<sup>e</sup> respondit, Minorem annis xij. nuptam tunc legitimam vxorem fore, cum apud virum impleffet xij. annos. ex quo intelligimus nec ante xij. annum, ex postfacto cum is impletus est, legitimam fuisse videri nuptias: & eo impleto, etsi denuò non contrahantur nuptiæ, nihilominus legitimam vxorem esse nunc demùm incipere<sup>f</sup>. Huc etiam facit quod imperator Gordianus ita rescripsit, Etsi contra mandata principum contractum sit in prouincia consentiente muliere matrimonio: tamen post depositum officium, si in eadem voluntate perseverauerit, iustæ nuptiæ efficiuntur. Notandum quod ait, Iustas effici nuptias: nunc primum scilicet: vt pote, cessante impedimento illo administrationis atque officij. cæterum nec ex postfacto quidem videntur ab initio iustæ fuisse, neq; confirmatio ista retrahitur, idq; alibi<sup>h</sup> attigimus. Et idèò (vt ibidem subiicit Imperator,) postea liberos susceptos natòsq; ex iusto matrimonio legitimos esse responsum viri prudentissimi Pauli declarat. quibus ex verbis non malè colligitur, ante depositum officium susceptos liberos non esse legitimos, nec è iusto matrimonio natos videri. Atque ita sentio.

*Alieni serui manumissionem tempore vel ratihabitione, ne retrahatur, confirmari, sed vtrum adquisito dominio serui à manumissore? Exposita l. pen. D. pro donato & l. si seruo alieno. D. qui & à quib. man. qua con-*

ciliatur cum l. filium D. de lib. cau. & l. si ab eo. C. eod. tit. Propriam verborum significationem contrahi nonnunquam aut porrigi: variis è iure petitis exemplis demonstratur, voluntatem eius non contrariam dici, qui consenserit: Non repudiatum legatum, quod est agnitum: Non consentire eum, qui expressè dissentiat, dici per leproten: cuius figura complura exempla proponuntur. Expositis præcipue l. renitente. C. de in. delib. & l. mulier. §. j. de condit. & dem. D. de proprio seruo alteri legato & manumisso, ad l. heredes. D. qui & à quib. man. & quid ibi atque alijs locis quibusdam nihil agi significet. De seruo hereditario manumisso: explicantur l. facta. D. ad Trebel. l. 3. & l. generaliter §. vlt. D. qui & à quib. & l. 3. de man. vind. De seruo pignorado & manumisso: probata Florentina lectione in l. pignori. 26. D. qui & à quib. De seruo in quo usufructum alius habeat manumisso. Cur non de seruitutis constitutione, sic manumissioni mortui de illatione à proprietario facta usufructuarius frustrà consentiat: ad l. sed & si quid §. vlt. & seq. l. D. de usufr. qui cum alijs loci noua ratione conciliantur. Ad certum incertum de tempore constitui usufructum explicato Pauli è libris sententiarum loco. Comparatur autem hoc fere toto capite locus religiosus effectus cum seruo effecto libero: quod à nemine adhuc tentatum fuerat.

## CAP. XXI.

SED vtrū que sine consensu domini est imposita libertas alieno seruo, qui vel sit in peculio quasi castrensi filij familiars, vel in patrimonio emancipati filij, aut extranei cuiuspiam: vtrū, inquam, libertas interim teneat, & an ex postfacto confirmari possit, difficilior est questio: quam adhibita distinctione ita dissoluo. Qui seruum alienum quasi suum manumittit siue bona fide id faciat, proprium existimans, siue sciat alienum esse: aut ignorante domino vindictam imponit, aut etiam inuito: vtroque casu ad libertatem quidem perducere non posse imperatores iis verbis, quæ proximi capituli initio proposuimus, tradunt: sed hoc ita interpretor, vt scilicet posteriori casu nullatenus valeat manumissio, nec ex postfacto confirmari possit, sed ad præstandam seruo libertatem iterari manumissionem à domino necesse sit: priore vero casu non sit omnino irrita, quoniam ex postfacto confirmari possit: attamen nihil interim actum sit (vt ait Scæuola<sup>a</sup>) cum iure libertas non processerit: quia verum est voluntate domini seruum non esse manumissum<sup>b</sup>. Itaque inuito domino non teneat manumissio, quæ sine ipsius consensu & voluntate, licet à bonæ fidei possessore, sicut apud prætorem expedita: sed possit dominus ab alio liberatum in seruitutem petere atque retrahere<sup>c</sup>, nisi tamen in possessione libertatis bona fide per viginti annorum spatium sine interpellatione moratus fuerit: cui talis præscriptio aduersus ipsius status inquietudinem prodesse debet, idque ab imperatoribus rescriptum est<sup>d</sup>. Itaque confirmatur huiusmodi manumissio tempore, tanquam patientia & velut tacita quadam ratihabitione ac voluntate domini: cuius vo-

<sup>a</sup> l. pen. D. pro donato.

<sup>b</sup> l. 4. §. j. D. de manum. vin.

<sup>c</sup> l. principali. 2. C. de lib. causa.

<sup>d</sup> l. 1. C. de leg. temp. præf. qua aduers. lib. facit l. vlt.

<sup>e</sup> de iis qui à non dom. ma.

luntatis argumentum ex diuturno ipsius domini silentio ducimus: vt quem in libertate esse ac pro libero se gerere per tanti temporis spatium passus sit, omnino esse liberum voluerit: quod etiam aliqua lege nominatim cautum fuisse Quintilianus Declam. 342. probat. Præterea, inquit, aliud esse in libertate esse, aliud liberum esse etiam ex eo manifestum est, quod eos qui in libertate fuerint liberos esse lex iubet. Ad quos ergo lex pertinet vt ad nostram finitionem redeamus? Qui volentibus dominis fecerint aliqua tanquam liberi, & cæ. & statim. Ergo etiam inuito domino potest esse aliquis in libertate, inuito autem non potest esse liber. & alibi, Declam. 340. Apparet aliquos & non voluntate domini in libertate esse: quod si verum est potest in libertate esse etiam qui liber non est. Hactenus Quintilianus. In proposita igitur specie libertas à non domino præstita præscriptio temporis defenditur atque confirmatur: non tamen vsucapione manumissionis, qui manumittendo videtur possessionem omittere: idè quod vsucapio interruptor, quomodo Scæuola in supra dicto loco docet. Sed libertas à non domino præstita confirmatur etiam atque aded multo magis quam in superiore specie, subsecuta scilicet expressa & disertaratihabitione domini, quæ in plerisque iuris partibus mandato comparatur<sup>a</sup>. Et quemadmodum in alienum locum concedente domino, mortuum licet inferre (vt ait Marcianus<sup>b</sup>) & licet postea ratum habuerit quam illatus est mortuus, religiosus locus sit: ita seruo alieno data libertas, accedente postea consensu domini conualescit: quam ratihabitionem retrahere quoque (præsertim fauore libertatis & religionis) ad tempus quo seruus liberatus, aut mortuus illatus est, exemplo eorum quæ auctoritate Marciani<sup>c</sup>, & in rei alienæ pignore obtinere ostendimus, aliquis tentare possit: quo etiam exemplo confirmari iure ciuili manumissionem, dominio postea manumissioni adquisito, vt quoniam ipse vero domino successerit, dici debeat. Nam etsi dominus manumissioni alieni serui heres extiterit, (vt puta si filiusfam. qui castrensium peculij seruos habebat, vel si filius emancipatus patri successerit) prohibebitur suum seruum à patre manumissum in seruitutem petere, auctore Vipiano<sup>d</sup>: atque ita liber manebit is qui primum à non domino manumissus est, propterea quod manumissioni postea dominus successerit: qui licet iure libertas ab initio non processerit, respectu tamen ad hæreditatis voluntatem defuncti suo consensu firmare debet, id quod Aurelianus imperator Secundo rescripsit<sup>e</sup>. Veruntamen cum iure ciuili seruum voluntate domini manumissum fuisse oporteat, vt liber intelligatur: & qui seruum alienum (licet bona fide à se possessum, ita vt vsucapere posset) manumiserit, nihil egisse videatur: idè quod forsitan verius est non retrahere ratihabitionem: sed quemadmodum in constituenda & imponenda, vel etiam acquirenda prædij seruitute à pluribus qui non simul cedant, aut quibus non pariter cedatur, non retrahere acquiri seruitus videtur: vbi postremus cedat aut ei cedatur, sed perinde habetur atque si post eum postremus cedat, omnes cessissent, aut eum postremo ceditur, omnibus cessum esset, vt actus

<sup>a</sup> l. vero in ff. D. de solut. iuncta l. licet. D. de iudic. l. vi. C. ad Macedo. scripsi ad l. seper. 60. de reg. iur. b. l. in tantis §. religiosus D. de diu. rer. c. l. si fadus §. j. D. de pig.

<sup>d</sup> d. l. filium. D. de lib. cau.

<sup>e</sup> l. si ab eo. C. de lib. cau.

<sup>f</sup> d. l. pe. D. pro donato.

pendeat donec omnes cefferint, vel omnibus cessum sit, quia suspensio actus receptum est, ut Paulus non insubtiliter scribit: sic & in imponenda libertate (in qua necessarius est domini consensus) pendeat manumissio à non domino facta, & tùm demùm confirmetur, cùm dominus approbaverit: perindèque habeatur atque si nunc primùm vindicta seruus liberatus esset, cùm dominus manumissionem ratam habuit. Ratam autem eum habere intelligimus, cum in potestatem suam seruum à non domino manumissum non retrahit, quod potest: sed pretium serui, vel quanti sua interest à manumissores consequi mauult. Nam quemadmodum is qui intulit mortuū in alienum locum, aut id tollere quod intulit, aut loci pretium præstare cogitur per in factum actionem, si hoc dominus elegerit ( hoc enim sentire alicubi b Caium existimo, ut, quandoquidem tolli potest: non eius qui intulit, sed eius potius qui dominus est, voluntatem sequi oporteat ) ita eum quoque qui seruos alienos ac si suos manumittit, ut pretium eorum dominis ( si hoc potius, quàm seruam ipsum elegerint ) dependat, vel quanti sua interest, sæpe rescriptum est teneri: atque hoc Imp. Antoninus ipse rescripsit c. Nam quod manumissores postea domino effecto, vel domino succedente manumissores libertatem confirmari ex Vlpiano & Aureliano diximus: id sic accipiendum omnino est, ut non quidem ipso iure civili confirmetur & valeat, sed auxilio & beneficio prætoris ( qui libertates, quarum fauor est maximus, tueri solet, cùm de liberali causa cognoscit ) sustineatur atque conferuetur. Et sane ipso iure civili non valere libertatis dationem: nec eam postea confirmari quæ ab initio non valuit, ex regula iuris, quam initio proposuimus, apertum est: quæ maximè vigere in manumissione, aliisque actibus legitimis debet. Itaque Modestinus, d, Si seruo alieno ( inquit ) libertas non consentiente domino data est, valere ex auctoritate iuris non potest: quamuis postea manumissor domino heres extiterit. Bene autem iurisconsultus, Ex auctoritate iuris: nam auctoritate prætoris ( qui æquitatem sequitur, & de iuris civilis rigore multum remittit ) non dubitarem equidem quin siue manumissor domino siue dominus manumissores heres extiterit, aditione hereditatis, libertatis datio confirmetur, secundum ea quæ modò exposuimus. Et hoc est quod ab Vlpiano e dicitur prohiberi heredem, non quidem ipso ut loquimur & mero civili iure, sed æquitatis ratione ( à prætore scilicet ) quominus eum qui à defuncto vindicta manumissus fuit, in seruitutem petat: multò magis idem qui manumissit nondum suum, ignorante domino ( licet iure civili nihil egerit ) excludetur à prætore: si, cùm domino successerit, vel aliàs dominium in seruo adquisierit, eum in seruitutem petat: nec audiri debet, ut pater ita dominus manumissor, qui factum suum ( maximè post longum tempus ) impugnare nititur f: & eò reuerfa re vnde incipere poterat, hodie libertatem aduersus eum qui dedit eiuſve successorem valere, verius ut æquius puto: quod tamen non admitterem eo casu, quo alieno seruo imposita inuito ac dissentiente domino vindicta proponeretur: Nam qui sic manumissit, Et iussit

b l. is qui intulit. D. de relig. & sumpt. fun.

c l. r. C. de dom. man.

d l. si seruo alieno. D. qui & à quib.

e d. l. filii.

f. post mortem 25. D. de adoptio nib.

iussit & fecellit a, & omnino nihil egit: nec ex postfacto quicquam egressus vel civili iure, vel prætoris beneficio intelligi potest: de quo casu, prope est, ut in supra dicto loco Modestinum loquutum existimem. Nam quod ait, Non consentiente, quid vetat ita, proinde quasi, dissentiente scriptum sit, exponere? Græcorum præsertim exemplo: apud quos b, Non dicere, Negare est: & ἄρνηται τὸ φάναι ἢ τὸ ἀρῆσαι. Item, ἐν οἰσδαῖ δ' εἶν' c scilicet τὸ οἰσδαῖ ἢ δ' εἶν' & εἰσέναι ἢ νομίζουσαι d, aliud nihil quàm, νομίζουσαι ἐν εἰσέναι. Nam & Modestinum nostrum Græcè scisse, scripsisseque de tutorum & curatorum excusationibus: & verò aliis quoque iurisconsultis hellenismos esse per familiaris nemo nescit: adde quod extenditur sæpe ( prout incidit ) vel etiam contrahitur erudita interpretatione, quibusdam nostrorum auctororum locis: verborum significatio: quasi plus dixerint hoc casu, minus senserint: Illo minus quàm intelligerent protulerint. Contrahitur (verbi gratia) quo loco Paulus e, Regulam iuris esse dixit, iuris ignorantiam cuique nocere, &c. cùm tamen iuris error propriè non noceat, sed non profit: vel certè hætenus tantùm noceat, ut neque lucro afficiat, neque damno liberet, cæterùm damno non afficiat: Et quemadmodum ad vfucapionem non prodest aut aliàs acquirere volentibus, ita suum petentibus & in damnis amittendæ rei suæ non obfit neque noceat id quod alibi f traditur. Sic etiam quo loco Vlpianus g mortalitatis necessitate, vel bonorum publicatione quendam ait perduxisse seruum ad alterum: cùm tamen ipse non perduxerit, sed ad successorem aut fiseum eius bona peruenerint: & vbi denique idem Vlpianus aut apud Vlpianum h Iustinianus donationem vxori causa mortis à viro factam, si vir postea deportatus fuerit, tali exilio subsecuro confirmari tradit, hoc est non infirmari: cùm nihilominus interim reuocari possit à viro, perinde ac si deportatus non esset: Impm. i indulgentiam notare quos liberat aiunt, quæ infamiam criminis & notam damnatione irrogatam non tollit, nec integritati prius contaminatam existimationem restituit k. Ex diuerso plerisque nostrorum, ut & aliorum auctororum locis, dilatandam, solitòque longius porrigendam verborum significationem didici: quam obrem placet vt hæc quoque illud, Non consentiente, tanquam plus intellexerit aut nuncuparit, minus scripserit iurisconsultus, ita eius ( quomodo testatorum plerumque vel tanquam ὑπονοεῖς νόσ; loquentium l ipsi iurisconsulti solent m ) verba interpretari, vt adiuuemus: & istud, Sed inuito & reclamante, aliudve quid non absimile suppleamus: quod vt dixi nouum non est: sed & aliis in locis dictante atque impellente ipsa iuris ratione facere cogimur. Ecce enim ista quoque Imperatorum Arcadij & Honorij n verba. Pastores Valerianæ provincie vel Piceni vti equis animalibus non iubemus. Ita necessariò exponenda sunt, vt suppleatur, sed prohibemus: id quod ea quæ statim subiiciuntur satis indicant, Alioquin si interdictus

a facit. qui in aliena. § vt. D. de acqui. her. b vide Budag in cōment. ex Demosthene & Lyfia. c apud Polybium li. 3 d apud Pausaniam in Corinth. e l. regula. in prin. D. de iur. & fac. ignor. f l. 4. l. iuris. 2. & l. error & d. l. regula §. sed iuris. e. tit. & vide Coia-cium ca. 39. lib. 5. obseruat. g l. cum vero in prin. D. de fidei com. liber. h l. sed si mors §. cū igitur. D. de donat. int. vir. & vxor. i l. vi. C. de generali a-boliti. k l. generalis. C. de sentent. pass. & restit. l. cogi. in prin. D. ad Trebellia. m l. a. §. si ex fundo. & §. vi. & l. quorties. §. sed si non in corpore & sequent. D. de here. insti. l. cum auus. D. de condit. & demò. d. l. cogi ad Trebell. facit. l. qui quartus in prin. l. si in testamento. D. de legat. 1. de legat. 1.

l. vnum ex familia. §. si omitta. l. cum pater. §. cum imperfecta. D. de leg. 2. vide l. errore scribentis. C. de testat. verbum. C. de fideicom. n l. vit. quib. equor. vltus concess. tit. 30. lib. 9. C. Theod.

a l. regula in pr. & s. sed facti. D. de iur. & fac. ign. b d. l. 4. in fi. co. tit. c l. in frau. de. 15. s. te. stamentu. D. de test. milit. d l. Tribu. nus in fi. l. Titius. in fi. D. de test. milit. e l. idēque eo. ti. D. f l. cedere diē. 23. D. de ver. sig. g ad l. in o. mnibus. 4. D. de du. reg. in. ant. h l. seruum filij. s. j. D. de leg. j. l. legatum. i. ta. 82. D. de leg. 2. l. que. dam sunt. 16. D. de reb. du. l. j. s. vtrū au. tem. D. si quid in fraud. par. i l. si here. ditatem. D. mādavi. l. si tibi homo s. cum ser. uis. D. de leg. j. l. si suadum. s. si Titius. eod. tit. k l. 3. Titio. l. de fut. c. d. l. seruum s. j. l. l. e. i. qui. 13. D. de co. dit. inst. m l. liber homo. s. vlt. D. ad leg. Aquil. n l. si par. tem. s. vlt. D. quē ad. seru. amit. o l. filius. fa. in fi. D. de testa. l. si à iurio. fo. D. de obli. & actio. scripsi ad l. is qui actionem. 15. D. de du. reg. iur. p d. s. cum seruis.

vñs animalium vindicetur. tanquam non iubere in illa Imperatorum constitutione, non sit pati: sed vetare ac interdiceret: Quid ni? cum & in iurifconsultorum felicior seculo natorum responsis hanc ipsam figuram agnoscamus? Enimvero facti ignorantiam non nocere Paulus ait ex iuris regula: cum tamen error facti & damno liberet: imò verò etiam lucro adficiat, & ad vñs captionem pròsit auctore Pomponio<sup>b</sup>. Non nocere igitur, non modò non obesse, verum etiam hoc ampliùs prodesse interpretamur: quale illud est quod apud Vlpianum<sup>c</sup> ex Pandectis Florentinis ita scriptum legimus. Testamentum ante militiam factum à milite si in militia decesserit, iure militari valere si militis voluntas contraria non sit diuus Pius rescripsit. Equidem ad illa verba, Si militis voluntas contraria non sit, supplendum esse tale quiddam, sed hanc fuisse appareat. aut, sed hoc testator (enserit, iam dudum animaduerti: Nec enim sufficere ad hoc vt valeat iure militari testamentum ante militiam factum, quod non sit contraria voluntas: Nisi de noua voluntate appareat: quæ in dubio non præsumitur, id est, nisi se velle testamentum, quod antè fecerat, valere, miles aliquo modo declarauerit<sup>d</sup>. Ita verò locum illum Vlpiani explicandum esse, manifestum sit ex altero eiusdem iurifconsulti<sup>e</sup> loco, vbi ad eodem diuo Pio rescriptum fuisse tradit in eo, qui cum paganus esset, facit testamentum, mox militare cœpit: hoc quoque testamentum iure militari valere incipere, si hoc maluit miles. Similiter cum aliud plerunque sit cedere diem, aliud venisse<sup>f</sup>: vt quando cessit dies, res in obligationem deducta deberi incipiat: sin venerit dies, & res debeat, & debita peti possit (vt alibi ostendimus) atque ad eò plus sit aliquanto venisse, quam cedere: at tamen reperias vbi cessisse dies dicatur, quæ non modò cessit, sed etiam venit: quo exemplo & Papinianus, & magistratum secuti: Vlpianus quoque ac Marcianus iurifconsulti videntur aliquot locis<sup>h</sup>, Non repudiatum legatum dixisse, quod legatarius non modò à se repulerit, sed etiam agnouerit: Iulianus<sup>i</sup> legatum Non repellere: itēque, Non repudiare, quod vult in super ad se pertinere<sup>k</sup>: cum neque hereditas neque legatum aliter possit acquiri (vt idem Iulianus<sup>l</sup> scribit) quàm si id egerit scriptus heres vel legatarius, per quod hereditas aut legatum adquiret, hoc est quàm si agnouerit<sup>m</sup>, Ante agnitionem legati à me aut meo nomine factam: & si res mea esse cœpisse dicitur apud Pomponium<sup>n</sup>, quam esse mihi legatam ignorauit: id tamen fictione iuris ciuiliis, non re ipsa verum est: cum ignorant non legatum, sed de legato actio personalis adquisita sit: vt ipse Pomponius<sup>o</sup> alibi definit. Ideò que re vera, si nec agnitionem fuerit nec repudiatum: nondum retrò vel ipsius legatarij fuisse, vel non fuisse videatur, sed rei legatæ status adhuc in suspensione sit<sup>p</sup>: Et tamen Vlpianus vbi legatarius non repudiavit: retrò ipse fuisse videri rem ait, hoc est (vt antè dixerat) postquam ad se pertinere voluit. Ergo cum deliberante legatario heres legatam rem alij tradiderit, si quidem voluerit legatarius habere legatum, traditionem nullam fore:

fore: si verò repudierit, valere Mareianus<sup>a</sup> scribit: & statim hoc verbum subiicit, quòd è superioribus explicari conuenit. Tantumdem est & si pecuniam hereditariam legatam crediderit heres: nam si quidem (ait) non repudierit legatarius (id est, vt ego exponendum reor, si agnouerit, si habere voluerit legatum) alienam pecuniam credidit: si verò repudierit, suam pecuniam credidisse videtur. Quibus omnibus in locis figuram illam agnoscere ac deprehendere fas est, quæ à Græcis rhetoribus λητότης siue ληπλώτης nominatur, nos extenuationem dicere possumus, quæque à Seruio vetusto grammatico in illo Virgilij versu<sup>b</sup> animaduertitur (vt sæpe alibi<sup>c</sup> apud eundem poetam).

Hac loquitur, iuguloque haud inscius accipit ensem:

Haud inscius, leptotes (inquit) figura: non enim dicit non ignarus, sed expectans omnibus votis: vt, Munera nec sperno, id est, libenter accipio: in hac autem figura plus cogitatur quàm dicatur. haftenus ille. Atque hac etiam figura loquendi vñs est Vlpianus noster<sup>d</sup>, quo loco, Non minima (inquit) differentia est inter eum qui clam facit, & eum qui rapit: eum celet id suum delictum, hic publicet, & crimen etiam publicum admittat. Etenim non minima quod Græci dicunt καὶ ἐλαχίστη sic accipi debet, vt maxima interpretemur: quemadmodum illud Græcorum εὐχέρων ὁ αὐτὰ εἰπείν & similia, Suidas ἑλπίων exponit: vel certè vt hoc quoque subaudiamus, imò maxima: quemadmodum & apud eundem Vlpianum<sup>e</sup> vbi de designatoribus tractat, Et sanè locus iste à principe hodie non pro modico beneficio datur: nam tacitè intelligimus, sed pro maximo: & vbi de liberali causa<sup>f</sup>, Nec enim (inquit) modica filij ignominia est, si parentem seruum habeat: Et apud Scæuolam<sup>g</sup> denique vbi, Heredes non modicam (inquit) partem bonorum consumpserant: apud Papinianum<sup>h</sup> postremò in illo fragmentorum loco. Planè si filia non voluntate patris sed casu seruata est, non minimam habebit defensionem pater, &c. supplendum enim, Sed magnam, vel, Imò magnam: cum à Græcis Latini que auctoribus nonnunquam vtrumque exprimitur: & quidem eleganter: vt à Polybio<sup>k</sup>, cuius istud est, τὸς γε μὴν ἄνδρας ἐμικρῶ, πολλῶ δὲ ἡγναγοτέρους ἐν παντὶ ῥωμαίους, & alibi<sup>l</sup>, εἰ γὰρ τισὶν, ἀλλὰ πᾶσι τότε νοινούς ἐχθροῦς εἶ) σωβέβαινε τὸς ἰλλυειούς, & ἐμικρὰ μεγάλα δὲ σωβεβάλλετῶ παραχρησίοις. & ἐμικρὰν ἀλλὰ μέγαλλω ποιήσας ἐπίθεσιν τὸς παραχρησίων πράγμασιν. Itēque à Plinio Secundo<sup>m</sup> in epistolis, vbi, ἀλλὰ τί εὐχαιρόνομαι, In ea ciuitate (ait) in qua iam pridem non minora præmia imò maiora nequitia & improbitas, quàm pudor & virtus habent.

Deinde mouet, quod iurifconsultus non dixit, Ignorante, sed, Non consentiente domino: atqui non idem vtraque loquendi ratione significatur: Plenior est enim latiusque pertinet huius quàm illius verbi vis: eum non consentire dicatur, & qui ignorat: & qui scit, sed retinuit atque refragatur. At (vt equidem existimo) quoniam is demum qui scit nec errat, consentire ac velle creditur: ex eo consequi statim ne-

a d. l. quædam. 16. D. de reb. du. b vers. pen. l. 10. Eni. c lib. 4. Eni. in illis verbis non te rationis egenit. & lib. 7. sub lib. in illis, nec candida cursum Luna leg. d l. 2. s. & generaliter. versic. vtilius. D. vlt. bon. rap. e de hoc loquendi genere vide Leopard. cap. 22. lib. 10. emend. fl. 4. s. definitores. D. de iis qui not. in. fa. g l. 1. in fi. D. de liberta causa. h l. penu. in prin. D. ad Trebellia. i libro singulari de adult. in frag. Pithæan. tit. k lib. 1. hist. l. lib. 2. hist. m ad Calpurnium lib. 1. epistol.



esse est, (cum eadem sit contrariorum ratio) ut eum iure meritoque censuramus non consentire, qui dissentiat. Imò però hæc prima, hæc naturalis, vera est, & propria ut volendi, & consentiendi, sic nolendi, & non consentiendi significatio: secundum quam, factum aliquod notatur: minus proprie dicitur nolle aut non consentire, qui ignorat: is autem qui scit aliquid inter alios agi, & vel cum adsit improbat, vel certe absens non approbat: is proprie nolle, is proprie non consentire dicitur: hic naturaliter verèque inuitus est: nec tamen nego, quin is etiam qui ignorat, rectè interdum (ut paulò ante admonui) & non consensisse dicatur, & inuitus nominetur (ut puta in seruitutibus, & in quodam Iulii Papia que legis capite) nam hoc ipsum Vlpianus tradit: Illud affirmo, ignorantem non ita naturaliter, vt eum qui scit ac retinuit, sed quasi per consequentiam, & ex quadam tacite mentis interpretatione atque argumento non consensisse iudicari. Præterea quemadmodum et si nonnunquam is consentire videatur in certis casibus, qui non testificatur se dissentire: attamen eum qui consentit Iurisconsulti, ab eo qui silet neque contradicit, plerumque separant (quasi consentire non videatur proprie, non magis quam fateri qui nihil dicit, sed patitur & tacet) Sic eum proprie non consentire intelligemus qui dissentit & reclamatur: nam eum qui tacet, verum est pati non negare. Planè cum duas habeat significationes non consentiendi verbum, ut vel ignorasse (quod specialiter & strictim sumpto vocabulo, Non consentire interdum dicitur) vel restitisse quempiam intelligamus: quidni eam sequamur hoc loco interpretationem, quæ iuris civilis rationi, & ipsi rei (de qua loquimur) congruit, & vitio caret? ut nomen generis, quod alteri è speciebus etiam tribuitur, non ad hanc, sed ad alteram speciem quæ aliud quoque nomen sortita est, referatur? Nam & eum adoptionis (tanquam generis) duæ sint species, adoptio & arrogatio: cum apud Græcos νόμος (tanquam generis) duæ itidem species, νόμος ἑξ ἑραφός, quod proprie νόμος, ὁ δὲ ἑραφός, quod etiam ἑραφός vocatur: cum libertas aut iuris gentium intelligatur, aut iuris civilis, quæ proprie civitatis dicitur: neminem reprehentum iri existimo, qui de arrogatione aut arrogato agens, adoptionem aut adoptatum eum Vlpiano & Modestino, qui ἑραφός intelligens, νόμον cum Synesio, qui de civitatis iure cogitans, libertatem cum Callistrato nostro: vel cum Saluiano episcopo Romanam libertatem nominaverit: aut qui cessisse diè, quæ non modo cessit, sed etiam venit, non contrariam fuisse voluntatè, cum hæc ipsa fuerit: ac proinde, qui non consensisse quempiam dicat, cum repugnauit ac restitit. Igitur apud Modestinum (secundum ea quæ modò tractauimus) hæc verba, Non consentiente, idem significant, quod Nolente, veritate, ac prohibente: ut apud Paulum illa, Sine mea voluntate nihil aliud nisi, Contra voluntatè: etiam si, quod sine voluntate alicuius factum esse dicimus, plerumque ipso, vel ignorante factum intelligamus. Sed scitum illud est, verba iuris civilis complura, ut Capere, Habere, Peruenire, minuitur.

D. de Var. & extr. cogn. & l. capitalium. §. Diuus Adrianus. D. de pte. m. Saluian. episcopus Marsil. lib. 3. ad eccl. cathol. a litem alienam. D. de pignor. act.

Statuere,

Statuere, Eximere (ambigua videlicet ista) non quidem semper sed tamen plerumque cum effectu accipi: ut rem perfectam & consummatam significant: non volendi autem & non consentiendi verus effectus est (ut arbitror) cum quis repugnat ac resistit, seque dissentire palam profitetur.

Hæc eò pertinent, vt sciamus idè non confirmari manumissionem inuito domino factam, & si postea manumissor domino heres extiterit, & si se dominum esse crediderit qui manumissit: quoniam contra domini voluntatem dissentit & expressam manumissus, non possit ex postfacto vlla iuris fictione intelligi volente & consentiente domino liberatus: Et sanè vix est vt vllus in iure civili casus reperatur, in quo utilis sit ratihabitio ad confirmandum actum, cui nominatim ipse resistit, qui nunc ratum habet. Ergo & in hac facti specie, cum delata filiosa hereditate legitima vel testamentaria, nec dum adita vel alio modo acquisita: pater, ipso quem habet in potestate, indito & renitente, seruum hereditarium manumittit: quod rescripserunt Imperatores præstari libertatè non potuisse: plenius exponendum reor: vt si decedente, deinde patre filius ei suus heres extiterit, & prius delatam hereditatè quam diximus agnouerit: præstata inutiliter à patre seruo hereditario libertas inuito filio, postea non conualescat, velut ex tacita veri domini voluntate atque ratihabitione: quæ, aduersus contrariam expressam voluntatè, præsumi nullo modo potest. At cum quis hereditarium seruum iussus est manumittere & heres esse (id est, cum quis sub ea conditione scriptus est heres, si hereditarium seruum manumittat) nihil eum agere manumittendo iurisconsultus ait: & tamen heredem esse, quia verum sit eum manumississe: sed post aditionem libertas seruo data (inquit iurisconsultus) secundum voluntatem testatoris conualescit. Qua in specie facti, heres qui nondum adit hereditatem: idè manumittendo non perducit interim ad libertatem, sed, quod ad hanc attinet, adhuc nihil agit: propterea quod seruum adhuc extraneum (quem nondum habet in potestate) non potest vtiliter, ita vindicta manumittere, vt statim ad libertatè perueniat: sed neque vt ex tempore: cum actus legitimus, qualis est manumissio, neque conditione neque diem recipiat. Igitur ante aditam hereditatè, serui manumissi status in suspensio est: adita verò hereditate (ac proinde serui manumissi dominio heredi adquisito) confirmatur libertatis datio: atque ita quidem, vt non modò ex aditionis tempore valeat, sed vt, secundum defuncti voluntatè testamento expressam, retrò currat ad tempus iacentis & nondum aditam hereditatis: quo tempore inutiliter quidè à domino expedita fuerat manumissio, sed ex postfacto intelligitur à domino fuisse libertas imposita rectè atque vtiliter: idè quia certum est heredem quando cunque ad eundem hereditatem, iam tuuc à morte successisse defuncto intelligi: quod & Iurisconsulti tradunt, & nos etiam explicauimus in commentario de regulis iuris: igitur ipso iure civili, retrò creditur heres dominus fuisse, & non hereditarium, sed proprium liberasse, licet extraneus ei tum, & alienus re vera fuerit.

avtappatec  
ex l. i. §. vlt.  
D. de fidei-  
iussor. tur.  
l. si fundū.  
§. si Titius.  
D. de lega.  
l. non o-  
portet. l. eū  
ei qui D.  
de leg. 2. l.  
si fideimeg  
D. de leg. 3.  
b. l. i. §. hæc  
autem verba.  
D. quod  
quisque.  
iur. l. p. §.  
doctore. D.  
ne quis eū  
qui in ius  
voc. est vt  
exim. l. v-  
trum. D. de  
pet. hered.  
l. cogi. §. j.  
ad Trebel.  
l. aliud est  
opore l. nā  
in filiarum  
in h. & l.  
seq. D. de  
verbor. si-  
gnif. l. nō vi-  
detur. D.  
de reg. iur.  
iuncta l. Pa-  
pinia. §. me-  
minisse ver-  
fic. vnde nō  
malè. D. de  
inoff. testa.  
c. l. renitea  
re. C. de iur-  
re delibber.  
d. l. mulier.  
§. j. D. de  
condit. &  
demonst.  
e l. heres.  
54. D. de ad-  
quir. heres.  
l. si ex re. §.  
vl. D. de si-  
pular. ser-  
uor.  
fad l. om-  
nis. §. 8. & ad  
l. omnia.  
193.



Hæc de seruo alieno inter vivos manumisso, quem vel sciat alienum, vel suum putet iis qui manumittit. cæterum si suum aliquis manumittat, quem alienum existimet, quisque se alterius quàm manumittentis putet, nihilominus directam contingere libertatem verum est (auctore Iuliano <sup>a</sup>) quia plus in re sit, quàm in existimatione, & Stichum voluntate domini manumissum fuisse non dubitetur. Quid si suum quidem & proprium heres, sed legatum alteri à testatore manumiserit, vtrum dicemus valere manumissionem, an esse irritam? Paulus <sup>b</sup> ait manumittendo nihil eum egisse, quia scientiæ vel ignorantia eius nullam placuit admitti rationem: quod eo pertinere Ioannes ille (quisquis est) rectè vidit, non vt libertatis datio non teneat (quomodo perperam Græci sentiunt; à quibus hoc ita exponitur, *καλονόμος οὐ δὲ τὸν ἰδικὸν αὐτὸ δούλον ληγατεύθειν & ἐλευθεροῖ*) (sed ne tali manumissione, ius legatarij peremptum sit: nam eum heres, qui alienum hominem dare damnatus sit: homine postea vt mortuo, ita manumisso à domino, nihil ex hoc legato debet, hoc est neque seruum neque ipsius æstimationem <sup>c</sup>: non magis quàm è stipulatione, nisi per promissorem steterit <sup>d</sup>: idèd existimare quis potuisset, ab herede qui proprium seruum bona fide (legatum scilicet ignorans) manumississet, neque seruum neque æstimationem præstandam esse, tanquàm hoc, vt superiore casu, legatum intercidisset: Veruntamen, quomodo si heres rem legatam (vt puta vnguenta) ignorans in funus consumpsit, vel si in proprium fundum (à testatore legatum ignorans) mortuum intulerit, ad exhibendum quidem actione non tenetur, quia nec possidet, nec dolo malo fecit quominus possideret, sed re quidem consumpta, per in factum actionem legatario consulitur (auctore Callistrato <sup>e</sup>) vt idemnitatis ei ab herede præstetur: ob locum autem in fundo religiosum effectum & velut alienatum, actioni ex testamento locus est, æstimationis videlicet (quæ ad totum pretium fundi, quo potuit ante sepulturam æstimari, referenda est) coniequendæ gratia, vt de Papiniano <sup>f</sup> didicimus: ita seruo legato manumisso, in prædicta specie. Paulus <sup>g</sup> ignorantiam heredis ipsi non prodesse ad legatum interuertendum ait: hoc nimirum intelligens, quod Marcianus in eadem facti specie alio loco <sup>h</sup> definit, actione ex testamento teneri heredem manumissorem legatario in serui æstimationem, nec interesse scierit heres an ignorauerit legatum. Itaque non omnino nihil agitur, quoniam valet manumissio, & statim quidem: nec vlla eget confirmatione, quæ à domino data est libertas: verumtamen ea manumissione quæ datatenus nihil agitur: quippe non idèd factum hæredis legatario nocet, quominus id quod sua interest consequatur: Teneri enim heredem Iulianus scripsit Iustiniano <sup>i</sup> teste: qui quidem iuris esse ait ex Marciano <sup>k</sup>, si heres alium seruum donauerit, & is cui donatus est eum manumiserit, quamuis ignorauerit à se eum legatum esse. Ita hæc verba, Nihil agitur, & in aliis quæstionibus iuris accipere conuenit: vt cum vsusfructus extraneo ceditur, nihil agi Iustinianus <sup>l</sup> tradit: quod ex Pomponij <sup>m</sup> responso exponimus, vt extraneo id est, ei qui proprietatem

a l. 4. §. quod tics. D. de manum. vind.

b l. heres. D. qui & à quibus manum.

c l. si alienum 35. D. de leg. j. iun. & l. si ius fa. §. vit. eo. tit. d. l. is qui alienum 51. D. de verb. obl. l. si ex legat. 23. eo. tit.

e l. si heres rem. D. de lega. 23. eo. tit.

f l. Marcianus §. in fundo. D. de leg. 2. fasit l. quod ergo. §. si heres. D. de leg. 1. g. l. si quis inquilinos. §. j. D. de leg. 1. i. §. si res legata inquit. de legat. k. d. l. si quis inquilinos. §. j. l. §. item finitur. l. inf. de usufr. m. l. si vsus fr. 67. D. de uze dot.

tatem non habeat) cessione vsusfructus facta, nihil ad eum transeat: veruntamen non omnino nihil agatur: quoniam ad dominum proprietatis vsusfructus reuertitur. Similiter quod ait Iulianus <sup>a</sup>, si cum mihi eum donare velles iusserim te seruo communi meo & Titij rem tradere, si quæ hac mente acceperit vt rem Titij faciat, nihil agetur: nam etsi procuratori meo rem tradideris vt meam faceres, & is hac mente acceperit vt suam faceret, nihil agetur. In hoc quoque loco istud, Nihil agetur, interpretatione, quam aliis quoque (quos hæc studio breuitatis omitterimus) locis <sup>b</sup>, adhiberi oportere supra <sup>c</sup> docuimus: ita temperandum est, vt nihil agi quadamtenus, hoc est in eius persona qui accipit, intelligamus: sed qui nihil agit in sua persona, cum superioribus casibus acquirat mihi (quemadmodum Ulpianus <sup>d</sup> disertè docet) hætenus certè nihil agere videri non potest. Igitur in specie quoque illa præstita seruo heredis proprio (quem testator legauerat vel per fideicommissum reliquerat) libertatis ab ipso herede, quod nihil agi Paulus inquit, non absurdè nec sine exemplo ita interpretamur, vt non omnino, sed quadam ex parte nihil agatur: & quamuis legatum aut fideicommissum ad æstimationem serui manumissi coniequendam, vtiliter petatur, libertas tamen semel præstita nequaquam reuocetur.

Quid in seruo hereditario? hunc heres de restituenda, hereditate rogatus interim non inutiliter manumittit, vt (Iuliano & Pomponio auctoribus) antè ostendimus: cum nisi facta restitutione, seruus in bonis heredis (qui defuncti personam sustinet) esse non desinat <sup>e</sup>, & vel in quartam certè ipsius pretium imputare, vel fideicommissario præstare possit. hoc igitur casu libertas valet, quæ si hereditario seruo legato aut per fideicommissum nominatim relicto esset imposita, non valeret statim, sed penderet solummodò, ita vt ex postfacto (& quidem retrò) vel confirmaretur, vel inutilis fieret. Nam quemadmodum si locus hereditarius sub conditione legatus sit, interim heres inferendo mortuum, non facit locum religiosum, vt Paulus <sup>f</sup> libr. 64. ad edictum docet, ita eodem libro Paulus idem, & Caius quoque iurisconsulti auctores sunt <sup>g</sup>, seruum hereditarium, qui sub conditione legatus est: (licet pendente conditione pleno iure sit heredis <sup>h</sup>) nullam tamen libertatem ab eo consequi posse, ne legatario iniuria fiat: idèdque interim heres manumittendo liberum non facit, sed potest à legatario, id est, domino in seruitutem reuocari: quemadmodum sub conditione legatum ab herede alienatum existente postea conditione, nihilominus posset legatarius vindicare <sup>i</sup>: nec enim alienatione aut manumissione legatum extinguitur: idèdque cum optione siue electione serui data, quodammodo singuli sub conditione legati videantur: si optione hominis data sit, vel indistinctè homo legatus sit, non poterit heres (vt apud Caium <sup>k</sup> legimus quosdam seruos vel omnes manumittentem ad libertatem, sed pendebit eius datio, ac tunc demum conualescet, cum aut legati conditio defecerit, aut alium quàm manumissum

a l. perferuum 37. §. vi. D. de ad quit. rer. donat.

b l. 2. D. de pignera. act. & l. quod autè. §. vit. D. de donat. int. vit. & vxor. e cap. 17. & ca. 20. hoo ipso libro. d. l. qui mihi donat. 13. D. de donatio.

c l. facta. D. ad S. C. Trebellia.

f l. si locus. D. de religio. & sum. fun.

g l. seruum 11. D. de manumiss. l. generaliter. §. vi. D. qui & à quib. manum.

h l. arboribus. §. si fur. aliàs est l. si fur. D. de usufr.

i l. seruo legato. §. j. D. de leg. 1.

k l. si optio. §. D. qui & à quib. manumiss.

legatarius optauerit, istum reliquerit: nec tantum conualecet, sed etiam retrò trahetur: vt qui olim manumissus est, ex postfacto liber ostendatur, idque Labolenus<sup>a</sup> tradit: ex quo etiam apparet non magis manumissionem, quam alios actus legitimos tacita conditione vitari. Nam & si heres deliberante legatario seruum purè legatū manumittat, mox repudiet legatarius, manumissum fore liberum, sed & ei retrò cōpetere libertatem Vlpianus<sup>b</sup> scribit: idēque esse etsi purè duobus seruis legatur, & post alterius manumissionē alter repudiauerit. Ergo si non repudiauerit legatarius, erit inutilis, & nullius momenti libertas, medio tempore (dum legatarius deliberat) ab herede concessa ei seruo, quē alienum esse constat: & retrò quoque fuisse intelligitur, ex eo quod postea legatum ad se pertinere voluit legatarius: sed hoc ita, nisi tamen ille æstimationem serui, quā seruum ipsum sibi præstari malit quo casu censetur habere ratam manumissionem, vt antè diximus.

Meritò autem & optima ratione iuriconsultus ait retrò libertatem competere: quia cum seruus legatur, & ipsius serui status, & omnium quæ personam eius attingunt, in suspensio est, auctore Iuliano<sup>c</sup>: nam si legatarius repulerit à se legatum, nunquam eius fuisse videbitur: si non repulerit, ex die aditæ hereditatis eius intelligitur (etsi non statim, sed ex interuallo & longo post tempore, legatum agnouerit) Recta etenim via dominium quod hereditatis fuit, ad legatarium transit nunquam factū heredis<sup>d</sup>: & (vt est apud Vlpianū<sup>e</sup>) vbi legatarius nō repudiauit (addo, sed ad se pertinere voluit) retrò ipsius fuisse videtur res, ex quo adita hereditas est: si verò repudiauerit: retro videtur res repudiata fuisse inde. D. si heredis. Quapropter etiam repudiato seruo (qui legatus, interim ab herede vindicta manumissus fuerat) ex postfacto videtur vtiliter impossita libertas, tanquam proprio, & qui nunquā ad legatarium pertinuerit, adeoque in potestate legatarij non item heredis est positum, valeat, ac retrò trahatur, necne manumissio: quæ si de consensu legatarij facta fuerit, statim ipso iure tenet. Sic de consensu fructuarij vel creditoris, qui pignori specialiter obligatum habeat, seruus à domino proprietatis aut à debitore vtiliter manumittitur<sup>f</sup>, etiam si fructuarius aut creditor minor sit viginti annis: dum tamen si pupillus sit, auctore tutore consensum præbeat: nec videtur id esse contra legem Æliam Sentiam, quia non tam manumittere is quā, non impedire manumittentem intelligitur<sup>g</sup>.

Cæterum pignori seruus generaliter datus, pleno iure debitoris est, adeò vt nondum euoluto debito interim ad iustam libertatem peruenire possit: si soluendo sit debitor, & nihil in fraudem creditorum aduersus legem Æliam Sentiam fecerit: vt Caius docet<sup>h</sup>: si autem specialiter pignori obligatus fuerit, non vtique videtur pleno iure debitoris esse, licet hic eū in bonis habeat<sup>i</sup>, & idē seruus antequā debiti nomine fiat satis, sine consensu creditorum manumitti non potest si debitor aut eius heres manumiserit, nihil interim egerit, ne creditor fiat iniuria. Nō erit igitur ea manumissione seruus liber effectus, nisi tamen

a l. si cum optio 14. D. de optio. legat.

b l. 3. D. de manū. vind. l. 1. D. de manū. missi.

c l. si tibi homo. s. cū seruus. D. de leg. 1. facit l. legatarius 38. §. j. cod. de i. l. legatū ita. D. de leg. 2. e l. seruū. l. 46. §. j. D. de leg. j. facit l. proinde. D. si heredis. cert. per. l. Titio. D. de furt. l. j. §. vtrum autem. D. si quid. in fraud. patr. l. Titio. & Seio & duque sequentes. D. ad leg. Aquil. f. l. 4. C. de ser. p. g. dat. manū. §. l. 2. l. 4. §. vi. D. de manū. vind. l. qui in fraudē. in si. D. qui & à quibus manū. h. l. generaliter. D. qui & à quibus manū. h. i. l. pignus. C. de pignora. act.

tamen soluta pecunia, vel aliàs creditori postea satisfactum fuerit: hoc enim casu ex illa (sic enim apud Scæuolam<sup>a</sup> omnino rectè in Florentinis Pandectis legitur) debitoris voluntate, id est, sine noua manumissione liber fit: nec ipse manumissor aut heres eius audiri debet, si reuocandæ libertatis gratia, in fraudem creditorum datam illam fuisse audeat dicere: quippe eum eos non fuisse fraudatos appareat; & ipse suā auctoritate sui alleget turpitudinem. Atque hanc esse Scæuolæ iuriscōsulti<sup>b</sup>, & Imp. Alexandri<sup>c</sup> scriptis expressam sententiam arbitror: & quod de manumissore nunc dixi iuxta rescriptum Alexandri, hoc ipsum à Diocletiano & Maximiano<sup>d</sup> esse in donatore constitutum, vt eius qui se in fraudem alterius donasse dicat, professio inhonesta sit, nec reuocari ob eam allegationem sub obtentu pœnitentiæ possit perfecta semel donatio: quod in præstita libertate obseruari multò est æquius. Ego in super vt patri, sic domino manumissori non licere aduersus factum suum, quasi non iure (vt pote non apud eum qui legis actionem habeat, nec præsentibus testibus) manumiserit, mouere controuersiam existimo: eorum argumento commotus, quæ circa emancipationem<sup>e</sup>, alicubi à iuriconsulto tractata memini: atque in eam sententiam ab Aureliano imperatore rescriptum est<sup>f</sup>. Sed in illa specie de seruo pignori dato manumisso, an retrò trahi libertatem dicimus impedimento pignoris sublato? quod magis putauerim, vt pote iam olim à domino concessam: idēque iuris esse in seruo à domino proprietatis manumisso sine consensu fructuarij: nam interim quidem liber non fit, sed seruus sine domino est, quādiu scilicet vñ fructus durat (sic enim accipiendum esse reor, quod est ab Vlpiano traditum, in Institutionibus<sup>g</sup>, aut regularum libris) ex postfacto autem, insecuta morte vel voluntate ac rati habitione fructuarij, vel aliàs extincto vñ fructu conualescere libertatem, & ad id tempus quo à domino imposta fuit retrò trahi, eadem ratione quam antè adscripsi commotus existimo. Interdum sanè proprietarius etiam solus, id est, sine fructuarij consensu, seruum ad libertatem statim perducet: si forte vñ fructus fuerit tandiu legatus quādiu manumittatur: nam incipiente proprietario manumittere, vñ fructum extinctum iri Vlpianus<sup>h</sup>, scribit.

Quod autem vñ fructuario consentiente manumissum à domino liberum statim fieri diximus<sup>i</sup>, id fauore libertatis receptum est, quem admodum fauore religionis verum esse ait Vlpianus<sup>k</sup>, itēque magis esse, vt locum religiosum proprietarius consentiente fructuario possit facere: quamuis ne consentiente quidem fructuario, seruitutem vtiliter imponat, nisi talem, vt ea constituta deterior fructuarij conditio non fiat, idque Vlpianus & Paulus scribunt<sup>l</sup>: quod quibusdam<sup>m</sup> adeò absurdum videtur, & à ratione iuris alienum, vt existiment non hoc à iuriconsultis significari quod diximus (cum tamen ea fere ipsorum auctorum verba sint) sed potius aliud quiddam, quod etsi verum est, ei tamen loco (si diligenter expendatur) minimè congruit, proprietatis dominum etiam sine consensu fructuarij seruitutē eam imponere posse,

a d. l. pign. 26. D. qui & à quibus manū. lib. non fiant.  
b d. l. pignori. D. qui & à quibus.  
c l. 5. C. de seru. pign. da. manū. d. l. 4. C. de reuo. don.  
e l. post mortē. 25. D. de adoptione. f. l. si ab eo. C. de lib. cau.  
g vide in fragm. t. r. §. seruis in quo l. 1. in princ. C. comm. de manum.  
h l. interdū D. quibus. mod. vñ. fr. amit. il. i. §. j. C. comm. de manumiss. k l. locū. D. de vñ fr. & quæ ad modum quis vñ fr. l. 2. §. si vñ fructu. D. de relig. & sumpt. fan. l. 1. sed & si quid. §. vñ. & l. seq. D. de vñ fr. m Conna. ca. 3. libr. 4. cōmentar.

quæ modo deteriorem vñsfructus conditionem non faciat: igitur ego contrà cenſeo: ſeparandam eſſe conſtitutionem ſeruitutis, quæ fauorem nullum habet, à libertate ac religione: namque vt de ſuo iure dcedere, vt iuri pro ſe introducto renuntiare quiſque poſſit <sup>a</sup>, nihilo magis tamen licere, impoſita ſeruitute deteriorem vñsfructus cauſam efficere. Certi ſunt modi iure ciuili vt ad conſtituendum & acquirendum, ita & ad corrupendum, id eſt, finiendum, amittendumve, atque ad minuendum etiam vñsfructum introducti vt Caius tradit <sup>b</sup>: atque horum quidem nonnullos percenſet Imperator <sup>c</sup>, alios non eſſe ignotos ait: ego enumerari omnes à iuriſconſulto arbitror: etenim ſeruit in libris receptarum ſententiarum Paulus <sup>d</sup>, amitti vñsfructum quinque modis, ſtatus videlicet mutatione (hoc eſt capitis deminutione) rei mutatione, non vtendo, in iure ceſſione, dominij comparatione. Finiri verò duobus definit, morte (cùm vñsfructuarius ſcilicet moritur) & tempore (quoties ad certum puta tempus vñsfructus legatur) velut biennio aut triennio. Sed & alij quoq; iuriſconſulti (quorum quidem ad nos reſponſa peruenere) morte vel capitis minutione fructuarij (olim quæcunque, hodie maxima vel media poſt conſtitutione <sup>e</sup>) vñsfructum interire <sup>f</sup>, itemque non vtendo <sup>g</sup> amitti: ſed & ad certum tempus conſtitui: atque ita elapſo & præterito illo tempore fini <sup>h</sup>, & ceſſione à fructuario facta in iure, & ipſius rei mutatione <sup>i</sup> placet. Hi nimirum ſunt ſoliti & legitimi (quos vocat Imperator <sup>k</sup>) modi extinguendi vñsfructus. Eum ſanè Vlpianus tempore fini <sup>l</sup> oſtendit <sup>m</sup> in ea ſpecie de qua ſuperius egimus, cùm vñsfructus ſerui quandiu manumitteretur, tandiu legatus fuerit. quod enim ait incipiente proprietario manumittere, vñsfructum extingui, non hoc propter manumiffionem fieri exiſtimandum eſt: (alioqui poſſet inuito fructuario dominus manumittere, atque ita perimere vñsfructum: ſed propter euentum incertæ diei ad quam vñsfructus conſtitutus fuerat, donec manumitteretur. Ex quo etiam intelligimus, ad Paulum (quo loco ait, tempore fini vñsfructum, quoties ad certum tempus legatur, velut biennio aut triennio) addi oportere, idem iuris eſſe etſi ad incertum tempus aut conditionem, cui poſtea locus fit, legatur aut cedatur vñsfructus, vt in ſpecie propoſita: velut in ea quæ à Laboleno alicubi <sup>n</sup> referitur, cùm cui vñsfructus legatus eſſet donec ei totius dotis ſatisfieret: ſed multò etiam magis ſi in tempus pubertatis, aut ætatis alienæ <sup>o</sup>, quod naturæ hominum incertum non eſt. Itaque cùm pater filiis vñsfructum prædiorum in tempus pubertatis ipſorum vxori ſuæ reliquit: & poſtquam adoleuerint, fini vñsfructum ait Imperator <sup>p</sup>, & poſterioris temporis fructus perceptos à matre, poſſe repetere, quos nulla ratione ſciens de alieno perceperit. Porro vñsfructum cùm extingui rei mutatione dixerimus, ex eo ſequitur (opinor) vt qualitate demum rei nõ mutata valeat P. quæ propter

<sup>a</sup> l. pen. C. de pat. <sup>b</sup> l. 3. §. conſtituitur. D. de vñsfr. <sup>c</sup> l. pen. in prin. D. de vñsfr. <sup>d</sup> lib. 3. tit. 9. <sup>e</sup> l. pen. C. de vñsfr. <sup>f</sup> l. 1. in pr. l. 3. §. vñsfr. l. excepta. D. qui mo. vñsfr. amittit. l. 1. D. de vñsfr. lega. l. ambigua tem. C. de vñsfr. l. vñsfr. l. 5. D. de vñsfr. lega. l. un. <sup>g</sup> l. si quis vñsfr. co. tit. <sup>h</sup> l. placet. D. quib. mod. vñsfr. amittit. l. 3. D. de vñsfr. pe. tit. l. pen. in prin. C. de vñsfr. fa. cit. l. vel ſi ſeruo. D. fam. er. h. l. & puto. D. fam. er. cis. l. si vñsfruct. mihi. <sup>i</sup> D. de vñsfr. lega. fa. cit. l. vxori vñsfruct. co. tit. <sup>j</sup> in frag. l. titur. tit. de dominijs & acquiſ. rer. l. repeti. §. j. & l. ſequent. & l. ſi ager. 23. <sup>k</sup> D. quib. mod. vñsfr. amittit. <sup>l</sup> l. an iqui tas C. de vñsfruct. <sup>m</sup> l. l. interdum D. quib. mod. vñsfruct. amittit. m. l. cui vñsfruct. in prin. D. de vñsfruct. legat. n. l. vxori meæ. D. de vñsfr. lega. iuncta l. si pater. C. de vñsfr. o. d. l. si pater. C. de vñsfr. p. l. si vñsfruct. ſed neque dicitur. D. de vñsfr. iuncta l. si vñsfructuarius. §. j. cod. tit.

neque

neque eſſe aut meliorari, niſi vt eadem rei qualitas permaneat, neque minui fructus poteſt: ſeruitutis verò conſtitutionem inter amittendi aut finiendi vñsfructus modos, nec alij iuriſconſulti retulere, nec ipſe Paulus enumerat, qui cùm alios omnes percenſeat, hunc ſine culpa, & ea quidem latiffima, omittere non potuit. Igitur cedere vñsfructum proprietario debet fructuarius, qui ius (quod ad eò perſonæ ſuæ cohæret, vt ne obligatio quidem ipſius delegatione facta ciuilitate, ſed beneficio tantum prætoris exceptione oppoſita nouetur <sup>a</sup>) à ſe abdicare vult: ſeruitutis conſtitutioni ſi conſenſerit, nihilomags vñsfructum amiſſurus eſt. Manuiffioni aut illationi mortui ſi conſenſerit, fauorabiliter eſt receptum propter libertatem & religionem, vt vñsfructus, tanquam rei (quæ hominum commercio eximitur, & alia eſſe incipit) mutatione finiatur, atque ita hunc nodum equidem eſſe diſſoluendum exiſtimo, vt liberum cuique animi iudicium relinquam. ceterum neminem in meam ſententiam inuitum pertrahere conſtitui.

*per alium adquire hereditatem non poſſe aduendo, ſed pro herede gerendo: Cretionis etymon. Exponuntur præcipue l. furioſus. 63. & l. per curatorem 90. de adq. her. deſenſa hic quidem Florentina lectione: Et in §. ſed etſi non adierit. l. qui in aliena. eod. tit. Emendatur Vlpiani locus in fragment. Exponitur l. si filiusfam. C. de petit. heredit. Vno caſu non acquiſitam olim ſine cretione hereditatem: Vno caſu aditione per alium facta hodie acquiri: ex l. si infanti. C. de in. delib. De acceptilatione. Probatur emendatio l. 3. D. de acceptilat. & diſſiciliores eius tit. leges declarantur: itemque l. si debitor. D. de ſolutio. Quatenus ex perſona domini ſeruus æſtimetur: & de ſtipulationibus factum continentibus. Cur acceptilatio, non ſtipulatio ſit actus legitimus, diſceptatum. Nexum acceptilationis, vt manuū porrectionem ſtipulationis ſymbolum eſſe. Promittere Vtrum acceptum rogando ſeruum dominum ſine nouatione liberet. Optionem aut electionem alicui è teſtamento vel ſtipulatu debitam, per alium non celebrari: & quid in electione tacita dicendum oſtenditur. De reſtitutione hereditatis: & à ſolutione quatenus differat: Poſtremo alieno quidem nomine illam, & per alium: non tamen ſub conditione fieri. Expoſita inter cæteras l. si mulier. §. ex aſſe. D. de iure dot.*

## CAP. XXII.

**M**agnum eſſe fauorem libertatis: id eòq; multa ſingulariter in manuiffionibus recepta eſſe aduerſus communes iuris regulas, nõ eſt qui neſciat. Equidem propterea obtinuiſſe arbitror, quod ſuperiore proximo capite oſtendimus, fructuarij cõſenſu dominus vt rectè manumittat: itemq; vt filius familiæ ſeruum paternum iuſſu patris rectè manumittat, aut potiùs vt pater familiæ ſeruum ſuum opera & miſterio filii familiæ vtiliter liberet: de quo non nihil eſt à nobis antea

expositum, nunc quod restat explicare operæpretium videtur: magnis etenim difficultatibus inuolutum atque perplexum est, & aded quidem, ut in eo extricando infinitum mihi laborem exhauriendum esse prospiciam, ipsaque cogitatione suscepti muneris fatiger. Audebo tamen omnia iuriscultorum nostrorum vestigia persequi, carcatque latebras, ut ait Lucretius,

*In sinuare omnes, & Verum protrahere inde.*

Quemadmodum patris quidem & filii familiæ una vox unaque persona iure civili esse creditur, ut quamvis alteri nemo stipulari possit, filio tamen paterfam. aut filiusfam. patri utiliter stipuletur<sup>a</sup>: ita duorum eorum una esse persona non creditur, ut legitimos actus alter per alterum, aut alterius nomine utiliter exequatur & peragat: cum alieno nomine vel tutor, vel procurator, vel alia quælibet libera persona lege agere non possit, quemadmodum suo loco tradidimus<sup>b</sup>. Ergo eum hereditas à iuis quidem aut necessariis adquiratur, non per immisionem sed ipso iure: ab extraneis autem personis agnitione, hoc est aut pro herede geritione, aut hereditatis aditione siue cretione: quæ actus est legitimus & solemnus: cum velut in rem præsentem venitur (quod antiquitus haud dubie fiebat) ac præsentibus testibus aditur, cernitur, aspiciunturque defuncti hereditas: (hanc enim esse cretione notationem, cum aliæ atque aliæ ab ipso Varrone lib. 5. & 6. de lingua Latina. & Isidorus libr. 5. etymol. cap. 24. proferantur, existimo) inde fit, ut ab extraneo, paterfam. heres institutus aut ab intestato legitimus heres, qui vult solemniter agnoscere atque acquirere hereditatem, ipse debeat adire accernere: cæterum iussu patris aut domini, filiusfam. aut seruus (cui ipsi non est delata hereditas) rectè non adit, filiusfam. vel ex testamento si heres institutus fuerit, vel ab intestato maternam rectè adit hereditatem: suo scilicet nomine, quamvis alieno iussu: & aditam statim, ita ut nullo momento in sua persona subsistat, hereditatem patri familiæ acquirit<sup>c</sup>. Cæterum ipse heres est non pater, itémque seruus institutus, ipse heres est non dominus: & ided cum filio impuberi pater ita substituerit, quicquid mihi heres erit, idem filio impuberi heres esto: dominus cui per seruum hereditatis portio quæ sita sit ex substitutione, impuberi heres effici non poterit (auctore Modestino<sup>d</sup>) si seruus ab eius exierit potestate: quia verò est heres, non dominus: ided ipse, non item dominus hereditatem adire debet: dominus non potest. Itaque in explicacione edicti, si quis omissa causa testamenti, ab intestato vel alio modo possideat hereditatem (quo edicto parui refert vtrum quis per semetipsum, an per alium, acquirere potuit hereditatem: & prætermittere causam testamenti videtur, qui cum posset iubere adiri hereditatem, noluit id facere) si seruus eius qui ab intestato venit heres institutus, eum iubetur adire hereditatem, dicto audiens non sit, non ait iuriconsultus<sup>e</sup> adeundam ex testamento hereditatem à domino, sed compellendum esse seruum hoc facere, ne dominus in edictum incidat. Eadem ratione is cui seruus ipse substitutus est, si seruum suum adire iusserit, incidit

<sup>a</sup> l. quod dicitur 130. D. de ver. obl.

<sup>b</sup> ad l. nemo alieno. 113. D. de diuersi. reg. iur.

<sup>c</sup> l. per quem D. de acquir. here.

<sup>d</sup> l. 3. D. de vulg. & pupi. substi. iuncta l. qui liberis. §. vl. co. tit.

<sup>e</sup> l. 1. in pr. & §. j. D. si quis omiffa cau. test.

cidit in edictum, Si quis omiffa causa testamenti (auctore Celso<sup>a</sup>) & vtraque legata præstat, tam quæ à domino, quam quæ à seruo relicta sunt, quoniam omiffa est causa institutionis: cum seruus non domini, sed suo tantum nomine, atque aded ex causa substitutionis adire poterit. Nam si domini instituti nomine adire potuisset, ea sola præstarentur legata, quæ à domino relicta sunt. Ergo ex Iuliano Papinianus scribit<sup>b</sup>, patrem qui filiam sibi substitutam iussit adire hereditatem, legata quæ ab ipso data sunt ex sententia edicti præstaturum, ut pote omiffa per patrem institutione, ipsique adquisita per filiam aduentem non patris nomine, sed suo ex causa substitutionis, hereditate. Quæ cum ita sint, sequitur necessariò, ut quod ait Ulpianus<sup>c</sup>, Impuberem qui in alterius potestate est si iussu eius adierit hereditatem, licet consilij capax non fuerit, ei acquirere hereditatem: accipiendum sit de impubere qui ipse sit heres testamento scriptus, aut ad quem legitima matris hereditas pertineat. Itémque quod ait Modestinus<sup>d</sup>, Si per epistolam seruo pupilli tutor hereditatem adire iusserit, si post subscriptam epistolam tutor moriatur, antequàm ex epistola seruus adiret, neminem dicturum esse obligari postea pupillum hereditati: de seruo herede instituto exponere conuenit, nam si pupillus scriptus sit heres, ipse (si quidem infante maior est) adire tutore auctore debet, aut pro herede gerere: cæterum ei neque per seruum, neque per tutorem aut patrem ipsum aditione, sed nec pro herede quidem geritione tutoris aut parentis nedum serui, ne infanti quidem olim acquiri potuit hereditas ante Theodosium: sed ipsum infantem (qui, quod fieri non posset, hereditati adeundæ idoneus non erat) gerere pro herede, tutore aut parente auctore oportuit: ut hereditatem ita quæret vel sibi, vel ei cuius in potestate esset: id quod alibi<sup>e</sup> à nobis expositum fuit. Denique quod ait Iulianus<sup>f</sup> commodum hereditatis per alium furioso adquisiri posse, veluti per seruum, vel eum quem in potestate habet, expono, per alium qui ipse heres institutus fuerit, qui mandante furiosi curatore adire potest: nam furioso instituto, per alium qui sit in potestate non hereditatis, non bonorum possessionis commodum, per curatorem quoque non hereditas vel furioso vel minori scripto heredi adquisitur: sic enim expono quod Paulum<sup>g</sup> respondisse Florentinis Pandectis continetur, Per curatorem hereditatem adquisiri non posse: nec illos sequor<sup>h</sup> qui malunt, Per procuratorem, legere. Sanè per curatorem bonorum possessio, quæ in actuum legitimorum numerum non refertur, vel minori heredi scripto aut legitimo edictalis, vel furioso decretalis olim adquisiri potuit<sup>i</sup>. Rursum filio delatam hereditate pater per eum quidem aduentum potest acquirere<sup>k</sup>, sed & filij nomine petere bonorum possessionem<sup>l</sup>: at profectò hereditatem adire non potest, ne voluntate quidem filij: licet, si pater (qui renitente filio herede instituto, vel agnoscere vel repudiare hereditatem aut bonorum possessionem non potest<sup>m</sup>) voluntate filij cui delata est hereditas, pro herede gesserit, adquisitam esse patri hereditatem non neget: cum solemnitati iuris satisfactum videatur, ut ait Imperator Decius<sup>n</sup>: nec enim

<sup>a</sup> l. qui seruus 25. co. tit.

<sup>b</sup> l. Iulianus co. tit.

<sup>c</sup> l. more. §. vl. D. de acquir. hered.

<sup>d</sup> l. si per epistolam 50. D. de acquir. hered.

<sup>e</sup> in §. 6. m. tar. ad d. l. nemo alieno 123. & ad l. in negotiis. §. D. de reg. iur. & supra. ca. 12. huius lib.

<sup>f</sup> l. furiosus 63. D. de acquir. hered. §. l. per curatorem 90. D. de acquir. her.

<sup>g</sup> l. Diar. li. 2. disputat. cap. 27.

<sup>h</sup> l. vi. C. de cura. furio. vide quæ scripti ad d. l. in negotiis. §. de reg. iur.

<sup>i</sup> l. x. in pr. D. si quis om. cau. testam.

<sup>j</sup> l. si filius museo. ij. m. l. renitente C. de iure delib. l. vl. C. de iure delib. l. vl. C. de re pub. bo. po. n. l. 4. C. de iure delib.

<sup>k</sup> l. x. in pr. D. si quis om. cau. testam.

<sup>l</sup> l. si filius museo. ij. m. l. renitente C. de iure delib. l. vl. C. de iure delib. l. vl. C. de re pub. bo. po. n. l. 4. C. de iure delib.

<sup>m</sup> l. renitente C. de iure delib. l. vl. C. de re pub. bo. po. n. l. 4. C. de iure delib.

<sup>n</sup> l. 4. C. de iure delib.



a in fragm. tit. 22. qui heredes institui poss. s. extraneus.

ius civile ad acquirendam hereditatem, vt adeatur exigit, eum & pro herede geritione adquiri possit: nisi forsitan ex iure antiquo si sub cretione data sit hereditas: quod his verbis Vlpianus tradit, Extraneus heres si quidem eum cretione sit heres institutus, cernendo sit heres: siue sine cretione, pro herede gerendo. vbi omnino legendum est, Si vero sine cretione & pro herede gerendo. Sententia enim Vlpiani hæc est (nisi fallor) heredem eum cretione institutum, debere cernere, nec posse pro herede gerendo, adquirere hereditatem: eius enim agnitionem hanc nudam & naturalem non sufficere. Contrà vero si sine cretione quis heres institutus fuerit, addo aut si cui legitima hereditas ab intestato delata sit, eam agnitam atque adquisitam videri, eum primùm heres pro herede quid gesserit: etiam si non adierit, nec solemnem illum & legitimum aditionis & cretionis actum expedierit. Quamobrem filiusfam. heres etsi non adeat, nihilominus tamen siue ipse per longum tempus detinuerit delatam sibi hereditatem, adeò vt pater id ignorare non possit, eo ipso (id est ob suam diutinam possessionem) tacito iussu & voluntate patris hanc hereditatem agnouisse commodumque eius patri suo consentienti adquisisse videtur: non quidem aditione, sed pro herede geritione: Sic enim exponendum imperatorum

b l. si filiusfam. C. de petit. her. c. l. qui in aliena, s. sed etsi non adierit. D. de adq. here.

re scriptum est b, in quo se frustra torquet Accursius: siue non ipse quidem filius cui delata est hereditas, sed pater eam ( licet à filio non aditam ) diu possederit, filius ( vt est apud Vlpianum ) eam non quidem adisse, sed admisisse ( sic enim ex Pandectis Florentinis omnino legi debet ) hoc est agnouisse credendus est, qui se iuit & passus est eam detineri à patre, nec denuntiavit aut protestatus est. Scientiam enim & patientiam atque adeò tacitam voluntatem & animum filiusfam. agnoscens hereditatem sibi delatam, & pro herede gerentis, ex eo colligimus: quod pater qui eum habuit in potestate, diu non renitente scilicet filiofam. possederit: diu nanque possidere non potuit pater, quin filiusfamiliâs id scierit & sciens voluerit, qui non contradixit, qui que adeò, etsi non adierit, pro herede tamen gessit: propterea quod non vt

c l. pro herede. in pr. l. si quis extraneus. s. j non posse, ne per filium quidem familiâs, aut patrem, licet per eos attingerit. D. de adq. hered. iuncta l. i. C. de iure deli. l. i. C. de reprob. hered.

aditio, ita pro herede geritio atque agnitio, facti est, sed magis animi d. Ergo manet quod diximus aditionis solemnitate per alium peragi non posse, ne per filium quidem familiâs, aut patrem, licet per eos attingerit. D. de adq. hered. iuncta l. i. C. de iure deli. l. i. C. de reprob. hered. que adeò per seruum pro herede geri possit, hoc est ipsorum interuentu & opera, voluntas & animus heredis pro herede gerentis declarari: propterea quod non pro herede geritio, sed aditio solennis & legitimus actus est: aditio inquam siue cretio. nec enim diuersos hereditatis adquirendæ modos olim fuisse arbitrator. Certè cretione sine aditione fieri non potuisse constat. veteres glossæ denique cretione esse aditionem satis indicant: in quibus est cernere *προσέρχεται τῇ κληρονομίᾳ καὶ προσέχεται*, & cretio *προσέλευσις κληρονομίου*: & auctor rhetoricorum ad Herennium lib. 4. in illo loco, Significatio per ambiguum, cum verbū potest in duas pluresve sententias accipi, sed accipitur in eam partem quā vult is, qui dixit: vt de eo si dicas qui multas hereditates adierit: prospice tu qui plurimum cernis: veruntamen hodie ex constitutione imperato-

imperatoris Theodosij<sup>a</sup> eum infanti hereditas delata sit, eam tutor aut pater, infantis nomine rectè adhibet hereditatem. Prope est enim vt non sit solemnis & legitimus actus hereditatis aditio: sublata iam olim ab eodem imperatore annis antè illam constitutionem duodeuiginti & quod excurrit, cretionum solemnitate<sup>b</sup>: cuius symbolum fuisse digitorum percussione Cuiacius noster existimat<sup>c</sup>: quanquam legitimū hodièq; actū esse aditionē hereditatis tueri malim: speciale verò ac singulare ius in infante per constitutiones introductū dicere, quod in aliis veteri iure nō derogauerit, quòdque ad cōsequētiās trahi nō oporteat.

a l. si infanti. C. de iure delib.

b l. cretionum. C. de iure delib. c. ca. 18. lib. 7. obseru.

Acceptilatio quoque cum sit actus legitimus & solemnus, tamque is qui acceptum rogat, quàm qui fert, lege agat: ideo quod vnus debet, alter eius nomine acceptum rogare non potest, ne filius quidem familiâs aut seruus: ac multo magis quod patrifamiliâs debetur non modò non extraneus vt puta procurator, sed neque seruus aut filius qui in potestate sunt, vtiliter debitori, vt à patrefamil. eo factò liberetur, acceptū ferunt. Namque, (Vlpiano auctore) filiusfam. patre inuito, adde aut ignorante patre debitorem eius liberare non potest: acquirere enim obligationem potest, diminuere non potest, idem in seruo & in procuratore. Hi omnes vt quod patrifam. debetur acceptilatione tollant, obligationem nouare debent, quod sine mandato facere non possunt<sup>d</sup>: si

d l. seruus nec pecuniariam l. si liu patris. l. nō idē. D. de nou. e li. s. tit. 8.

mandatum, siue iussus, aut etiam rati habitio accesserit, à filio, seruo, procuratore non tam nouata videbitur obligatio, quàm à patrefam. per quos & stipulari potest, atque hoc ipsum à Iulio Paulo<sup>e</sup> in libris receptarum sententiarum traditur. Sanè solum patrifamiliâs mandatum ad nouationem ab illis faciendam valet: veruntamen solum patrifamiliâs mandatum sine nouatione ad acceptilationem ab alio, etsi eum in potestate habet, faciendam non sufficit: & idē Caius<sup>f</sup>, Seruum nec iussu domini acceptum facere posse, rectè respondit: Quid ita? ne alioqui, si non nouetur obligatio, legitimus actus fiat alieno nomine: quod non potest. Cum enim nouatur obligatio, nouatione prior obligatio tollitur, atque perimitur: & ex iure quidem antiquo: ita si hoc videlicet actum est<sup>g</sup> vt fiat nouatio. non vt obligationi addatur obligatio: hodie verò post Iustiniani constitutionem ita, si expressum id à contra-

ff. pe. D. de acceptil.

g l. j. & 2. D. de nou.

hentibus fuerit<sup>h</sup>. Cæterum obligationem quæ mihi competit, alius (nisi mandato aut voluntate, aut certè rati habitio meâ) nouare non potest: obligationem, qua ipse teneor, etiam ignorante atque inuito me, nouare potest, quia meliorem meam conditionem facit, meque vt solutione inuitum, ita nouatione liberat<sup>i</sup>: qui ipse deinde acceptam rogando, non meam (quæ iam perempta est nouatione, sed suam obligationem, etiam ignorante atque inuito me tollit: nec iam videtur alieno, sed suo nomine lege agere, nec sanè ad eam rem opus mandato habet. Quamobrem quod ait Paulus<sup>k</sup>, Per procuratorem nec liberari, nec liberare quisquam acceptilatione sine mandato potest: equidem vt pote celerius dictum, nisi adhibita subtiliori explicatione, tueri & defendere non possum. Hac autem ratione adiuuo, vt verbum, Sine mandato, ad priorem speciem non referam: & quia (licet mandatum

h s. sed est hoc quidē inst. quib. mod. tol. obl.

i l. si Stichus. s. si ab alio & s. vl. & l. si quis absente D. de noua. l. solutione.

j. soluere. l. si debito. D. de solu. k l. g. D. de acceptilat.



nullum interuenerit, nec speciale nec generale) potest quisque per liberum aut alium quemuis extraneum qui soluat aut nouet obligationem, ignorans atque adeo inuitus liberari, ut modò diximus: & quia, si nouatio non interuenerit, ne cum mandato quidem per suum procuratorem quisquam liberari acceptilatione potest, cum legitimus actus alieno nomine peragi non possit: & idè verum sit tutori & curatori furiosi & procuratori acceptum fieri non posse, sed nouatione facta (per quam pupilli furiosi domini obligatio sublata sit) ipsos tunc demum per acceptilationem liberari posse. In posteriore autem specie illud, sine mandato, sic interpretor, ut nec liberare quisquam alium per procuratorem, acceptilatione possit sine mandato, quia videlicet in litis puta procuratore, aut alio qui liberam administrationem non habeat, mandatum præcedere, aut subiequi certè rati habitio quæ mandato cõparatur, ut quilibet alienationem, ita nouationem, ut sit utilis, debet, sine qua procedere acceptilatio non potest. Nam tutor, curator furiosus, procurator acceptum ferre non possunt (auctore Vlpiano) sed hi omnes nouare (quod ipsis permissum est) debent: ubi loquitur iuriconsultus de procuratore qui mandatum vel eum libera facultate, vel ad eam rem speciale habeat: nam litis procuratori (nisi & ad hoc datus sit ut & solui ei possit) non rectè soluitur: eademque ratione non modò litis procurator, sed neque is procurator cui exactio pecuniæ mandata est aut nouationem facere, aut in eo quod non soluitur, debitorem domini liberare potest: speciale nanque mandatum ad eam rem, aut libera bonorũ domini administrandorum facultas requiritur: de quo procuratore libera facultatem aut speciale mandatum habente (ut dicam quod sentio) verba Pauli malim accipere: quæ cum sint generalia, nihil est cur de procuratore ad certam rem dato exponantur, non magis quàm illa Vlpiani, quæ modò retulimus. Id verò si admittimus, hoc quoque statim sequetur ut supersit illud, sine mandato, etiam in posteriore specie: quod ad priorem speciem accommodari nullo modo posse demonstrauimus. Nam utrobique non mandatum sed nouatio requiritur. Igitur Paulum iurisc. non, sine mandato (quæ verba ex imperiti eiusdem scholio in contextum irrepisse Briffonius quoque ipse iurisc. & casus actor disertissimus ante aliquot annos tradidit) quodam loco: in quem cum ista recoquerem feliciter incidi, ut iucundissimam amici mei memoriam excitarem, ipsique interea quod eius occupatione factum est, ut suum cuique non inuitus facere soleo, tribuerem) sed, sine nouatione, aut scripisse, aut scribere voluisse non abs re affirmabimus: propterea quòd ut si mandatum accesserit, nunquam per procuratorem suum dominus aut liberat, aut liberatur acceptilatione: sed nouatione, quam acceptilatio in continenti vel ex postfacto sequitur: eam quæ procuratori aut à procuratore fit acceptilationem nisi præcesserit nouatio, nihil actum erit: non censetur, inquam, aut liberatus esse aut liberasse dominus: quippe qui per alium (etiam eum, quem in potestate habeat) lege agere non possit. Vice versa ex contractibus filii fam. aut serui cum statim obligatio patri familiæ adquiratur, ita ut

a l. & per  
instituti.  
§. tutor. in  
fi. D. de ac-  
ceptil.

b l. procu-  
rator toto  
rum. d. de  
procu. l.  
procu. l.  
re. C. eo. l.  
4. C. de no-  
uat. Paulus  
li. 5. sent. ti.  
§.  
ed. §. tutor  
in prin.  
d. hoc iu-  
re. D. de  
solu. l.  
e. l. 4. non  
abstulit. C.  
de nouat.

f l. 2. de so-  
lutionib.

nullam omnino seruus, nullam suo nomine filius familiæ ad actionem nisi ex certis causis exerceat: idè rectè (ut opinor) suam actionem pater acceptam facere potest, cum lege agat suo nomine. contra verò pater filii, cuius filius aut seruus obligatus est, si acceptum rogauerit, nihil agit: ut enim acceptilatione tollatur obligatio à filio fam. aut seruo contracta: non patrem factam non ipse obligatus sit (cuius videlicet conditio deterior fieri non potuit per eum, quem in potestate habet) sed filium aut seruum acceptum rogare, atque ita accepto liberari oportet: qua ratione (ut est ab Vlpiano proditum) tollentur etiam honorariæ obligationes de peculio, de in rem verso, atque alia si quæ sunt aduersus patrem aut dominum: quia hoc iure utimur ut sit iurigentium acceptilatio, idque iuriconsultus scribit: hoc sentiens (opinor) ut quamuis acceptilatio non sit vera & naturalis sed ciuilib, id est fictitia quædam & (ut ait Iustinianus) imaginaria solutio: ad exemplum veræ solutionis (quæ re ac numeratione fit) adeoque iure ciuili & auctoritate prudentum introducta verborum conceptio & formula: nihilominus tamen omnes obligationes quas æquitate naturali & iure gentium nixas prætor tueretur edicto & actionibus datis approbat, perinde tollantur per acceptilationem, quasi naturalis numeratio insequuta esset: quo solo genere propriè soluitur ex iure gentium quæuis obligatio: sed tamen hoc iure utimur, ut acceptilatione quoque hoc est ciuili solutione, tanquam ea sit iurigentium, omnes tam honorariæ (quibus pater ac dominus tenentur) quam ciuiles filii fam. aut naturales serui obligationes dissoluantur. Ergo cum serui quod ad ius ciuile attinet pro nullis habeantur, nulla quidem obligatio (ciuilib videlicet atque ad experiendum efficax) in personam seruilem cadit, sed ex contractibus naturaliter tantummodò vel obligant vel obligantur, ut alibi fusiùs explicauimus: Vetuntamen quemadmodum quod seruis debetur naturaliter, rectè soluitur itidem naturaliter (facta videlicet numeratione, siue seruis adhuc, siue ià manu missis (ita ut sequatur liberatio): sic ipse rectè acceptum ferunt quod ipsis debetur, & hac ciuili ratione ab ipsis naturaliter, ab ipsorum dominis ciuiliber liberatur debitor: sed hoc ita, si domini iussus in acceptilatione interuenerit, sine quo nemo eorum qui in potestate sunt, per se suoque arbitrio priorem obligationem nouare iure potest (auctore Celsio) ac multo minus tollere: nisi liberam administrationem habeant: tunc enim cum uti res alienare, sic obligationes nouare possint, acceptum quoque ipsos ferre posse non immeritò quispiam defenderit, in eum videlicet casum in quem & de non petèdo paciscuntur utiliter, si nõ donandi animo id faciant, aut si filius fam. suo nomine aliquam ut puta iniuriarum actionem habeat, ut Caiustradit. Ipsi quoque serui qui naturaliter debent acceptum rogando à creditore proinde atque naturali solutione facta liberantur obligatione naturali, dominumque in cuius potestate sunt, eadem via statim actionibus prætoris quibus ex illa causa tenebatur, liberant: atque hoc ipsum Paulus his verbis tradidit,

iurisc. l. vlt. in prin. D. de nouat. p. l. si liberam. C. quod cum eo. q. l. contra. §. si filius. & §. vlt. & l. in personam. D. de pact. l. species. §. sed & si seruo. D. de acceptilat.

a l. filius fa.  
D. de pro-  
curat. l. fi-  
lius. D. de  
obl. & act.  
d. l. filius-  
fam. D. de  
solu. l. ser-  
uus ueracè  
62. D. de  
ver. obl. l.  
in personam  
D. de pact.  
b l. m. hor.  
133. D. de  
reg. iur. ubi  
vide quæ  
scripsimus  
c l. an inu-  
tilis. §. fil.  
fa. D. de  
accept.  
d l. pen. D.  
de solut.  
e §. j. instit.  
quib. mo.  
toll. oblig.  
f arg. l. si  
ex pluri-  
bus. D. de  
accepti.  
g l. species.  
§. sed & si  
seruo. D.  
de accept.  
h l. quod at-  
tinet 32. D.  
de reg. iur.  
i l. serui  
ex delictis  
de obl. §.  
præterea.  
verf. sed  
seruus inst.  
de inutil.  
stipul.  
k ad l. in  
personam.  
12. D. de  
reg. iur.  
l. si quis  
seruo. l. si  
seruus pe-  
culiari. D.  
de sol. d. l.  
serui. de  
obl. & act.  
l. huius e-  
nim. D. de  
iur. iur.  
m d. l. pen.  
n l. non id-  
eo. Vide  
noua.  
o l. huius e-  
nim. D. de

Sed et si seruo quod ipse mihi promisit acceptum fecero, inutiles mihi erunt aduersus dominum honorariae actiones, quae de peculio, vel in rem verso dantur. Itaque ut vni ex duobus stipulandi reis recte soluitur, vnus in iudicio petens totam rem in litem deducit, itemque vnus

acceptilatione perimitur vtriusque obligatio, & liberatio contingit in solidum, quamuis non alienam, sed suam obligationem qui rogauit, in acceptilationem deduxerit: quoniam velut soluisse videatur is qui acceptilatione solutus est: sic quoque filiusfamilias aut seruus vtiliter quod ipse promisit acceptum rogat: suo enim, non patrisfamilias aut domini nomine lege agit: quanquam hac quoque ratione per consequentias, non tamen principaliter liberationem seruus acquirat domino: vt hereditatem, cum eam ipse qui heres institutus est adit iussu quidem domini, sed tamen suo nomine. Vtrum igitur quod dominus debet non seruus, ipsi seruo acceptum ferri potest, vt dominus liberetor?

Est quidem species acquirendi, liberare dominum obligatione: sed tamen idem non dicemus hunc legitimum actum domini liberandi gratia, ipsius nomine a seruo qui non sit obligatus expediri posse: non magis quam serui aut filijfamilias debitoris nomine, a patre domino-

ve qui non sit obligatus. Disertè autem Vlpianus ait patrem acceptum rogando nihil agere, cum non ipse obligatus sit sed filius: deinde adiicit, Idem erit & in seruo dicendum. Rectè autem Vlpianus, Cum non ipse (inquit) obligatus sit. Nam secus dicendum videretur, si iussu patris vel domini filiusfa. aut seruus promiserit: cum enim quasi accep-

sio & fideiussoris loco sit is qui iubet: hoc autem iure vtamur, vt rectè fideiussor acceptum roget, ac licet reus non sit verbis obligatus, tamen si fideiussori accepto fuerit latum, per fideiussorem reus acceptilatione liberetur, ex eo efficitur vt in ea specie patri, (cuius iussu filius promisit, rectè acceptum ferri posse credatur, quia ipse pater ad eum sit obligatus, vt illa eius obligatio nouari, eiusque nomine fideiussor accipi possit, vt Paulus docet: meritòque Vlpianus ex iussu domini in solidum aduersus eum iudicium dari scribit, quia quodammodo cum eo contrahatur qui iubet.

Cæterum filij vel serui obligationem in ea specie per consequentias sublatam intelligimus, si paterfa. ex iussu obligatus, non quod ij quos in potestate habet, sed quod ipse debet acceptum rogauerit: & hoc est quod ex Iuliano Vlpianus refert, si filiusfa. debitor fuerit, & exercit. patri eius fuerit liberatio relicta, patrem pacto liberandum esse, ne etiam filius liberetur, scilicet si pater acceptilatione liberetur ab herede: ex quo apparet acceptum ferri posse patri, qui sit quod iussu obligatus, vel qui obligationem filij nouauerit. Alioqui nec filijfamilias aut serui obligationem paterfamilias, nec huius illi obligationem accepto rogare, nisi nouatio intercesserit, sed neque quod paterfa. debetur, ij quos in potestate habet, nisi nouata prius actione, accepto ferre vtiliter (meo quidem iudicio) queunt. Itaque cum ab eodem Vlpiano traditur seruum communem sicut vni ex dominis stipulari, sic & acceptum rogare posse, eumque in solidum liberare, etiam ab altero ex domi-

a l. si rem. s. si duo D. de nou. l. & per ius iurandū in fi. D. de accept. b l. si ex pluribus in prin. D. de accept. c l. species in prin. D. de accept. d l. an inu. s. filij fa. ver. pater. D. de acceptil. e l. si seruu s. an filiusfam. D. de verb. obli. f l. & per ius iurandū s. si fideiussor. l. si ex pluribus in fi. D. de acceptil. g d. l. si seruus. s. vi. D. de ver. ob. h l. j. in prin. D. quod iussu. facit l. pe. & vl. C. de insti. & exercit. a. l. si mator. l. vl. C. quod eum eo. i l. si quis rei s. idem Iulianus. D. de liberat. legata. k d. l. an in utilia s. feruus. D. de acceptil.

dominis: postrema verba hæc, Etiam ab altero ex dominis, satis arguunt sic accipi superiora etiam debere, Nisi nouatio intercesserit: quandoquidem nec iussu domini seruum sine nouatione accepto facere posse (auctore Caio) antè ostendimus. Eadem ratione quod alij iuriconsulti docent. Fructuarium seruum si acceptum roget, liberare fructuarium posse: idemque dicendum & in eo qui bona fide nobis seruit, & in cæteris qui nostro iuri subiecti sunt: sic explico, vt liberatio contingat ita demum, si vel ab initio principalis fuerit ipsius serui obligatio, vel certè nouata fuerit a seruo domini: fructuarij, vel bonæ fidei possessoris obligatio, eamque seruus deinde statim accepto rogauerit: nam alioqui quod paterfam. debet, & cuius nomine seruus aut filiusfam. obligatus non sit, hoc ipsis qui in potestate sunt acceptum ferri vtiliter non posse censeo. Ergo & in hac specie si seruus qui a fructuario debetur se ipse accepto rogauerit a creditore fructuarij (quod potest, eum etiam seruus communis se stipulari domino possit, atque ita non se quidem, sed de se obligationem acquirere) de se quoque liberationem acceptilatione huiusmodi acquireret fructuario: sed hoc tamè ita, si seruus ipse principaliter de se fuit obligatus, eius verò nomine fructuarius duntaxat per consequentias, vt puta de peculio & quod iussu: vel certè si principalem de seruo fructuarij obligationem seruus ipse prius nouauerit, seque illius loco reum debendi constituerit, & sic a creditore acceptum rogauerit: de qua specie facti Pauli egisse alicubi, & verba eius alterutro modo, id est, aliter ac nostri faciant, exponi oportere arbitror. Eadem ratione si seruus hereditarius ante aditam hereditatem quod defunctus promiserit, aut si seruus domini debitoris capti ab hostibus necdum reuerfi acceptum roget, priore quidem casu contingere liberationem: vt per hoc hereditas ipsa liberetur: posteriore autem, acceptilationem iure postliminij reuerso domino confirmari Paulus ait: at hoc (nisi fallor) procedere ita demum potest, si seruus nouata obligatione debitor effectus, eodem momento (vt nouatio pars quædam acceptilationis esse videatur) acceptum rogauerit, iuxta id quod antè diximus. Ergo vinculum quidem potestatis effici, vt seruus (qui alioquin eorum quæ sunt iuris ciuilibus est incapax) è persona domini æstimetur: Et idem quemadmodum circa vltimas voluntates (quoniam testamenti factio cum seruis ex persona dominorum introducta est) regulam iuris ciuilibus esse Pomponius tradit, quæ efficit vt quibus ipsis legare possumus, eorum quoque seruis legare possumus (Quamquam legata & institutiones ad eum iuris ciuilibus, vt aut Græco sermone aut alis quàm directis, imperatiuis & ciuilibus verbis, aut alis quàm ciuibus Romanis olim auctore Vlpiano & Constantio imperatore relinqui non potuerint) sic quoque in stipulationibus atque ad eum in acceptilationibus (quæ sine dubio sunt iuris ciuilibus) receptum est tamen vt proinde atque si iurisperitorum essent, earum serui (vt ita loquar) factio nem, sed ex persona dominorum habeant. Alioquin quod seruus qui est sine domino (vt puta olim quidem & à proprietatis domino sine fructuarij consentu manumissus, hodie verò tan-

a d. l. species in prin. D. de acceptil. sed fecuti. D. de usufr. b l. 2. D. de stipul. seru. c l. si debitor. D. de sol. d d. l. species. s. si seruus. D. de acceptil. e l. non minus. D. de here. insti. f l. si mihi. 12. s. regulæ D. de le. j. g in frag. insti. de fideic. in s. Latini. & s. item Græcè. l. directas. C. de testa. man. h l. quoniam indigni. C. de test. uny. & l. in legatis. C. de lega. i insti. de stipul. seru. in prin.

a l. quod  
seruus de  
stipu. seru.  
iuncto §.  
seruus. tit.  
j. apud vi.  
pianum in  
frag.  
b l. seruus  
heredita-  
rius. D. de  
her. instit.  
c l. eius ser-  
uum 64.  
in fi. de  
her. inst.  
d l. debi-  
tor. §. ser-  
uo. D. de  
leg. 2.  
e l. legati  
nulli. D. de  
adim. lega.  
f l. etia ca  
17. in fi. D.  
de leg. 3.  
g l. quod  
dicitur. in  
fi. D. de  
verb. obli.  
h §. siue au-  
te instit. de  
stip. seruo.  
i. siue mihi  
D. eod. tit.  
i l. quoties  
in stipula-  
tionibus.  
D. de ver-  
oblig.  
k l. proin-  
de. §. vi. l. si  
comunis  
seruus. D.  
de stip. ser.  
l. l. quodcu-  
que. 45. in  
fi. D. de  
ver. obli.  
m l. qui li-  
bertinus. §.  
j. D. de o-  
peris liber-  
to.  
n l. seruus  
patroni D.  
de oper. li-  
ber. l. si ser-  
uus meus.  
antepe. D.  
de stipul.  
seruo.  
o d. l. quod  
dicitur.  
p l. si vnus.  
§. pactus  
ne peteret.  
D. de pact.  
de verb. oblig.

tum pro derelicto habitus à domino nec dum ab alio apprehensus) stipulatur, id nullius est momenti, quemadmodum Iuolenus scribit: nō tamē quod hereditariū, quia vicē defuncti sustinet hereditas: & idēd seruus hereditarius heres institui potest, si modō testamenti factio fuit cum defuncto, licet cum herede instituto non sit<sup>b</sup>: nec mouet, quod interim re vera nullius sit<sup>c</sup>, nam ex defuncti persona iure civili aestimatur. Rursum circa vltimas voluntates (auctoribus Papiniano & Paulod) dicitur, et si maximē testamenti factio cum seruis alienis ex persona dominorum est, ea tamen seruis relinquuntur ita valere, si liberis relicta valere possent: itaque viam seruo ad fundum domini frustra legari: eidem ē contrario rem domini, vel id quod domino purē debetur rectē legari, quamuis ipsi domino vtiliter legari non possent: quoniam domini persona ad hoc tantum inspicitur, vt sit cum eo testamenti factio. Ceterum ex serui persona consistere legatum: ideōq; in eadem persona non item in domini, ademptionem consistere Ruffinus scribit<sup>e</sup>: seruitutem præterea seruo prædium habenti rectē legari respondit Mærianus<sup>f</sup>, quia si liber esset ipsi quoq; rectē legaretur. Idem ferē in stipulatione statuo: contra quam interpretes vulgo faciunt: necputo seruum aut filium rectē sibi stipulari viam ad fundum domini vel patris, sed tantum modō patri dominove<sup>g</sup>, vel (quod perinde est) impersonaliter (vt ait iuriconsultus<sup>h</sup>) hoc est in rem & simpliciter & sine personæ vel suæ vel patrisfamilias adiectione: quo casu (vt magis res valeat quam pereat) stipulationem, velut in persona patrisfamilias conceptam interpretamur<sup>k</sup>. Nam sane filius patri dari stipulari videtur, et si hoc non adiciat<sup>l</sup>: quod & in seruo etiam obtinet: sic operas libertus nihil<sup>m</sup> interest vtrum ipsi promittat patrono, an eis qui in potestate eius sunt: seruus tamen patroni à liberto malē ita stipulatur, Operas mihi dare spondes: itaque patrono dari stipulandum est ab iis qui in potestate sunt, vel sine adiectione personæ, vt Pomponius monet<sup>n</sup>. Sibi autem filium aut seruum si fundum in peculio habeant, seruitutem rectē stipulari, quæ in factio consistit, existimo: sed & quod facti est, patrem aut dominum non rectē stipulari iis quos in potestate habent<sup>o</sup>, sed sibi. Sanē licet paterfamilias non rectē stipuletur id quod facti est iis quos in potestate habet, attamen filiusfamilias aut seruus rectē id quoque quod facti est patrifamilias stipulantur: quia stipulatio iuris est<sup>p</sup>: & per eos obligatio aliudque ius quodlibet patrifamilias acquiritur, & pro eo habetur ac si ipse sibi paterfamilias esset stipulatus<sup>q</sup>. Stipulationem, quæ verba iuris continet, in persona serui conceptam, vt sit vtilis, ad naturale factum referimus: ad ius autem, si seruus domino stipulatus fuerit<sup>r</sup>: at acceptilatio plurimum facti habet, ideōque ex ea liberationem patrifamilias acquiri, si filius aut seruus acceptum rogat, non videtur quasi factum hoc in serui aut filij persona consistat, nec ad dominum patremque pertinere. Igitur ita definitio, ex persona quidem domini acceptilationem in seruo valere sed ita si eo libero factio valere possent. Nemo autem dubitabit irritam fore (nisi nouatio præcesserit) acceptilationem, in quâ d. l. quodcumque. in prin. D. de verb. oblig. r l. stipulatio ista. §. hi qui. §. hæc quoq; D. de verb. oblig.

alie-

aliena obligatio deducatur, ob id quod alieno nomine lege agi non possit. Quamobrem id quoque pro constanti tenendum erit, frustra seruum accepto rogare, quod dominus non ex serui persona, sed quoniam ipse dominus contraxerit, debet: frustra seruum accepto facere, licet iussu domini, quod domino debetur. Idem in filiofamilias: hi tamē veterem obligationem, quæ inter patrem dominumve atq; extraneum contracta sit, si nouauerint, rectē atque vtiliter acceptilationem (suo scilicet nomine) peracturi sunt. Ita fit vt quemadmodum hereditatem adire ac cernere (quod facti est, & quidem legitimi & ciuilibus) per alium (licet eum in potestate habeamus) nequaquam possumus: pro herede gerere (quod iuris est atque animi) per alium etiam extraneum queamus: si ipsum aliquid vel rebus hereditariis forsitan attingere, aut aliud quidpiam nostro vel heredis nomine agere iusserimus: quamuis qui adit hereditatem, non possit non hoc ipso videri pro herede gerere: sic quoque, licet per alium quem in potestate habemus rectē stipulemur, & per stipulationem fiat acceptilatio: nihilo magis tamen per eum accepto rogare ac liberari possumus: quoniam hoc facti est: facta verò sunt personalia, & adeo quidem personæ cohærent quæ facti sunt, vt ad dominum patremve non transeant<sup>a</sup>. Exempli gratia, Si seruus stipuletur vt sibi ire agere liceat, factum atque adeo persona stipulantis omni modo hac stipulatione continetur: ideōque ipse tantum prohiberi non debet, non etiam dominus eius, idque à Iustiniano<sup>b</sup> traditur: Si seruus aut filiusfamilias stipulatus sit, Rem illam aut illam vtrum ego velim, non pater fam, sed filius seruique destinare de alterutra debet<sup>c</sup>: hæc enim electio (vt Paulus<sup>d</sup> ait) personalis est, & idēd seruo vel filio talis electio cohæret. Itēque qui seruo dare iussus est, domino dando non aliter implese conditionem intelligendus est (auctore Papiniano<sup>e</sup>) quam si ex voluntate serui dederit. Et hæc quidem de stipulationibus aut conditionibus factum continentibus, quæ dixi vera sunt.

Sed ad superiora quod attinet, serupuli duo malē me habent, quos si quis exemerit penitus, nā ille magno me beneficio sibi deuinxerit. Vnus, quod non satis video cur acceptilatio sit actus legitimus non item stipulatio, cum vtraque sit iuris ciuilibus, & verbis consistat, & inter præsententes fiat solemniter, hæc quidem ad contrahendam, illa verò ad tollendam verborum obligationem: nec aliter quam vt stipulatio, per interrogationem ac repositionem<sup>f</sup>, aut (vt ait Modestinus<sup>g</sup>, de illa forsitan sentiens, quæ interposita stipulatione Aquiliana sit, vt plerunque solet) per mutuam interrogationem, atque adeo per mutuam quandam stipulationem fiat acceptilatio: nec verò magis facti esse videatur acceptilatio, quod liberet ac soluat, quam stipulatio, quod obliget atque astringat: nisi quod in acceptilatione (præter ipsa verba quibus etiam stipulatio contrahitur) fictione iuris, factum præterea, id est, numeratio atque præstatio rei, vel pecuniæ promissæ interuenisse creditur: idque apparet ex his verbis, Acceptum habes? Acceptum fero, aut habeo: vt ab vno quidem quod debetur acceptum & velut

a l. qui hæc  
redi. in pr.  
D. de cod.  
& dem. no-  
tat Cuiaci<sup>9</sup>  
ad l. 38. hi  
qui sunt. &  
l. 39. D. de  
verb. obli.  
b §. Sed cũ  
facti insti-  
de stip. ser-  
c l. vlti. in  
prin. D. de  
verb. obli.  
d l. stipula-  
tus fuerim  
D. de ver-  
oblig.  
e l. Stichus  
aut Pam-  
philum §.  
vlti. fru-  
D. de solu.

f l. sanè D.  
acceptilat:  
g l. j. D. co-  
tit.

apprehensum, ab altero autem qui rogat tanquam manu traditum prius fuisse videatur. Adde quod non abique ratione tentari potest in acceptilatione facienda solemnitate olim aliquam extrinsecus adhibitam fuisse: cum enim eodem ferè genere quidque dissolui quo contractum est soleat, per acceptilationem verò iurisconsultus<sup>a</sup> à nexu abolitionem & liberationem contingere tradat: non temere est (nisi fallor) quod nexum quoque in acceptilatione peragenda interuenisse credimus: atque aded æris & libræ symbola & solemnia: quæ ut in emancipatione, sic etiam in nexu adhibebantur antiquitus. Etenim apud Festum lib. 12. Aelius Gallus in eorum genere quæ neci dicerentur hæc posuit, testamenti factionem, nexi dationem & nexi liberationem, vel (ut legendum ipse arbitror) nexu dationem, & nexu liberationem: quod postremum ad acceptilationem spectare credo: apud Varronem lib. 6. de ling. Lat. etiam Mutius Scæuola, quæ per æs & libram fierent ut obligarentur, præterquam quæ mancipio darentur, hæc nexu nomine significari rectè censebat. Ab his igitur solemnibus acceptilatio solemnis & legitimi actus nomen sortita est: quæ cum in stipulatione non adhiberentur, idèd non fuit actuum legitimorum numero adscripta. Et tamen habuisse videtur aliquod symbolum stipulatio, per quod obligationem contractam esse demonstraretur: id quale fuerit, nondum qui (quam indicauit: Ego existimo nullum aliud fuisse, quàm dextrarum fidei testium (ut ait in Philipp. Cicero) porrectionem, promissionem, atque iunctionem mutuam: quare Plinius lib. 11. natur. hist. cap. 45. Inest & aliis partibus (inquit) quædam religio, sicut dextra osculis auersa appetitur, in fide porrigitur: inde in stipulatione frequens illud verbum, Promittis, Promitto: & alia solemnia stipulationis verba veteres grammatici, promissiva nominant: Nam, ut alia pleraque in libris nostris, aliisque auctoribus *ἰλλεμνημωσ* scripta legimus, sic promittere cum dicimus, manum promittere, manumque porrecta fidem obligare, quasque præsentis pignore formare, atque assensum præstare intelligimus, ut apud Lucanum, lib. 1. Pharf.

<sup>b</sup> Philipp. 11. dextræ, si dei testes, perfidia sunt & iere violata.

*-his cuncta simul assensere cohortes,  
Elatasque alie quacunque ad bella vocaret  
Promisere manus:-*

Sed nudum symbolum legitimum ac solemnem actum non constituit: quin etiam actus quidam legitimi symbolum non habent, ut tutela datio, ut optio: in acceptilatione præter symbolum ciuilem quidam actus, traditio videlicet, atque acceptio imaginaria interueniebat, quæ solutionis naturalis loco esset. Itaque ut quod seruo aut filio debetur, domino aut patri rectè propter adquisitam obligationem soluere debitor: sic rectè ab ipsis acceptum rogare potest: contra, quod domino vel patri debetur, seruus aut filiusfamil. nec solutum accipere, nec acceptum ferrem aut habere possunt: non enim à domino aut patre quaritur iis quos habent in potestate obligatio. Sanè ita factum continet acceptilatio, ut tamen iuris non nihil habeat: & idèd interdum is cui

solui

solui potest (nisi & in eius persona obligatio, quæ iuris est, cõstiterit) acceptum facere non poterit: ut cum sibi aut patri stipulatur filius quod patri acquiri non potest, pater, cuius persona pro adiecta habetur, acceptum facere non possit, licet eis rectè soluatur: si pater sibi aut filio stipulatus fuerit, filius frustra acceptum ferat, cuius persona non obligationis sed solutionis gratia (Papiniano<sup>b</sup> auctore) adiecta sit. Alter est hic maior profectò scrupulus, de seruo qui acceptum roget quod dominus fructuarius, usufructuarius, bonæ fidei possessor debent: nos enim illis ita demum contingere liberationem diximus, si seruus ipse vel principaliter fuerit obligatus, illi per consequentias tantum modò: vel si antequam accepto liberetur, eorum obligationem nouauerit, ne alioqui videatur alieno nomine lege agere: quod forsitan aliter se habet. Nam etsi nonnunquam ex peculiari causa seruum nouare posse obligationem suam ostendimus, attamen alienam nullo modo potest. Itaque Iustinianus<sup>c</sup> ex Caio<sup>d</sup> disertè ait, Si quod tibi Scius debebat à seruo stipulatus fueris nouandi animo (ex causa scilicet, ex qua in peculiari actio non daretur) cum seruus, qui iustam intercedendi causam non habet, quasi fideiussor interuenit, tunc Scium, qui prior est debitor, perinde obligatum maneret, ac si postea nullus stipulatus fuisset: nec inhiendam esse te quominus à Scio petas, verum est, & ab ipso Caio traditur. Iurisconsulti denique reliqui cum de acceptilatione dominicæ obligationis seruo facienda tractant, ne tenuissimam quidem nouationis mentionem iniiciunt. Nam (ut omittam ea quæ antè retulimus) Celsus quoque, Item si ignorans creditor (ait) procuratori suo solum seruo debitoris filiove acceptum fecerit, postea autem rescierit & ratum habuerit, confirmatur solutio, & quod acceptum latum sit nullius momenti est: & contra si ratum non habuerit, quod acceptum fecerit confirmatur. Rursum sine nouatione dici non potest, seruum accepto regere posse quod à domino debetur, tanquam ab extraneo: nec enim aliena, sed sua cuiusque obligatio utiliter accepto fertur debitori præsentis à præsentis creditore: cum alieno nomine lege agi non possit: quod si tanquam eadem persona sit serui & domini, propterea valere dicimus acceptilationem eiusmodi: cur non eadem ratione nouationem in serui tanquam in domini persona vel consistere, vel ad acceptilationem certè peragenda non improbari defendamus? aut cur absurdum cuiquam videatur, si cum de acceptilatione loquuntur iurisconsulti, nos præcessisse nouationem ponimus, ut rationi iuris ciuilibus omnia congruant, cum id auctoritate aut ex èplo & præcepto iurisconsultorum faciamus? qui, si scriptum fuerit in instrumento promississe aliquem, perinde haberi atq; si interrogatione præcedente responsum sit, & præsumi omnia solemniter acta, nos admonent? Nec verò ad exemplum stipulationis acceptilationem in seruo consistere quispiam iure censuerit, ut quoniam utiliter stipulatur domino seruus ad obligationem ei acquirendam, idèd ipsi etiam ad liberationem itidem acquirendam rectè sine nouatione acceptum roget. Omnino nanque diuersa (ut antè ostendi) stipulationis natura est atque acceptilationis, hæc est a-

<sup>a</sup> l. quod stipulatio D. de solu.

<sup>b</sup> l. Stichus aut Paphilum. §. quæ situm D. de solu.

<sup>c</sup> §. præterea. vers. nō idem, quibus mo. toll. obl. inst. d. l. in persona 31. §. ij. D. de pact.

<sup>e</sup> l. cum de cem 7. §. ult. D. de solu.

<sup>f</sup> l. sciendum. §. D. de fideiussor. l. optima. C. de corr. & ed. stipul. Paulus §. verborum. tit. 7. li. 5. sentent. Iustinianus in §. item verborum. §. scriptum. Inst. de inutil. stip. §. vl. Inst. de fideiussor.

Y



Aus legitimus, illa non item (licet quadam verborum solemnitate cōcipi soleat, vt Paulus <sup>a</sup> in libris receptorum sententiarum scribit) & id eod non percensetur à iurifconsulto inter actus legitimus: in hac factum præcipue versatur, hæc civile quasi factum quoddam est illa vero merum ius, etiam si factum in ipsam deductum fuerit, vt puta traditio non dominium: quo casu in stipulatione factum versari non nego: stipulationem ipsam ius esse assero, non acceptilationem: huic dies & conditio inutiliter adiecitur, illi non item: Nec enim vt quæ iuris, sic ea quæ naturalis aut civilis facti sunt (vt solutio & acceptilatio) suspendi vel infecta reddi possunt: licet ex tacita conditione postea subsecuta, hæc quoque pro factis vel infectis haberi non negem<sup>b</sup>. Quæ iuris sunt, ea & si in persona serui aut filii familiæ concepta sint, ad patrisfamil. personam transferuntur, non item ea quæ facti sunt: hæc enim personalia diximus: & inter cætera exemplum de electione siue optione attulimus.

Optio siue electio serui aliarumve rerum actus est legitimus, auctore Papiniano: itaq; optio est (vt apud Senecam<sup>d</sup> Fuscus ait) quæ legitime fit: testatione videlicet interposita (vt ex Labeonis quodam responso<sup>c</sup> colligimus) & imminente vt plurimum, si non semper, ipso prætorum: quam obrem in suprascripto loco Fuscus, Si prætor defuisset (inquit) nunquid optionem vocaret? A prætorum quidem certum tempus præfiniri, intra quod eligat legatarius optionis, quo elapso (si res integra non sit, & familiam heres disposuerit) actio legatorum non competit, Pomponius<sup>f</sup> docet: Idque non tantum ab herede, sed & ab hereditatis emptore rectè postulari, cogique legatarium à prætorum vt eligat, oportere, Paulus ex eodem Pomponio refert<sup>g</sup>. Itaque cum optio factum contineat vt hereditatis aditio: is cui vel optio, vel hereditas data est, optare debet licet in potestate sit (cuius enim personæ cohæret) sed ita vt, aditionis exemplo, de consensu patrisfamil. fiat optio. eaque perfecta legati emolumentum, vt hereditatis datæ post aditionem, patrisfamil. acquiratur: nam quæ de hereditate seruo relicta dicuntur, eadem & de optione ipsi legata tractari posse, Caius<sup>h</sup> nominatim scribit: itaque sic accipio quod Iulianus<sup>i</sup> apud Paulum ait, Nec à filiofamil. sine iussu patris optari posse: vt multo magis idem obtineat in seruo. Hic sine iussu inutiliter optabunt, quoniam nisi patrisfamil. voluntate ipsi non rectè soluitur, quod legatum est<sup>k</sup>: electio autem legati partem faciat. Cæterum etsi patrisfamil. contemplatione legatum optionis relictum sit filio vel seruo: hi scilicet optabunt, non item qui eos in potestate habet. Idemq; in electione statuendum esse arbitror, quam sibi filius aut seruus stipulati fuerint: non quidem actus vt sit legitimus hoc casu, sed tamen electio vt personalis sit: ac forsitan etiam vt cum ex stipulatu obligatio patrisfamil. per eos, quos habet in potestate statim acquiratur, cuius obligationis pars quædam est electio, hæc in iussu patrisfamil. ab ipsis facta non valeat: vice versa, si patrisfamil. optio legata sit, ipse per se, non per eos quos habet in potestate debet eligere: personalis enim est optio, & actus legitimus, qui per alium expediri non

a. ti. 7. li. 5. rece. sent.  
b. l. cū quis sibi. §. qui hominem. D. de solu. iuncta. l. si quis offerre. n. §. vl. l. cū decem. §. vl. eo. tit. c. l. actus legit. D. de reg. iur.  
c. 24. lib. 4. e. l. apud Aufidium. D. de opti. legat.  
d. l. mancipiorū. §. & ll. seqq. eo. tit. ad quas vide Cuiaciu in tra. ataru. §. ad Africanū.  
e. l. si optio. §. vl. tit. 13.  
f. l. si qui. 25. in prin. D. de libe. ra causa.  
g. l. Iulianus. 10. D. de l. j.  
h. l. si seruo legatus. §. si id quod. D. de l. j.  
i. l. si qui. 25. in prin. D. de libe. ra causa.  
j. l. Iulianus. 10. D. de l. j.  
k. l. si seruo legatus. §. si id quod. D. de l. j.

potest. Idem forsitan dicendum, si cui sub alternatione seruus, atque i- ta electio relicta sit per vindicationem, vtputa, si cui legatus sit Stichus aut Pamphilus: vindicationis etenim mutandæ ius eum non habere Celsus tradit: quod & in optionis legato verum est auctore Paulo<sup>b</sup>: cuius istud est, Serui electione legata semel duntaxat optare possimus. Ideoque vt optio, sic ista vnus ex duobus electio fieri per alium non poterit. Ergo & quo casu Stichum aut Pamphilum heres vtrum volet, Titio dare damnatus fuerit, non alius pro eo, sed ipse dicere debebit quem velit dare: si Stichum dederit, cum ignoraret sibi permissum vel Pamphilum dare: nihil repetere nec mutare sententiam suam poterit, cum semel dixerit, non magis quam legatarius optionis<sup>d</sup>.

Atque hæc quidem electione expressa, secus in tacita, vtputa homine generaliter legato, si videlicet heredi electio data sit, vt pote per damnationem: aut si, cum de certo sensit testator, non appareat de quo cogitauit: quibus casibus heredis, vt pote debitoris, est electio<sup>e</sup>. Nam legato per vindicationem generaliter homine, cum est electio legatarij (qui actione qua velit vti potest<sup>f</sup>) idem quod in optionis legato tenari posse existimo: vt, quoniam optare à iurifconsultis dicitur<sup>h</sup> is ad quem homine generaliter legato arbitrium eligendi pertinet legatarius<sup>i</sup>, hoc per alium siue procuratorem siue in potestate constitutum legatarius (cuius personæ cohæret electio) facere non possit, sed ipse destinare debeat. Igitur eo etiam casu quo seruo vel filio, optio, vel incertus homo per vindicationem legatus fuerit, ipsi de patrisfamil. consensu optare debebunt, non paterfamil. qui eos in potestate habet: nec obstat (si rectè intelligatur) quod his verbis à Pomponio<sup>k</sup> traditur, si Pamphilo seruo Lucij Titij seruus generaliter legatus sit, deinde dominus Pamphili postquam dies legati cessit eum manumiserit, siquidem Titius seruum vendicauerit, extinguitur Pamphili legatum, quia non est in hereditate qui possit optari. Quod enim ait vendicari seruum legatum à domino (serui legatarij, per seruum ipsum legatarium optari eiusque ministerio & interuentu legatum seruum Lucio Titio Pamphili legatarij domino vindicari atque acquiri omnino sciendum est: & optionem cæterisque actus legitimus in persona serui valeat: sed ita, vt emolumentum postea domino per ipsum acquiratur. Restitutio autem hereditatis, cum non sit actus legitimus vt est hereditatis aditio, sed factio tamen naturali constat, vt solutio quam eum venditione ac traditione, facti magis quam iuris esse Caius<sup>l</sup> tradit: ided sine consensu & opera fideicommissarij serui potest fieri domino, non autem seruo, ignorante vel inuito domino: etiam si seruo non ipsi domino hereditatem aliquis restituere rogatus sit, idque Martianus<sup>m</sup> scribit: Quod & in solutione obtinere nemo dubitat, nisi quando merum factum in solutione versatur: hoc enim casu personalis

a. l. si quis euf. D. de l. c. 2.  
b. l. serui s. in prin. D. de legat. j.  
c. l. huiusmodi. §. Stichum aut Pamphilum. D. de leg. j. l. statuliberum. §. vl. D. de leg. 2. l. si is cui. D. cod. tit. d. apud Aufidium. D. de option. cum leg. l. serui. D. de leg. j.  
d. l. seruo generaliter. D. option. leg. fl. cum incertus. l. huiusmodi. §. si cui homo. l. si quis à filio qui plures. l. legato. §. si de certo. l. si heres. D. de leg. j. Vlpiamus in §. optione. de legat. in frag. l. tit. l. heredes. §. si in certo. D. famil. ercisc.  
e. l. qui duos. l. legatario in prin. l. si seruus legatus. §. cum homo. D. de leg. j. l. si is cui. D. de leg. 2. l. 2. §. j. D. de option. l. e. vide Vlpiam in fr. Inst. tit. de leg. §. optione.  
f. l. si Pamphilo. iuncta l. 2. D.

Y 2

de optione leg. i arg. à contrario sensu. l. qui hominem & leg. sequ. D. de adimen. legat. vbi Accursius. k. l. si Pamphilo. 10. D. de option. legat. l. l. consilio. §. vl. D. curat. furio. & prodigo. vel al. ext. min. dand. m. l. seruo inuito. in prin. D. ad Trebel. facti. l. quanuis 40. §. vl. cum duabus seqq. cod. tit.



est: & idem si seruo alieno herede instituto dare quispiam heredi aut re. in prin. D. de cod. & demost. seruo Titij stipulatus sum (cum ea quae facti sunt, ad dominum, vt Iur. d. l. qui riscon. ait, non transeant) potest quis seruo soluere, quod domino nisi de voluntate serui non potest b: quod autem obligatus quispiam aut iustus est seruo soluere, id domino soluere & potest, & debet, vt statu- s. in prin. & l. seq. l. si liber serui heredis emptoris aliisque in eo dominium nacti domino: non item seruo, nisi de consensu domini: sine hoc igitur, nec seruo po- terit fideicommissario recte ac vtiliter hereditatem restituere d, cuius emolumentum atque onus ex Trebelliano senatusconsulto in fidei- commissarium transit e: ne alioqui per seruum inuitus dominus ari- lieno (quod & in hereditatis acquisitione, cui similis est restitutio f, per iniquum atque ad eum absurdum esset) obligetur. Restituenda profe- ctio hereditatis, vt fideicommissi cuiusque h, persecutio per seruum domino statim & inuito & ignorantia acquiritur, non autem ipsa here- ditas, quae semel acquisita repudiari non potest.

Porrò autem ipsa hereditatis restitutio non merum vt aditio facta continet, sed aliquantum etiam iuris habet, vt solutio: A solutione ta- men (quod quoniam alij non satis assequuntur, placet exponere hoc lo- co) non minimum distat hereditatis restitutio: nam & si vt vero pro- curatori vel etiam falso (si tamen dominus ratum habuerit) recte solui- tur: ita nihil interfit cui nostro nomine restituatur hereditas, paterfa- sit, an is qui in aliena potestate est, mulier an masculus: & idem seruo quoque voluntate nostra, vel si postea ratum habuerimus, restitui pos- sit: quia perinde est atque si nobis restituta esset hereditas i: quam ob- rem etiam absentis procuratorem Iulianus scripserit de fiderare posse- tit. sibi restitui hereditatem, cogique posse absentem quoque fideicommissi- sario heredem adire ac restituere per praetorem a procuratore aditum, vt Vlpianus m & Paulus n referunt: attamen solutio sub conditione fieri potest, vt si quis sub conditione pecuniam promisit, deditque eam ea conditione, vt si conditio exitisset in solutum eederet, quam speciem h l. Titia facti Pomponius o ex Aristone proposuit: hereditatis restitutionem sub conditione fieri non posse, inde colligo quod Matianus p herede rogatum de restituenda hereditate si deliberet interim fideicommissi- sario desiderante (qui velit hereditatem adiri suo periculo) adire qui- dem statim, non tamen restituere cogendum, nisi completo delibera- tionis tempore pronuntiauit, Nam si sub conditione potuisset restitui, cautum & heredi deliberanti foret: quamuis restituta sit tunc heredita- tus, vt adita. Et hac quidem in re, actibus legitimis comparatur here- ditatis restitutio: quamuis in eo sit dissimilis, quod per alium & a- lienum nomine possit expediri. Praeterea differt a solutione restitu- tio, quod si debitorem meum iussero tibi soluere, debitor soluendo tibi

a. l. qui he- re. in prin. D. de cod. & demost. b. d. l. qui riscon. ait, non transeant) potest quis seruo soluere, quod domino nisi de voluntate serui non potest b: quod autem obligatus quispiam aut iustus est seruo soluere, id domino soluere & potest, & debet, vt statu- s. in prin. & l. seq. l. si liber serui heredis emptoris aliisque in eo dominium nacti domino: non item seruo, nisi de consensu domini: sine hoc igitur, nec seruo po- terit fideicommissario recte ac vtiliter hereditatem restituere d, cuius emolumentum atque onus ex Trebelliano senatusconsulto in fidei- commissarium transit e: ne alioqui per seruum inuitus dominus ari- lieno (quod & in hereditatis acquisitione, cui similis est restitutio f, per iniquum atque ad eum absurdum esset) obligetur. Restituenda profe- ctio hereditatis, vt fideicommissi cuiusque h, persecutio per seruum domino statim & inuito & ignorantia acquiritur, non autem ipsa here- ditas, quae semel acquisita repudiari non potest.

Porrò autem ipsa hereditatis restitutio non merum vt aditio facta continet, sed aliquantum etiam iuris habet, vt solutio: A solutione ta- men (quod quoniam alij non satis assequuntur, placet exponere hoc lo- co) non minimum distat hereditatis restitutio: nam & si vt vero pro- curatori vel etiam falso (si tamen dominus ratum habuerit) recte solui- tur: ita nihil interfit cui nostro nomine restituatur hereditas, paterfa- sit, an is qui in aliena potestate est, mulier an masculus: & idem seruo quoque voluntate nostra, vel si postea ratum habuerimus, restitui pos- sit: quia perinde est atque si nobis restituta esset hereditas i: quam ob- rem etiam absentis procuratorem Iulianus scripserit de fiderare posse- tit. sibi restitui hereditatem, cogique posse absentem quoque fideicommissi- sario heredem adire ac restituere per praetorem a procuratore aditum, vt Vlpianus m & Paulus n referunt: attamen solutio sub conditione fieri potest, vt si quis sub conditione pecuniam promisit, deditque eam ea conditione, vt si conditio exitisset in solutum eederet, quam speciem h l. Titia facti Pomponius o ex Aristone proposuit: hereditatis restitutionem sub conditione fieri non posse, inde colligo quod Matianus p herede rogatum de restituenda hereditate si deliberet interim fideicommissi- sario desiderante (qui velit hereditatem adiri suo periculo) adire qui- dem statim, non tamen restituere cogendum, nisi completo delibera- tionis tempore pronuntiauit, Nam si sub conditione potuisset restitui, cautum & heredi deliberanti foret: quamuis restituta sit tunc heredita- tus, vt adita. Et hac quidem in re, actibus legitimis comparatur here- ditatis restitutio: quamuis in eo sit dissimilis, quod per alium & a- lienum nomine possit expediri. Praeterea differt a solutione restitu- tio, quod si debitorem meum iussero tibi soluere, debitor soluendo tibi

l. i. quia perinde 42. in prin. eod. m l. apud Iulianum s. vtrum autem eod. tit. n l. qui ita 66. s. etiam absentis. eod. o l. sub conditione 16. s. j. D. de solutio. & facit l. 2. D. de condi. & indeba- p. j. omnes qui 71. D. ad s. C. Trebell.

tibi liberatur, quasi mihi soluere videatur, qui mea voluntate alij sol- a l. si debi- uir: si debitor mulieris iussu eius in dotem delegatus pecuniam viro toré 21. iur. expromiserit dotis nomine, similiter constitutionem dotis esse vtilem & a. l. vero dicimus: & si mulieris nomine quis fundum in dotem dederit, dota- procurato ri. s. sed si lem fundum fore, propter uxorem enim videri eum fundum ad mari- quis mada uerit. l. si tum peruénisse d. At nihilominus si ex asse heres institutus rogatusque quis seruo s. v. l. solu- mulieri dodrantem hereditatis restituere, atque ad eum mulieris debitor, ta. vers. iussu eius quod debet doti promiserit marito, verendum esse Marcia- sed est ius su. l. eum ius- nus e ait, ne non sit obligatus: nam obligatus mulieris debitorem ita æ- su. 64. D. quum esse, si accipere id ipsum quod ei debetur vir possit: non posse de solut. b l. mor. autem, cum vir ipse non sit fideicommissarius, heres vero (qui in hoc tuo. in fi. D. de sta- solum mulieri tenebatur vt hereditatem restituendo actiones quas ha- tulib. c arg. l. de- bet quibus (que obstrictus est transferret) eas ad alium, quam cui debet- bitor mu- fideicommissum, transferre nequeat. Restituendum igitur hereditatis- lieris. in prin. i. u. & a Juriscon. admonet, quia & ad eam fideicommissum & onera eius per- l. promitté do in prin. & s. j. & l. tinent, delegatione propter nimiam subtilitatem & casus necessita- si is qui Sti- tatem minimè obtinente. Igitur in specie proposita cui solui potest, non- chum l. si sponsalib. tamen idem hereditatis restitutio fieri solutionis causa poterit: & sane in prin. & non est solutio hereditatis restitutio, sed successio, cum obligatur is cui- l. eū doté. fit restitutio, non cui soluitur, vt Paulus f ait: quamobrem & si quod l. si debito. pupillo debetur, omnimodò recte tutori soluitur: etiam ipso iure sine D. de iur. do. pupillo & ipsi etiam pupillo sine tutore: ope scilicet exceptionis, si d l. si nup- nummi salui sint, & factus locupletior ea solutione pupillus fuerit: at- tura. s. j. D. tamen nec pupillo sine tutoris auctoritate restitui, aut aliter adquiri po- de fundo. test hereditas: quamuis luerosa sit, nec vllum damnum habeat: sed nec dot. ipsi tutori sine pupillo indistinctè restitui potest k, id est, nisi pupillus e. l. si muli- infans fuerit, quemadmodum Marcianus l tradit. Haecenus de actibus s ex asse. D. de iur. legitimis à Papiniano enumeratis affatim loquuti sumus, nunc alios dot. ab ipso praetermissos exequamur: durandum enim, quia cepimus: & si f l. non e- ad s. C. Tr. viribus deficiamus, animo tamen perseverandum est. facit. d. l. seruo inui- to. in prin. eod. tit.

In actibus legitimis qui nec alieno nomine nec nisi pure sunt nominatim, esse ab alienationem: siue sit mancipatio, siue in iure cessio: Quid de cessione tutela dicendum: quid si quis ea se abdicarit. Emancipationem, Adoptio nem, Testamentum hodie q illo iure censeri. Cur Volente patre filius fa. do- net non etiam testetur. ad l. tam is qui. D. de mort. caus. donat. In actibus legitimis esse Aperturam siue resignationem tabularum, Repudiatio- nem hereditatis, Nuptias siue Connubium, atque Diuortium, in his certe idem ius quod in illis obseruari. Tentatur interim castigatio l. denique 6. D. de ritu nupt. exponitur l. 2. C. de nupt. Testationem, non item ob signa- tionem olim fuisse in nuptijs necessariam, indicato moris antiqui vestigio in l. filium, in fi. D. de iis qui sunt sui vel alie. iur. & l. si vicinis. C. de nup- Gestis olim solutum inseri diuortium. Praeter Iuuenalis ac Suetonij locos

g. l. quod si forte. s. ut quidā. D. de solu. l. si seruus. in fi. l. soluta. vers. Tutori. e. o. ti. h. l. pupillo solui. r. i. u. & a l. in pu- pillo. s. j. D. eod. tit. i. l. obliga- ti. s. pupil- lus. her. D. de au. tu- tor. l. resti- tuta. in fi. D. ad Tre- bell. k l. sed nec ipsi. D. ad Trebell. l. seruo inuito. s. si pupil. eod. tit.

Illustratur l. diuus. D. de diuort. & ibi Mittere quid significet, naturalēque vim verborum plerisq; locis augeri demonstratur: In diuortio dirumpi solitas olim nuptiales tabulas. Testes etiam, imo verò arbitros olim adhibitos. Emendatus obiter Seneca locus. De diuortio cautum lege Iulia de adulterijs, & lege Iulia de maritandis ordinibus: ac pleraque alia minime vulgaria.

CAP. XXIII.

VT Mancipatio, quæ specialis est alienatio rerum Mancipi, & per nexus solemnitate certis verbis fit, libripende, & quinq; testibus presentibus, & inter ciues Romanos locum habet & Latinos (autore Vlpiano) eoque peregrinos quibus commercium datum est: ita in iure cessio, quæ per tres personas (eodem Vlpiano teste) fit, cedentem dominum, vendicantem eum cui creditur, atque addicentem prætorem, actus est (nisi fallor) legitimus. Et hoc est quod ex Caisio Cundo commentario Boëtius. Apud magistratum (inquit) pop. Romani, vt apud prætorem (sic enim lego) vel præsidem is cui iniure ceditur rem tenens ita vindicat, hunc ego hominem ex iure Quiritium meum esse aio: deinde postquam hic vindicauerit: prætor interrogat eum qui cedit, an contra vindicet: quo negante aut tacente, tunc ei qui vindicauerit, eam rem addicit: idq; legis actio vocabatur. Hactenus Boëtius, illum Ciceronis locum exponens, in quo de ciuili & legitima (quæ apud Romanos ferè tantum obtineat) ab alienatione loquitur hoc modo: Ab alienatio est eius rei quæ Mancipi est aut traditio alteri nexu, aut iniure cessio inter quos ea iure ciuili fieri possunt. Ab alienatio igitur, cuius illæ duæ sunt species, actus est legitimus: itaque conditio diæve nõ adiiicitur ab alienationi, hoc est vel Mancipationi vel cessione: neutra per procuratorem, aliumve qui in potestate sit, fieri vtiliter potest. Ergo ea quæ per Mancipationem expediuntur, per alium siue procuratorem, siue in potestate constitutum seruum filiumve: aut ab eo qui absit peragi non possunt, vt nec emancipatio siue manumissio filii familiars, neque adoptio, quibus conditio diæve frustra etiam adiiicitur: & adeò quidem, vt hac adiectione illi actus (qui sunt legitimi) omnino vitentur: qua de re ad Papinianum diximus. Quod autem de iniure cessione, & actum esse legitimum & purè fieri debere, perq; alium non posse, nunc iam docuimus: id non modò in ea locum habuit, per quam ab alienatio dominiqu; translatio fiebat: sed & in ea cessione, per quã legitimus mulieris tutor (nam in perpetua tutela olim erant fœminæ) nolle se tutorem esse, in iure (id est apud magistratum) profitebatur, tutelamque alteri cedebat, qui cessicus tutor nuncupabatur: vt noster Vlpianus in fragmentis Institutionum tit. de tutelis docet. Olim igitur nec per alium aut alieno nomine, nec sub conditione ex tempore vel ad tempus cedi à legitimo tutore tutela potuit: sed neque testamentarium tutorem (qui abdicare se tutela potuit, in iure cedere autem, si qua ipsi Vlpiano fides est, non potuit) abdicare se tutela, nisi per se ac purè

a in frag. Insti. tit. 19. de domin. & adquisit. rer. vide Caius in insti. tit. 6. & Boëtius in cōmētario ad Cicer. Topica. b in frag. insti. tit. de domin. & adquisit. re. c ad Cie. Topic. li. 3. vbi de abalienatione.

d l. actu legit. tit. D. reg. iur.

potuisse, crediderim. Ceterum de emancipatione atque adoptione, an hodie ceteri eodem iure quo antiquitus debeant, idè forsitán dubitarit aliquis: quoniam vetera venditionis imaginariæ (atque adè Mancipationis ipsius & manumissionis, & circumductionum) solemnia, & verò etiam rhapsimatam siue alaparum symbola, Iustiniani constitutione penitus sublata sunt. Veruntamen cum vel ex lege Anastasiana per Principis rescriptum iudici apud acta intimatum, vel sine rescripto ex constitutione Iustiniani apud competentem iudicem fiat emancipatio: per quam liberi & parentum manu dimituntur, ita vt legitima huiusmodi manumissionis & quasi patronatus, non (quod quidam existimant) agnationis iura parentes (& si non specialiter sibi exceperint) omnimodò habeant: atque adè non tam sublata omnis actus solemnitas, quàm immutata: & (vt idem Iustinianus ait) in melius reformata esse, fictione pristina explosa videatur, & cum emancipatio ipsa hodie quoque non modò consensu fiat, sed aditione vel principis & magistratus vel solius iudicis competentis, quæ veterum solemnium locum obtinet: idè emancipationem hodièque actum esse legitimum, & neque diem aut conditionem recipere, nec alieno nomine expediri posse arbitror. Quamuis, vt absens vxorem antea ducere ac repudiari, vt absens & absenti (auctore Caio) tutor dari à magistratu: sic ex Anastasiana constitutione absens emancipari hodie possit.

Quæ de emancipatione dixi, ea & in adoptione locum sibi vendicant: nam & si ius vetus adoptionis, sed & figuram & solemnia Iustinianus mutauerit, non omnino tamen sustulit, qui adoptionem apud acta iudicis fieri constituit. Ergo nec olim potuit, nec hodiè poterit quisquam aut sub conditione, ad tempus, ex tempore, aut absens per alium (quem in potestate habeat vel non) adoptare sibi aliquem in filium familiars aut nepotem: ac multo minùs in fratrem: cum naturam imitetur adoptio, & in his personis locum habeat, in quibus etiam natura potest: moribus verò nostris non conueniat filium temporalem habere, aut sibi fratrem, aut alteri filium procreare. Verum enimverò quòd emancipationem & ea in quibus peragendis ipsam adhibere mos fuit, actuum legitimorum numero adscripsimus: Ex eo sequitur, vt quemadmodum cum olim calatis comitis testamentum fieret, actus erat legitimus testamentum, ob id quod cum populo lege agebatur, siue ad populum: ita & cum per æs & libram testamentum fieret: quoniam huic adhibebatur emancipatio, id est, imaginaria quædam venditio, quinque testibus, & libripende, ciuibus Romanis puberibus (cum quibus testamenti factio esset) presentibus, & eo qui familiæ emptor dicebatur: ac præterea nuncupatio testamenti, siue testatio, quæ fiebat certis solemnibusque verbis, ab ipso testatore tabulas testamenti tenente pronuntiatas, vt ex Vlpiano Caij & Iustiniani Institutionibus addisci potest. Sed & posteaquam alia testamentis faciendis forma iure ciuili, prætorio & constituto sublatis illis æris & libræ symbolis (quæ ad emptionem imaginariam, dicis

a l. vl. C. de emaci. lib. s. præterea insti. quib. mo 2º patr. potest. fol. Nouella 8. in pri. l. vl. C. de ado. b l. pen. C. de emanc. lib. c d. l. vl. C. eo. tit. d. s. præterea. d d. s. præterea. insti. quib. mo. ius patr. potest. fol. e l. illud. D. de tuto. & curat. f d. l. pen. g d. l. vl. C. de adop. sed hodiè. inst. e. tit. h l. quæ sit in est 34. D. de adop. i l. post mortem in fi. D. de adoprio. k l. nec apud peregrinos. 7. C. de here. institut. l. si pater. in fi. & l. seq. D. de adop. s. minor. inst. eod. tit. m d. l. quæ situm. n tit. 20. de testam. s. testam. toru s. mutus. s. in testamento. o tit. 6. p tit. de test.

causa, interueniebant sublati etiam verborum differentiis adhiberi  
a l. quonia. C. de test. vide Eusebium de vita Constantini li. 4 cap. 26. b l. qui te. sta. no. 5. pen. D. de testa. & l. seq. 5. pen. co. tit. cis cui lege in prin. & 5. vl. d. l. g. testam. to. 5. nec fu. rious. 5. cu. qui lege l. cum lege. eod. tit. d. d. l. qui testam. to. 5. vl. D. de test. el. heredes pal. 5. vl. D. de test. l. si no spe. ciali. l. si v. nus. l. hac co. sultissi. ma 5. in o. mnibus. l. cu. antiqui. tas C. eod. fl. miles 35 D. de test. milit. g. in com. gario ad l. ius nostru. 7. D. de re. iur. h. l. illa in. stituo. D. de her. inst.  
 coepta est<sup>a</sup>, cum & septem testium praesentia, & eorum signacula & subscriptiones requirantur. & nomen heredis, manu vel testatoris vel testium exprimi oporteat, siquidem in scriptis ordinetur: si vero sine scriptis, coram septem testibus voluntatem quisque suam nuncupare debeat: idem negari non potest, quin hodieque sit actus legitimus testamentum: propter cuius solemnia rogati testes adhibentur, & quidem ciues Romani (vt arbitror) non serui aut peregrini: qui iuris ciuiliis aut edicti praetorij communionem non habent<sup>b</sup>: Et ex ciuibus Romanis, masculi tantum non foeminae: ex masculis ij qui ex lege bonorum administratione interdicti, furiosi, muti, surdi, impuberes, ob carmen famosum vel adulterij vel repetundarum damnari non fuerint<sup>c</sup>: qui durare in conspectu testatoris debent, donec suprema contestatio peragatur, vt ex veterum opinione Vlpianus refert<sup>d</sup>: praesertim cum vno contextu actus testari, nullumque actum a testamento alienum intermiscere oporteat<sup>e</sup>. Cum vero sit actus legitimus, duo sequi ex eo necesse est: primum quidem vt neque diem neque conditionem expressam testamentum recipiat: nisi factum a milite, qui potest pro parte bonorum aut temporis testatus, pro parte inter alia status decedere, & cuius nuda nec solennis voluntas legitimi insti- que testamenti vim habet<sup>f</sup>, vt multis verbis a nobis demonstratum est suo loco<sup>g</sup>: alterum vero vt per alium aut alteri testandi, atque ita alieno nomine lege agendi nemo facultatem habeat. Et sane testamentum ita definitur, vt sit iusta non aliena, sed nostrae voluntatis sententia: quae ipsa per se firma esse, non ex alieno arbitrio pendere debet<sup>h</sup>: Itaque licet singula quae testamento continentur & sub conditione, & ex certo tempore, & ad tempus relinqui possint, ipsum tamen testamentum, in paganis, mortuo testatore statim valet, tanquam sub tempus mortis aut in ipso eius articulo factum: nec efficere nominatim id cauendo testator potest, vt ex certo tempore, aut sub conditione valeat, ex tacita tamen die vel conditione vis testamenti pendet, sub qua heres ex asse institutus fuerit: vel si pure scriptus de aduendo deliberet: ceterum quandoque aduendo, iam tunc a morte successisse defuncto heres, atque adeo testamentum ab initio valuisse ex postfacto: & e contrario si quandoque non adeat, iam tunc a morte non valuisse intelligitur<sup>i</sup>. Quamobrem testamentum, vt actus alij legitimi, non expressam sed tacitam conditionem diemve recipit. Itemque per procuratorem, per filium familiam aut seruum nemo testari potest. Nec obstat quod Modestinus ait<sup>k</sup>, Seruum alienum iussu testatoris testamentum scribere non prohiberi: nam aliud est facere, aliud scribere aut etiam dictare testamentum. exempli gratia. Qui manus amisit testamentum facere potest, quamuis scribere non possit, vt Paulus tradit<sup>l</sup>: ergo qui scribit aut dictat lege non agit: sed is qui facit, qui testatur cui testimonium perhibetur. Filiusfamilias non modo non patri, sed nec sibi, nec voluntate quidem patris facere testamentum potest, licet mortis causa donare patre permitte-  
pos-

possit<sup>a</sup>. Quid ita? vtrum idem quia testamentum est voluntatis nostrae  
a l. qui in potestate. D. de testa. l. filius fa. D. de don. & l. ra is qui. D. demort. cau. don. l. 3. in fi. l. qui testa. fac. poss. b l. velle. 4. D. de reg. iu. c Nouella const. 81. d l. in omni bus 34. D. de oblig. & act. e inst. ad ti. quib. no est perm. fa. te sta. in prin. f ca. 4. li. 9. comment. iur. ciu. l. g l. verbis legis. 120. D. de verb. signif. l. te standi. C. de testam. h l. in adi. bus 5. vl. D. de donat. i l. 2. in pr. l. 4. l. in 2. dib. 5. pen. absenti. l. si tibi. D. do. l. si filius. C. eo. tit. k l. si filius fam. D. de testam. l. 2. in prin. D. de vulg. & pup. sub stit. m l. qui plu res 9. vl. eo. tit. n d. l. 2. 5. prius. o l. patris. eo. tit. p l. 5. postle garu. 5 qui principale D. de iis quibus ve indig. q in inst. si. 12. de sub stit. & de fa ciend. se- cund. tab.  
 sententia, nulla vero est voluntas filiifamilias, & (vt regula iuris ciuiliis dicat) filiusfamilias qui obsequitur imperio patris, velle vel ipsi, vel sibi non creditur<sup>b</sup>, liberaeque non prius arbitrij voluntatem consequitur, aut aliis modis, quam quibus patria potestate liberatur<sup>c</sup>? Minime vero: nam si nihil velle filiusfamilias crederetur, cum in omnibus rebus quae dominium transferunt concurrere oporteat affectus ex vtraque parte contrahentium<sup>d</sup>: Neque item donare, nec vllum negotium possit gerere: quod falsum esse constat. Quae igitur est ratio differentiae? Aliae atque aliae ab Accursio, Alciato, Viglio<sup>e</sup>, atque Connano<sup>f</sup> adferuntur: quibus omissis, ego hanc probabilem esse censeo, quae ipsorum nemini adhuc in mentem venit, a me paucis verbis explicabitur: filiusfamil. (qui proprium nihil habet, cum omnia patri adquirat) donare aut alienare quidquam non potest, suo quidem nomine, sed neque testari: nam de sua, non de aliena re quisque testari debet<sup>g</sup>: cum verbis legis duodecim tabularum nominatim comprehensum sit, Vti quisque legasset super pecunia tutelaeve suae rei, ita ius esto. At cum filiusfamilias consensu patris donat, per eum donare pater videtur<sup>h</sup>, quod & per extraneum quemlibet potest<sup>i</sup>: pater quoque cuius permisso filius testaretur, ipse per filium familiam testari videretur, atque adeo per alium, quod iuris ciuiliis ratio non patitur: cum testamentum sit actus legitimus, & alieno nomine lege agi nequeat. Porro autem cum id quod ab initio non valet, ex postfacto non conualescat ob regulam iuris, cui maxime in actibus legitimis locus esse debet: idem siue filiusfamil. aut pupillus, aut seruus tabulas testamenti fecerit signauerit, non dabitur secundum eas bonorum possessio: licet filiusfamilias sui iuris, aut pupillus pubes, aut seruus liber factus decesserit: quia nulla sunt tabulae testamenti, quas is fecit, qui testamenti faciendi facultatem non habuerit<sup>k</sup>. Pater quidem filiofamil. impuberi testamentum, pupillariter substituendo facere dicitur, idque vt possit: Vlpianus moribus introductum esse ait: verum tamen cum pupillaris substitutio non aliter valeat, quam si pater sibi heredem instituerit, atque adeo testamentum sibi fecerit, non tam testamentum quam prioris hoc est patris testamenti pars esse videntur secundae tabulae<sup>m</sup>. Constat enim (vt idem iuriconsultus<sup>n</sup> tradit) vnum esse testamentum, licet duae sint hereditates. Itaque idem alio loco, Patris (inquit<sup>o</sup>) & filij testamentum pro vno habetur, etiam in iure praetorio: quod scilicet ad signa testium attinet: sufficit enim tabulas patris esse septem testibus signatas, licet filij tabulae resignatae sint: Sed & si pater sibi per scripturam, filio per nuncupationem vel contra fecerit testamentum, valebit: imo vero etiam pro vno habebitur. Nec mouet quod vnum principale & prius, alterum pupillare testamentum & secundae tabulas iuriconsulti nominant<sup>p</sup>, vt per hoc esse duo videantur: nam sunt quidem duae clausulae, sunt etiam binae tabulae: sed vnum re vera testamentum, patris scilicet, qui (vt ex Caio<sup>q</sup> ad discimus) & sibi heredem in priore parte testamenti scribit, & item filiofamil. in extrema testamenti pagina heredem eadem ratione, qua tu-

torem dat, ex ea lege xij. tabul. cuius verba modò retulimus: sicut v. nius edicti plures sunt clausulæ, quæ ipsæ nomen edicti singulæ obtinent: atque hoc est quod Paulus ait, alicubi<sup>a</sup> sic ferè, Sicut codicilli pars intelliguntur testamenti, ita secundæ tabulæ principalium tabularum partem obtinere videntur. Quamobrem non alieno nomine, sed suo lege agit, qui testamentum sibi facit, licet secundis tabulis heredem filio substituatur: est enim velut accessio principalis & paterni testamenti, pupillaris substitutio, in qua etsi solemnia iuris civilis desint (quorum intuitu actus esse legitimus testamentum dicitur) nihilominus valet, si paternum testamentum illis solemnibus non deficiatur, ut modò diximus. Nec mutat quod soli filio miles, tametsi sibi non fecerit, testamentum facere iure militari potest (auctore Vlpiano<sup>b</sup>) nã nec aliæ regulæ iuris in militari testamento locum habent, quod nuda voluntate consistere diximus: quo fit, ut legitimus & solemnis actus esse, aut intelligi nequaquam possit. Cùm autem ex constitutionibus Imp. c. testamentum apud acta cuiuscunque iudicis vel municipum, aut etiam oblatis principi precibus fieri possit: hoc quoque (proinde ac si testatione habita factum foret) ut legitimus actus neque diem aut conditionem recipere, nec per alium expediri posse affirmamus. Nuncupatiuum quoque testamentum per quod voluntatem suam testator septem testibus presentibus, etiam sine alia formali obseruantia (ut est apud Iustinianum) aperuerit, etiam si non prædixerit illa formalia verba, Idem eosdem testes conuenisse, quod sine scriptis suã voluntatem vel testamentum componere censuit, cùm id imperator valere velit<sup>d</sup>, actum esse legitimum: actus quidem certè legitimi (cuius loco sit) naturam sapere, ac eodem iure quo alia testamentorũ genera censeferi credimus: ut neque per alium fiat, neque diem aut conditionem recipiat.

Qua ratione autem vbi conficitur testamentum, eadem (nisi fallor) vbi resignatur, aperitur, ac recitatur, actum solemnem ac legitimũ celebrari possumus dicere. Nam (auctore Iulio Paulo<sup>e</sup>) Tabulæ testamenti aperiuntur hoc modo, ut testes vel maxima pars eorũ qui signerint testamentũ, & Romæ quidem à prætore in iure adhibeatur: in foro autem, vel Basilica, à magistratibus si testamentum in municipio, colonia, oppido, præfectura, vico, castello, conciliabulo factum sit, ibique presentibus testibus vel honestis viris agnitisque signis & rupto lino, inter horam secundam & decimam diei aperiatur ac recitetur, atque ita describendi exempli fiat potestas, exemploque sublato deinde à prætore aut ab iisdem magistratibus (quorũ presentia constet apertum) signo publico rursus obsignetur & in archiũ redigatur: hunc autem legitimum actum expediri heredis præcipuè interest, qui scriptus in eo testamento, quod neque, ut oportuit oblatum neque publice recitatum est, in possessionem mitti (Paulo<sup>f</sup> teste) frustra desiderat. Prætoris nomen ad Paulum addidi, motus auctoritate Vlpiani: qui cùm ab initio aperiendæ sunt tabulæ, prætoris id officium esse ait<sup>g</sup>, ut cogat signatores conuenire, & sigilla sua recognoscere vel

a l. pen. D. quemad. test. aper. facit. l. 2. §. ad causam. cod. tit.

b l. in fraudem. §. pe. D. de testa. militis.

c l. omniũ C. de testa.

d l. in testamentis. C. de testa. fa. cit. l. Diu. Traianus. D. de milit. testa.

e l. 4. sent. recep. §. 6. de vicefima & l. 3. §. 6. ad Syllan. §. pen.

f l. 3. sent. §. 6. ad Syllan. §. pen. §. l. 4. & §. D. quemad. testam. aper.

vel negare se signasse: publice enim expedit suprema hominum iudicia exitum habere. Quod ex Paulo dixi, honestis viris, sic accipe, ut si maior pars signatorum fuerit inuenta, ipsis interuenientibus resignari testamentum & recitari possit: sed si quis ex signatoribus neque decesserit, neque tam longè absit, ut non facillè inueniri queat, mitti tabulæ testamenti debeant vbi ipse sit, uti agnoscat, nec reuocari eum agnoscendi causa (ne onerosum atque damnosum ipsi sit officium suum) oporteat: ceterum si omnibus fortè absentibus, causa aliqua aperiri tabulas vrgeat, prætor aut proconsul, hic in prouinciis, ille in vrbe, curare debeat ut interuenientibus optimæ opinionis viris aperiantur, & post descriptum & recognitum factum, ab eisdem (quibus interuenientibus aperta sunt) obsignentur: tunc deinde eò mittantur vbi ipsi signatores sunt, ad inspicienda sigilla sua, ut est ab Vlpiano<sup>a</sup> & Caio<sup>b</sup> traditum. Sanè quamuis testamentum lex Iulia de vicefima statim post mortem testatoris aperiri voluerit (hoc est intra modicum tempus, circa cuius interpretationem rescriptis sit variatum) atamen Paulus idem à presentibus intra triduum vel quinque dies aperiendas esse tabulas definit<sup>c</sup> ab absentibus quoque intra eos dies cùm superuenerint: id est à tempore ipsorum spontanei reditus: nec enim inuito reuocari signatores agnoscendi gratia, æquum sit (ut antè diximus) cùm absentibus quoque signatoribus si qua iusta causa videbitur quæ vrgeat, aperiri ac recitari solemniter testamentum, in presentia tamen honestorum & optimæ opinionis virorum (num scilicet curialium, ut arbitror, præter magistratum & exceptorem publicum, sine quibus municipalia gesta fieri Arcadius & Honorius Imp. d noluerunt) & magistratibus imminentibus queat. Ceterum etsi omnibus quicunque desiderant tabulas testamenti inspicere vel etiam describere, inspicendi describendique potestatem facturum se prætor polliceatur, quod vel suo vel alieno nomine desideranti tribuere eum manifestum est (ut Paulus<sup>e</sup> alibi docet) cùm is qui vult inspicere aut inspicit atque describit, ipse nullum actum solemnem celebret: atamen qui signa agnoscat, iussu magistratus (sive hic adsit sive non) alieno nomine aut sub conditione id facere non potest, non magis quàm ipse magistratus, qui signatores aut honestos viros adhibet, rumpit lino, aperit tabulas, recitarique ac iterum obsignari iubet: solemnem enim hic actus inter magistratum & signatores: eòsve qui horum loco adhibentur, & sine eo qui vult inspicere ac describere, celebratus intelligitur, ut neque per propraetorem, nec nisi purè fieri posse, superioribus consequenter asseueramus.

Quod & in repudiatione hereditatis (ut in ipsa erectione siue aditione ostendimus) locum habet, ut sit nimirum actus legitimus, ideoque ut neque sub conditione, nec ad tempus, aut ex tempore nisi tacite, nec per alium celebrari possit. Nam sanè, quod Paulus<sup>f</sup> & Vlpianus<sup>g</sup> tradunt reculari hereditatem non tantũ verbis, sed etiam re posse, & alto quouis iudicio voluntatis: & non tantum à presentibus, sed

a l. sed si maior. §. cod.

b l. sed si quis. §. 7. co.

c in §. d. tit. 6. l. 4. sent. §. vit.

d l. municipalia. §. C. Theo. de decurion. l. 22.

e l. in presentibus. D. quemad. testa. aper. §. l. reculari §. 4. D. de acq. her. & l. 4. sent. §. 4. vbi Cuiacius & ad tit. de her. qualit. & differ. apud Iustinianum.

f l. reculari §. 6. D. ad §. C. Treb.



etiam absentibus, & per epistolam: hoc ad repudiationem (ad cuius differentiam adscriptum potius putauerim) porrigi non debet. Denique repudiationem in iure fieri, voce ac verbis heredis ipsius, imperatores docent: ex quo solemnem ac legitimam actum esse, purèque nec per alium, aut alieno nomine fieri, rectè colligitur.

Nuptiæ quoque siue matrimonium legitimus (nisi fallor) actus est, etsi eius mentionem Papinianus non facit, non magis quàm testamenti, resignationis tabularum, repudiationis, adoptionis, aut manumissionis in ea iuris regula: in qua non omnes, sed exempli gratia (quantum iudico) quosdam actus legitimos exprimit, qui conditionem diemve non recipiunt. Actum legitimum idèd nuptias esse dicimus, quòd præter aquæ ignisque cum quinque ceteris apud ædiles accensis prælationem & acceptionem, elatium traditionem, Thalassionis acclamationem (vetusta scilicet matrimonij symbola & fausta omina) præter maritalium geniorum aduocationem, aliosque qui paulatim obsolescere cœperunt, ritus & (vt Arnobius loquitur) solemnia iusta nuptiarum: denique præter confarreationem (cuius Vlpianus noster & alij quoque meminere) præter coemptionem, in qua (teste ad Ciceronem Boëtio, vt cætera mittam) hæc certè verba solemnia, Vbi tu Caius ego Caia, pronuntiabantur: ad quæ Quintilianus etiam aliquid respexit: id insuper in quibuslibet (inter ciues scilicet Romanos contractis nuptiis) obseruari solebat, vt vxor etiam illa (vt puto) quæ iniusta esset, vt pote quæ matrõna quidem sed cum viro esset sine legibus, quòd in mariti manum ritè non conuenisset (de qua in aliquo Pandectarum nostrarum loco agitur, & quam vxorem tantummodo haberi & in vsu esse mariti dicerent: quàmque vsucapi ad matrisfamilias nomen adipiscendum, hoc est anno integro à viro, apud quæ causa matrimonij esse cœpisset, possideri sine vsurpatione ac interruptione: itaque vsu in manum conuenire, iustamque vxorem & matrem effici oporteret) flammeo, id est velo siue pallio luteo caput obuoluta & obnupta, in mariti domum deduceretur, quasi in domicilium matrimonij eaque deductione (licet nondum in mariti cubiculum ventum esset) nuptiæ contractæ censebantur, quòd eas non concubitus, sed consensus faceret, vt ex Vlpiano addidimus. Quamobrem etsi vir absens vxorem ducere, non tamen absens fœmina nubere poterat, Paulo iuriconsulto teste: vnde fit, vt apud Vlpianum quosdam loco mendosè sic scriptum arbitrer, Eum qui absentem accepit vxorem: & legendum esse hoc modo, Eum qui absens accepit vxorem: cum absens non sit, sed in domicilio mariti, quæ vxor est:

1. l. 3. & 4. C. de rep. vel abst. her. b. 7. l. A. & legitimi. 77. c. l. pe. D. de dona. int. vir. & vxor. Laçã. li. 2. diuin. insti. ca. 10. Val. Flaccus lib. e. Argonaat. Plutarc. in Romaic. quæf. Varro. lib. 2. de vitapo. Ro. d. Europlus apud Paul. Diaconum li. 1. histo. vbi de Romulo: post Livium lib. 1. in prin. vnde Catullus in epithal. Julia. Martialis epigr. 92. lib. 1. & 42. li. 12. & 96. eo. lib. Seruius ad illum Virgilij versu ex li. 1. En. Pergama. cum petegit incederet sôsque hymenæos. e. Arno. li. 2. aduersus gentes Plutar. in quæ Romanic. in 29. lib. ad uer. geres. g. quæ Briffonius non ster. libro singulari de ritu nuptiarum enumerat. h. in frag. tit. 9. de his qui in manu sunt. Tacitus lib. 4. Annal. & Apuleius. k. in Topicis coemptionis autem Cicero & Seruius ad Virgilium læpe, sed & Vlpianus & Iulianus meminere, vt Briffon. nota l. exico l. ca. 7. lib. 1. inst. orat. & ca. 10. li. 5. vbi de duabus matrimoniõrum formis. m. l. si vxor. 11. in pr. D. ad leg. Iul. de adul. n. Cicero in Topicis, ibi Genus est vxor, eius duæ formæ &c. o. lib. 3. ca. 2. apud Gellium. p. Cicero pro Flacco. q. Lucan. lib. 1. & Catullus in epithal. Plinius etiam lib. 21. ca. 8. quem & alios citat in hanc rem Briffonius de ritu nupt. adde Martialem epigr. 42. lib. 12. Iuuenalem Satyra 10. r. l. mulierem. 5. D. de ritu nupt. cui fuerit 5. de condit. & demonstr. d. l. pen. de don. inter vir. & vxor. facit l. cum in te C. de donat. ante nup. f. l. 2. sent. ult. 19. t. l. denique 6. D. de ritu nupt.

absens

absens vir siquidem vxorem non tamen absentem ducere, mulier, inquam, absenti (vt ipse Vlpianus in supradicto loco admonet) per literas eius vel per nuntium non aliter nubere poterat, nisi in domum eius deduceretur. Eius verò deductionis testationem vel sine scriptis haberi oportebat, idque ex Caij responso quodam colligimus: tabulas nuptiales nihil erat necesse, vt alibi ostendimus: idèdque si nuptiis pater consensisset, nihil obesse filio quod pater instrumento ad matrimonium pertinenti non subscripisset, ab Imp. constitutum est. Quæret aliquis cur id constitui oportuerit, cum satis per se intelligi potuisse videatur? huic ita respondeo: fuisse aliquam dubitandam rationem ex cõmuni Romanorum consuetudine, qui matrimoniis legitimè contrahendis & tabulas & signatores plerumque adhibebant euauspiciis: itaque Iuuenalis ab eubi de Messalina Claudij vxore, quæ illo Hostiam profecto, nupsit Sillio,

*- dudum sedet illa parato  
Flammeolo, Tyriusque palam Genialis in hortis  
Sternitur: & ritu decies centena dabuntur  
Antiquo: veniet cum signatoribus auspex:  
Hæc tu secreta & paucis commissa putabas.  
Non nisi legitime vult nubere.*

Sed quòd ad matrimonium signatores aut tabulas civili iure non requiri necessariò, & sine ipsis rectè ac legitimè copulari potuisse diximus: in eo matrimonio, quod inter impares honestate personarum contraheretur ante Iustiniani constitutionem locum non habuit antiquiter: etenim nisi confectis dotalibus instrumentis irritum fuisset. In ceteris casibus ad nuptias legitimè contrahendas, necessaria non fuisse instrumenta iudico: dum tamen id quod ipsis tabulis comprehenditur (B. Augustino teste) consueuerat, quòd non propter libidinem, sed propter filiorum procreationem vxor acciperetur, ipsa testatione palam fieret. Atque huic respexisse iuriconsultum, cum ista protulit, Eum qui in domo natus est licet vicinis scientibus filium non esse (quòd hanc non animaduertunt) itèdque Probum imperatorem est verisimile: quo loco sic scribit: Si vicinis vel aliis scientibus vxorem liberorum procreandorum causa domi habuisti, & ex eo matrimonio filia suscepta est, quamuis neque nuptiales tabulæ, neque adnatam filiam pertinentes factæ sunt, non idèd minùs veritas matrimonij, aut susceptæ filia suam habet potestatem. Nam quòd ait iuriconsultus, Vicinis scientibus, quòd imperator, Vicinis vel aliis scientibus, sic accipio proinde quasi scriptum sit, testatis, hoc est in testimonium rogatis atque adhibitis: Nam & posteaquam legitimas esse nuptias si Romanus Romanam nuptiis interuenientibus vel consensu duceret vxorem (vt apud Caium, Avianus eius institutionum interpolator loquitur) id est, de consensu eorum qui cõeunt, matrimonium sine aliqua solemnitate contrahi posse, sub Theodosio (cuius constitutionibus alia quoque iuris solemnia sublata sunt) obtinuit: non tamen quorumli-

a. d. l. 5. e. d. b. l. 4. in fr. D. de fide. infr. c. ad l. nuptias. 30. D. de reg. iur. ex l. donat. tiones. D. de donat. l. neque sine. C. de nupt. d. l. 2. C. de nupt. e. Satyra 10. siue lib. 4. f. l. Imperialis. lis. 9. imo etiã. C. de nupt. g. Sermone 244. quæ lo cum ipse indicauit, ad l. 30. de re. iur. alios deinde apud eundem Augustinum & Corne. Tacitum lotros nota uit Cuiacius noster ad 5. vlc. Nou. inst. 22. quibus addatur alius eiusdè Augustini locus. ex ill. 14. de ciui. Dei. ca. 18. h. l. filium. in si. D. de his qui sunt siue vel alie. iu. l. si vicinis. C. de nupt. k. in institu. tit. 4. in pr. l. l. c. d. sensu. C. de rep.



a l. si dona-  
tionum. C.  
de nup. iun  
ca l. a cali-  
gato. co. ti.  
l. consensu  
C. de repu.  
b Nou. 22.  
vt liceat  
matri vel  
auia. &  
Nou. 17.  
c. l. in spon-  
salibus 7.  
D. de spon-  
salib.  
d. in fragm.  
insti. tit. 9.  
apud Vlp.  
e l. vxor  
quæ C. de  
repud.

fci. 3. de La-  
tia. scilicet l.  
liberorum  
D. de verb.  
sign.

g l. 3. D. de  
cubinis.

bet, sed amicorum scilicet (quorum appellationem ad testes pertinere, à veteribus notatum memini) adeoque rogatorum (vt opinor, & plerumque videmus fieri) testium fide imperatores firmari tradunt: quod ius aliquatenus à Iustiniano immutatum postea fuisse, Nouellis ipsius constitutionibus reperio, nec tamen ideo nuptias non esse actum legitimum puto: cæterum ex iure antiquo Pandectarum, etsi in sponsalibus nihil interesset, vtrum testatio interponeretur, an aliquis sine scriptura sponderet, in matrimonio tamen siue per confarreationem (per quam antiquitus in manum conueniebant certis verbis & testibus decem presentibus & tolemni sacrificio facto) siue per coemptionem, siue alia ratione contrahendo testationem interponendam necessario fuisse autum; ne alioqui furtiui aut clandestini vitio laboraret (de quod erudite, vt solet, Cuiacius noster in obseruationibus ea. 20. li. 6.) ob signationem non itidem. Quod ait iuriscultus, In domo natus est, quod item Probus Imperator, Domi habuisti: eo significatur deductio in mariti domum, quæ vel sine pompa facta fuerit. Illa denique verba, Liberorum procreandorum causa, matrimonij etymon notant: quod ex eo appellatum esse Beat. Augustinus lib. 19. contra Faustum cap. 26. tradit, quod non ob aliud debeat scemina nubere, quam vt mater fiat: Certè matrimonij finalem causam indicant, ob quam id quoque non semel veteribus Romanis indictum fuerit, Perenna primùm & Crasso Coss. à Q. Metello Centore: ac deinde ab Augusto Cæsare, cum de maritandis ordinibus ageret, vt in Epitome Litiiana li. 59. Florus admonet: veteris denique ac tolemnis deductionis illius rationem continent, quæ plerumque testatione solebat manifesta fieri, vt à liberto Latino ciuitatem Romanam liberis consequuturo (quem admodum Vlpianus in fragmentis institutionum siue regularum docet) ita etiam ab aliis quibuscunque, qui modò iustum ac legitimum contraherent matrimonium: itaque Tacitus, vbi de illis Siliij & Messalinæ nuptiis loquitur, lib. 11. Annal. Cuncta (inquit) nuptiarum solemnia celebrat: Haud sum ignarus fabulosum visum iri, tantum vllis mortalium securitatis fuisse in ciuitate omnium gnara, & nihil reticente, nedum consulem designatum, cum vxore principis, prædicta die adhibitis qui obsignarent, velut suscipiendorum liberorum causa conuenisse: atque illam audisse auspiciu verba, subisse, sacrificasse apud deos, discubitum inter conuiuas: oscula, complexus noctem denique actam licentia coniugali. Dices quò bonum fuit, istam testationem interponi? Respondeo: ne alioqui non pro matrimonio interdum, sed aut pro concubinato in liberta vel obscuro loco nata, vel quæ corpore quæstum fecerit: aut contrà, in honesta & ingenua, pro stupro haberetur eiusmodi coniunctio: quamobrem & inter impares honestate personas olim tabulas quoque dotales adhiberi (vt antè diximus) ad nuptias rectè contrahendas oportuit. Nam si quis non iustæ vxoris loco, sed in concubinato habere mallet ingenuam & honestè vitæ mulierem, sine testatione itidem hoc manifestum faciente, non concedebatur, vt Marciianus docet, Igitur in contrahendis nuptiis deductio atque

atque testatio ista (vt coemptionem interim, vt confarreationem, vt pompam, aliamque nuptiarum celebritatem ac solemnitatem, quæ ab Imp. nominatur, tacitus prætermittam) erat actus legitimus, quem idè neq; sub cõditione neq; ex die, neq; ad tempus nec per aliũ ipsius vxoris nomine fieri potuisse credimus: Idque ad iuris regulas à nobis, sed leuiter adnotatum fuit. Sanè absentis filij nomine patrè, vt sponsalia (Marcello teste) facere potuisse: ita & nuptias, non quidè filia, sed absentis filij nomine, non improbabiler tuebitur: ex tacito tempore autem, vt alios actus legitimos, ita nuptias valuisse, Iuriscultis auctoribus, audacter asseueramus. Quod autem actuum legitimum numero matrimonium adscripsimus, forsitan de iusto, id est de connubio tantum accipi debeat. Enim verò connubiis ius olim, nisi ciuibus Romanis, non fuit: matrimonium & inter peregrinos cõstitit. Quamobrem Papinianus Ciuis Romanus (ait) qui sine connubio sibi peregrinam in matrimonio habuit, iure quidem mariti eam adulteram non postulat: sed ei non opponetur infamia, vel quod libertinus restertiorum triginta milium, aut filium non habuit, propriam iniuriã persequenti. Sanè cum Latinis & peregrinis connubium ciues Romanos habuisse, ita si concessum esset, Vlpianus tradit: exempli gratia, Campani ac Romanis inter se connubij ius fuit: sic enim Lilius Campani petierunt, vt sibi ciues Romanas vxores ducere liceret: etsi qui prius duxissent, vt habere eas, & ante eam diem nati vt iusti sibi liberi heredesque essent: vtraque res impetrata. Cum autem hæc sint coniugata, Connubium & Nuptia, idè matrimonium vt à connubio Papinianus, sic Paulus quoque à legitimis nuptiis diuidit, vt speciem à genere: cum & inter peregrinos matrimonium contrahatur, & violatum illud atque contaminatum adulterio, per legem Iuliam de adulteriis vindicetur: quam ad omnia matrimonia Sextus Cæcilius pertinere ait, hoc est non ad connubia tantum, sed & ad coniunctiones illas matrimoniales, quarum peregrinis quoque inter se ius est: quod naturale esse genitumque iuri adscribi, libri huius initio docuimus. Ac de nuptiis quidem hæc tenent.

Contrario actu legitimo dissoluebatur matrimonium, nempe diuortio, siue repudio: in quo præter diuortij symbolum) ademptionem scilicet elatium) præter diffarreationem (cuius lib. 4. Sextus Pompeius meminuit, & quæ locum, vt puto, habuit in Flaminis Diali aut etiã alterius cuiusvis connubio, quod per confarreationem contractum esset, adhibitis sacris, pari solemnitate, vt innuit Plutarchus, dirimendo) hæc erant verba solemnia legibus xij. tabul. & communi ciuium vsu comprobata: Tuas res tibi habeto, tuas res tibi agito siue procurato, vt Caius noster & alij scribunt. Nullum autem (auctore Paulo) diuortium ratum erat, nisi testatione interposita, hoc est septem ciuibus Romanis puberibus adhibitis, præter libertum eius qui diuortium faceret. Eius qui quæve diuertebat libertus solebat libellum repudij perferre ad eum eamve, à quo diuertebatur, quæve in eius eum quo diuortium fieret potestate esset: atque eo diuortium factum dissolutumque

a l. a caligato & sequ.  
C. de nupr.  
b in cõmentario ad l. actus legitimi. 77. D. de reg. iur. ad finem.  
c l. Lucius Titius. 38. D. sol. ma.  
d l. 4. l. nuptia. 8. D. de ritu. nu.  
e l. si vxor. 5. si minor. D. ad leg. Iul. de adult.  
f l. 1. 5. resp. ponsor. sub. tit. ad leg. Iul. de adult. in fragm. Pithæa. tit. 4. f in frag. Insti. sine regularum ti. 5. de iis qui in potestate sunt.  
g lib. 8. de cad. 4.  
h l. si ita patet. 10. D. de ritu nu.

i de qua vbi de Cuiacij ad 5. vlt. Nou. 22.  
k in quæst. Romæcis, vbi de Flamine Diali l. 1. 2. D. de diuort. me. minit Cicero Philip. 2. Martialis li. 10. Quintilianus de clam. mari tus virginis raptor 262. Plautus Amphitruone No. nius in verbo Faceffete, ex Titinio. m l. nullus. 9. cod. tit.

hoc genere matrimonium renuntiare. Quamobrem Caius<sup>a</sup> Siue autem (inquit) ipsi presentem renuntietur, siue absentem per eum qui in potestate eius sit, nihil interest. Quae verba, ut ad sponsalium renuntiationem proprie pertinent, ita non male ad diuortium referuntur: Plane illo repudij libello nondum tradito neque cognito ei cui mittebatur, nihilominus dissolutum esse censetur matrimonium<sup>b</sup>, utpote peracto illa solemnitate actu legitimo: qui per procuratorem (ut opinor) aut libertum eumve qui esset aut haberet in potestate, peragi nullo modo poterat: nisi forsitan vno casu quem necessitas expressit, furiosae scilicet nomine per patrem, non item per curatorem, ut ex Iuliano Vlpianus notat. l. 4. D. de diuort. presentiam quippe actus hic requirebat, eius qui quaeve diuenteret, coramque testibus libellum mitteret: non item eius ad quem mitteretur, & a quo diuenteretur. Nec vero, quisquam in contrarium moueri debet, eo quod de Caio Caligula sic alicubi Suetonius cap. 36. tradit, Quibusdam absentium maritorum nomine repudium ipse misit, iussitque in acta referri. Nam rem inusitatam atque insolitam a principe aut potius ab impotente tyranno perpetratae auctor optimus notauit: ex cuius verbis non inepte forsitan aliquis coniecerit, verum & legitimum diuortium gestis olim inferi solitum fuisse: quod (mihi quidem certe) non improbabile videtur. Plane Iuliae filiae Augustus, Tiberij (ut non inuiti, sic ignorantis) nomine repudium misisse dicitur a Suetonio, in Tiberio cap. 11. his verbis, Comperit deinde Iuliani uxorem ob libidines atque adulteram damnatam, repudiumque ei suo nomine ex auctoritate Augusti remissum: & quanquam laetus nuntio, tamen officij duxit, quantum in se esset, exorare filiae patrem frequentibus literis &c. Sed notandum quod ait optimus historicus, Ex auctoritate Augusti, tanquam innuat id non tam iure legitimo quam ex vi imperij & principatus ab Augusto (legibus scilicet soluto) factum esse. Nam quod Iuuenalis alicubi, lib. 2. Satyrar. sic ferè cecinit,

*Si verum excutias, facies non vxor amatur:  
Tres ruga subeant, & se cutis arida laxet:  
Fiant obscuri dentes, oculique minores:  
Collige sarcinulas, dicet libertus, & exi:  
Iam grauis es nobis, & saepe emungeris: exi  
Ocynus, & propera: sicco venit altera naso.*

ex eo male factum patroni nomine diuortium a liberto, rectè (quod ante solemniter habita contestatione factum esset a patrono) eius uxori postea verbis illis renuntiatum a liberto diuortij libello tradito, quispiam probauerit. Rursum, instabit forsitan alius quispiam, ut ostendat alieno nomine mitti repudium, atque adeo legitimum actum expediti posse, illaque iurisperiti<sup>c</sup> verba proferet, quibus significatur eum qui alienam uxorem ex itinere in domum suam duxisset, & inde marito eius repudium misisset, in Triennium a Diuo Adriano relegatum. Sed ut omittam, quod lex non ait tenuisse repudium, eoque tanquam legitimo & ritè facto dissolutas nuptias: non improbabilem esse

<sup>a</sup> l. 2. in fi. co. tit.  
<sup>b</sup> l. licet. C. cod. tit.

<sup>e</sup> l. Diuus 8. D. de diuort.

esse Accursij sententiam, Illud misisset, mitti fecisset exponentis arbitror: qui seio non infrequenter a nostris iurisperitis, aliisque auctoribus consimili ratione augeri plerumque verborum significationem: ut eum, Damnare, Condamnare, apud Ciceronem<sup>a</sup>, Plautum<sup>b</sup>, & Quintilianum<sup>c</sup> dicitur, aut Condemnationem facere apud<sup>d</sup> Gordianum Imp. actor siue accusator, qui facit ut per iudicem quispiam damnetur: apud Vlpianum, Condemnare aliquot locis<sup>e</sup>: apud eundem res ipsa Damnare ob cuius admissum homo damnatus sit: apud Senecam<sup>f</sup> decollare, qui desollari homines iubet. Censum senatorum gradum ascendere iudices in foro legere: qui senatorium ad gradum ascendere facit, & ex quo in foro iudex sumitur: apud Plinium<sup>g</sup> Aureliam quaedam signare testamentum, quae faciendo testamento signatores ac testes adhibet: qua significatione id verbi & in quodam iurisperiti Pauli responso accipi debere, ipse tamen Accursius non vidit. Varro certè verbum Cernere (quod iuris ciuili est, & in testamentis adseribi solebat) eodem, quo nos illa scilicet, modo interpretatur<sup>h</sup> his totidem vocabulis, Facito videant te esse heredem, Sed & apud Sallustium<sup>i</sup>, vbi de Tulliano, illud, Iudices rerum capitalium laqueo gulam fregere, sic accipiendum est, ut triumviri capitales licitori aut carnifici praeeperint, gulam ut laqueo coniuratis frangeret: apud Livium<sup>k</sup> iudicare accusator, qui reo diem dicit: A Lycurgo<sup>l</sup>, Aichine<sup>m</sup> aliisque orationibus<sup>n</sup> ex euen dicitur. Sic a nostris denique iurisperitis Prinati hominis iura & tutelae dicitur amittere capitis deminutio: quae ut illa quis amittat facit quae facit amittere, ut interpretatur Accursius. Quibus omnibus poematis nostratum princeps tueri se aduersus momos ac zelos potest, cum Auorte quod abortum facere Latinis εὐτρεφέωσις Grecis est, ipse ἀντὶ τοῦ ἐξ ἀμβλώσειν, pro eo quod partum alteri excutere Latinè dicitur, non modo poetice (ut solet omnia) sed eximiè scitèque posuit his versibus,

*Mais aussi tost que son rayon s'enfuit,  
De mon printemps il auorte le fruit,  
Et à mi-herbe il tond mon esperance.*

Diuortium autem hoc siue repudium ut fieri purè debebat, conditione diève non addita, sic ad tempus fieri non poterat: Itaque Paulus, Diuortium (inquit) non est, nisi verum, quod animo perpetuam constitutionem disensionem sit: quod Pauli responsum eò pertinet, ut fictum & simulatum alicuius circumscribendi causa repudium, nullius sit momenti: & contra fas gestum, calliditatis fructum obtinere non possit: his nanque imperatorum verbis<sup>r</sup> illud explicari puto: quibus statim adiicitur, Commenta huiusmodi non placere principibus, & imaginarios nuntios, id est, repudia nullius esse momenti, siue nuptiis fingant se renuntiasse, siue sponsalibus, etiam veteribus iuris auctoribus placuit. Ergo tantum abest, ut diuortium ad certum tempus

<sup>a</sup> in oratio. & in oratio. & in oratio. & in oratio. p. Dinarcho & Δημοσθένους. q. l. nam & cetera & leg. seq. de capit. minut. D. 1. leg. 3. C. cod.

<sup>a</sup> in diuina  
tione in  
Verrè. Ego  
hoc vno  
ctimine il-  
lum cōde-  
nem necef-  
se est. &  
f. pro Cacin-  
na & pro  
Roscio.  
b. Mostella-  
ria act. 5.  
f. r. tanto  
apud iudi-  
cem hunc  
argenti cō-  
damnabo  
facilius.  
c. declā. 333  
d. l. quāuis.  
e. C. de pig.  
l. vnica C.  
etiā ob chi-  
rog. pec. pi.  
e. l. futū. 9.  
mādati. D.  
de iis qui  
not. infam.  
l. 2. sub ini.  
D. ad leg.  
Iul. de a-  
dult.  
f. si vxor.  
g. 5. iudex  
verfic. quæ  
res. D. ad  
leg. Iul. de  
adulter.  
g. in libello  
de morte  
Claudij. &  
li. 2. declā.  
& li. 3. con-  
trouert.  
h. ad Calui-  
sum lib. 2.  
episto.  
i. l. confici-  
untur. 5. si-  
miles. D.  
de test. mi.  
k. l. 5. de lin-  
gua Latina.  
l. in Cauti-  
na.  
m. li. 26. vbi  
de Semprio  
nio Blaeso.  
& li. 43. vbi  
de Rutilio  
trib. pleb.  
n. in orati-  
o. & cetera.  
o. in orat.  
o. in orat.

nominatim fieri possit, ut neque diuortij nomen obtineat, nisi hoc scilicet, quod eo animo factum est, ut in perpetuum duraret: Tunc verò factum creditur eo animo ut & in perpetuum daret, cum non modò clauis adimuntur, sed etiam tabulæ nuptiales rumpuntur, quod utique solitum fieri ausim asseuerare: Conieci quidem iam dudum, ex quo hæc, quæ subiiciam, apud Iuuenalem Satyra 9. siue lib. 3. legere contigit.

*Fugientem saepe puellam*

*Amplexurapuit: tabulas quoque ruperat, & iam*

*Signabat: tota vix hæc ego nocte redemi,*

*Te plorante foris: testis mihi lectulus, & tu*

*Ad quem peruenit lecti sonus & domina vox.*

Exprobrat enim segni marito, quod dirimi ceptum ac penè iam solutum ab vxore matrimonium adulter seruauerit. Quò etiam illud Taciti ex l. ii. Ann. referendum cenfeo, apud quem Narcissus Claudium principem alloquens de ipsius vxore Messalina, quæ Silio palàm in vrbe nupserat: Nec nunc adulteria obiecturum ait, ne domum seruitia & cæteros fortunæ paratus reposceret: frueretur imò iis, & redderet vxorem, rumperetque tabulas nuptiales: An dissidium, inquit, tuum nosti? nam matrimonium Silij vidit populus, & senatus, & miles: ac ni prope-re agis, tenet urbem maritus.

Cæterum etsi non grauissimis de causis, attamen ob eas quas Romani grauissimas existimarent, nec temerè olim Romæ repudium fœminis missum legimus: præsertim quod nullum à condita vrbe vsque ad annum fermè sexcentessimum intercessisset, quemadmodum à doctore nostro cap. pen. lib. j. obser. eruditè notatum memini. Et à Spurio primùm Caruilius sterilitatis causa *ἡ ἀτεχνία*, quòd procreandis liberis vxor apta non esset: deinde à C. Sulpitio Gallo, quòd vxorem capite aperto foris versatam cognouisset, *ἡ φελαυτομυρία ἰδὲ ὄψις καὶ κρηφαλῆς τὸ ἰμάτιον*: à Q. Antistio vetere, quòd suam in publico cum quadam libertina vulgari secretò loquentem vidisset: à P. denique Sempronio Sopho coniugem nota repudij affectam, *ἀγνώστου θεοφύλακτος*, quòd se ignorante spectare ludos ausa esset: quæ omnia Valerius cap. j. lib. 2. & cap. 3. lib. 6. & Plutarchus in comparatione Thesei & Romuli, & in Romanicis. tradunt, Certè ut in contrahendis nuptiis amicos aduocabant, signabantque tabulas, sic & in dissoluendis, disruptas nuptiales tabulas modò diximus: & verò testes adhiberi voluerunt duodecim tabulæ numero septem: non tam (meo quidem iudicio) ad finem rei solemniter gestæ faciendam, quàm ad capiendum antequam ab amicis in re non mimini momenti consilium, ipsorumque arbitrio quodam domestico (ut fieri tum solebat) dissoluendi aut retinendi matrimonij tractandas atque disceptandas rationes. Cuius rei coniecturam non tantùm ex eo quod Gellius lib. 17. cap. 21. Caruilius Rugam primùm Romæ de amicorum sententia diuortium cum vxore fecisse memorat, verum etiam atque adèd multò magis ex Valerij

Maxi-

Maximi auctoris valde idonei verbis non aspernandam facio: quibus significat lib. 2. cap. 4. à M. Valerio Maximo, & C. Iunio Bruto Bulbo censoribus, L. Antonium senatu motum, quòd quam virginem in matrimonium duxerat, repudiasset nullo amicorum in consilium adhibito: sed quod ait Valerius, tunc (utputo) factum est, cum missus à viris repudij libellus, adhuc probri loco fœminis duceretur: non modò quem ipsæ viris mitterent: quòd sanè perrarò cæteris (quarum & in hoc genere culpa muldaretur<sup>a</sup>) matronis cæterùm Flaminiæ, id est Flaminiæ vxori, nunquam accidebat: quippe cui diuortium facere non liceret, teste lib. 9. Pompeio: At Senecæ temporibus, nullam iam repudio erubescere postquam illustres quidem (sic lego non quædam) ac nobiles fœminæ nò consulum numero, sed maritorum annos suos computabant: & exhibant matrimonij e. i. u. s. a. (ut est apud ipsū Senecam lib. 3. de benef. cap. 16.) nubebant repudij, contra legem scilicet Iuliam de pudicitia siue de adulteriis: qua lege non modò adulterium, sed dotalis prædij sine voluntate vxoris (ut Paulus docet lib. 2. sent. tit. 22. de dotib.) alienatio (eo capite scilicet, quod legis Iulie de fundo dotali nomen obtinuit<sup>b</sup>) imò ipsū quoque diuortium eiusdem legis alio capite coercitum fuit: nam diuortij modum ab Augusto impositum, cum matrimoniorum crebra mutatione, vim legis Iulie de maritandis ordinibus eludi sentiret<sup>c</sup>, Suetonius tradit: & conueniens fuit ea lege de adulteriis, tractari de diuortio, cum in adulterio deprehensam aut adulterij ream, in matrimonio retineri vetuisset: cæterùm retinenti marito, velut ex lenocinij crimine, adulterij pœnam infligeret<sup>d</sup>. De diuortij profectò Vlpianus<sup>e</sup> auctor est cautum vtraque lege fuisse alienationem, ut liberta quæ ab inuito patrono diuertisset, in matrimonio retineretur, dum eam alij nubere inuito patrono prohiberet: lege de adulteriis, ut, nisi certo modo factum esset diuortium, pro infecto haberetur. Ad illam Vlpiani<sup>f</sup> eiusdem vnum, & Modestini<sup>g</sup> alterum, ad istam vnum Caij<sup>h</sup> & alia duo<sup>i</sup> (quæ de morum actione siue accusatione loquuntur) Papiniani ac Scæuolæ responsa expanditis nostris refero, sed quoniam certo modo ex Iulii legibus fieri diuortium debuit, Quæri potest vtrū alia ratione factum olim irritum fuerit: quo exposito finem huic sermioni, commodum impositurus videor. Equidem non modò iure gentium, sed etiam ex Romanis legibus receptum inter peregrinos Romanæ ditioni subditos, ut apud cæteras quoque gentes diuortium reor: quod apud Romanos forsitan, certo modo ac solemniter non fiebat, ut actus legitimus videri posset: nisi connubij dirimendi gratia: nihilominus tamen & ad eandem iunctionem illam dissoluendam, quæ inter eos peregrinos (qui ius connubij non habent) Rom. contracta esset, nuntio remisso diuortium adhiberi consueuerat: quam obrem Cicero, in Topicis. Si mulier cum fuisset nupta (inquit) cum eo, quicum connubij ius non esset, nuntium remisit: quoniam qui nati sunt patrem non sequuntur, pro liberis manere nihil oportet. Ac de diuortio quidem hæc habui, quæ pro-

<sup>a</sup> I. Lucius Titius 39. in ff. D. fo. lu. matrim.

<sup>b</sup> l. 1. 4. 10. 11. & toto tit. D. de fundo dot. Iustini. in ff. ti. quib. alienare lic. vel nō. c. in Octauio ca. 34. vide Dionem l. 54. d. 1. 2. §. lenocinij. D. ad leg. Iul. de adulter. l. 2. C. eod. Paul. lib. 2. sent. tit. 26. e. l. vnica §. vlt. D. vnde vir & vxor. f. l. vl. D. de diuort. g. l. pe. eo. ti. facit l. libere. C. de oper. libere. h. l. pen. D. ad leg. Iul. de adulter. l. i. viro 40 & l. eū mulier. D. fo. lu. matrim.

babiler, si non verè (non enim hoc præstaturum esse me recepi) præter alios dicrem.

*Eodem quo actus legitimos iure ut nec per alium nec nisi pure fiant, censerit inas quaslibet denuntiationes. Indicatur suspecti ex articulo, id est, loci, apud Vlpianum duo, apud Papinianum, Imperatores & apud Ciceronem singuli. Exposita l. 3. de muri legul. lib. II. Cod. De litis contestatione. De auctoritate a tutore præstanda exposita l. 8. & l. obligari. §. pen. de auct. tut. De sententijs vel decretis iudicum. De additione bonorum ad libertates conseruandas facta: cuius modus non conditio adijcitur: exposita l. 4. §. hi qui, & §. illud videndum. D. de fideic. libert. Conditione modum significari. Modo non vitari sententiam, adoptionem, hereditatis additionem, manumissionem, nec alios actus legitimos. Hæc verba, Mortis causa conditionem non facere in donatione, acceptilatione, manumissione. Exposita l. mortis causa. D. de manumiss. Testes quidem non tamen certum testium numerum in omnibus actibus legitimis desiderari: & quid in acceptilatione. Ex ijs actibus quosdam à solis patribus familias, quosdam à liberis qui in potestate sint, nonnullos & à seruis peragi. De seruis publicis populi Rom. qui ex libertinorum corpore fuerint, inique commercij cum ciuibus & testamenti pro parte faciendi habuerint. De seruis publicis ciuitatum. De seruis qui mutationibus deputati, muliones publici dicerentur. In publicis populi Romani fuisse calatores, viatores, lictores. Bruttianos scribas & apparitores quoslibet: de quibus omnibus ex historia veteri agitur.*

C A P. X X I I I.

**N**on valde abfuerunt (meo quidem iudicio) ab actibus legitimis trinæ denuntiationes, quæ ex Claudiano S. C. antequàm id à Iustiano tolleretur, septem testibus ciuibus Romanis præsentibus fiebant ei foemina, quæ libera seruo alieno se iunxisset, post quas in seruitutem recidebat: ac de his quidem egimus lib. I. ca. vlt. ita ut domino fieri solitas ostenderemus. Hic verò id etiam libet adicere, per procuratorem seruum aut filium familiæ denuntiationes istas legitimas & solemnes peragi non potuisse à domino, sed ipsum denuntiare per se: itémque purè, ac sine conditione debuisse videri, ut effectus ille (perso-næ scilicet liberæ in seruitutem redigendæ) sequi posset: sed & illud addendum cenfeo, quod coniectura quadam ex verbis Senecæ facta non ineptè videor colligere: Denuntiationes solemnes ac legitimas olim in scripta redigi, & tabellis plerunque ob signari consueuissent: nam apud

<sup>a</sup> Senecam vide cōtro uer. 28 que est in li. 5.

optimum auctorem Gallio<sup>a</sup>, Dicitur est, inquit, illi, qui esse puer, paulum commorare, Medici vetuerunt quemquam admitti: scitis solere dicere illos, nec si pater venerit: protinus iste clamare cœpit, testor me non admitti, & tantum non tabellis signatis denuntiare. Præterea ut rectè pignus à creditore distraheretur, de quo non distrahendo conuenerat, vel quod simpliciter depositum fuerat eo non adiecto

ut

ut distrahere liceret, ter denuntiare creditorem olim suo debitori, ut pignus lueret, oportuit: ne alioqui furti obligaretur, Vlpiano & Paulo Iuriseonsultis<sup>a</sup> auctoribus: & verò creditorem ipsum, non ipsius nomine alium quempiam, ut arbitror: Denuntiare nanque testato & solemniter oportere, post Alexandrum Imp.<sup>b</sup> Paulus idem ad docet<sup>c</sup>, cum inquit, Non soluente debitore creditor denuntiare ei solemniter potest & distrahere. Denuntiare autem videtur (ut in repudio) qui testatò quempiam conuenit, suamque postea denuntiationem in scripta redactam ac testibus consignatam præsentem exhibet: aut verò qui signatas denuntiationis tabulas absenti per alium mittit: licet præsentem denuntiatum non fuerit: quam obrem quod antè diximus, per alium aut cum adiectione temporis vel conditionis denuntiare solemniter non posse: ad eas itidem trinas denuntiationes *ἡ ἀρχαία καὶ ἡ ἰσχυρὰ καὶ ἡ ἀπὸ τοῦ ἀδελφοῦ* porrigendum existimo, post quas adulteri etiam non deprehensi occidendi ius marito ex Nouella Iustiniani constitutione<sup>d</sup> conceditur: non item ad simplicem illam (cuius non adeò magnus effectus erat) denuntiationem criminis, quæ fiebat non iterum aut tertio, sed utique semel, ac sine vlla contestatione solemniter lege Iulia de adulterijs, mulieri nubere volenti, ad reseruandam accusatori electionem, ut posset & ab ea incipere accusationem: nec prius adulterum reum peragere teneretur<sup>e</sup>. Nam disertè Vlpianus<sup>f</sup> sufficere simplicem procuratoris, non interposita vlla testatione solemniter, denuntiationem tradit: & adiecit, Ergo etsi per actorem denuntiauerit, id est, per seruum dominus denuntiauerit, rata ei denuntiatio. vbi obiter moneo verba illa, Id est, per seruum dominus denuntiauerit, non esse ipsius Iuriseonsulti, sed potius interpretis alicuius, illud, Actorem (quod est homonymum) exponentis, & è glossa in contextum irrepsisse (ut sæpè fit) videri: cuiusmodi & illud circa id ipsum vocabulum esse, Actores qui aliquod officium gerunt, apud Hermogenianum obseruauit, & in aliquo<sup>g</sup> superiorum huius libri sermonum adnotare meminimus: cuiusmodi & istud apud eundem Vlpianum<sup>h</sup> alio loco, Si quis autem ingenuitatis suæ ultro in se suscipiat probationes ad hoc ut sententiam ferat pro ingenuitate facientem, hoc est ingenuum se esse ut pronuntietur. Et apud Papinianum<sup>i</sup> etiam istud, Eumque rogauit restituere hereditatem filiae suæ, id est testatoris: & in quadam Imperatorum Valentiniani, Theodosij, & Arcadij constitutione de maleficijs: Quod si quiquam ex agitatoribus, id est aurigis, seu ex quolibet alio genere hominum contra hoc interdictum venire tentauerit, &c. Illud, Id est aurigis, quod in Iustiniano codice legitur<sup>k</sup>, cum absit à Theodosiano<sup>l</sup>, interpretis esse profiteor: qualia non pauca menda sunt apud Ciceronem iam olim à nonnullis eruditissimis viris<sup>m</sup> animaduersa quæ hic adscribere non vacat. In quorum numerum hoc quoque quod statim indicabo, referendum esse iam dudum vidi: Nunc autem dico (ait idem Cicero alicubi<sup>n</sup>) Ipsum Epicurum nescire & in eo nutare, eumque qui crebrò dicat diligenter oportere exprimi quæ vis subiecta sit vocibus, non intelligere interdum quid sonet hæc vox voluptatis:

Z 3

<sup>a</sup> l. 4. de pi gn. a. & Pau lus li. 2. sen ten. ti. 5. in prin. de pi gnor. <sup>b</sup> l. 4. C. de dista. pi gno. <sup>c</sup> tit. 5. li. 2. sen.

<sup>d</sup> Nou. xij de diuor. & alijs ca. pic. §. vlt. <sup>e</sup> l. 1. qui vxori. & l. fe. & l. vim passam. §. nupta. ad leg. Iul. de adult. <sup>f</sup> l. denuntiatio. 17. §. sed et si per procuratorem. D. eod. tit. <sup>g</sup> cap. 22. su præ. <sup>h</sup> l. circa eum 14. D. de probat. <sup>i</sup> l. debitor. sub pignore. 9. in pr. D. ad S. C. Trebel. <sup>k</sup> l. 1. C. de malef. & mathe mar. <sup>l</sup> l. pen. C. The. eo. ti. m Ferrar. in Philip. v. Læbanus in 1. Acad. quæ sit. & in Bruto. Lippus l. 1. j. Var. lecti. cap. 20. <sup>m</sup> li. 2. d. si mb. bon. & mal. sub inir.

sequitur deinde illud quod spurium esse autumo, id est, quæ res huic voci subiiciatur: quod si contra quis existimet, haud equidem mea permagni refert. Sed vnde deflexi redeo. Ad exemplum Claudiani senatusconsulti, de quo egimus, ingenuam, quæ se gynæciarij vel monetarij consuetudine, post fisci solemnem denuntiationem legitimamque conventionem pollucrit, gynæciariam ipsam effici vel monetariam imperatores tradunt<sup>a</sup>. Ac de gynæciaria quidem his ferè verbis, Ingenuæ mulieres quæ se gynæciariis sociauerunt, si conuentæ denuntiationi solemnem splendorem generis contuberniorum vilitati præferre noluerint, suorum maritorum conditione teneantur. In quibus illa denuntiatione solemnem, sic interpretor, vt argumento illius senatusconsulti, & trinam esse denuntiationem, & puram (id est, sine adiectione conditionis vilius) oportere iudicem: nec per alium fieri posse concedam, quàm per fisci vel Cæsaris procuratorem, per quem etiam delata Cæsari hereditate aditionis actum legitimum peragi posse receptum est.

Litis quoque contestationes, si quis aut actum legitimorum numero adscribat, aut ex eorum certè natura metiatur, non malè sententur: cum hæc quoque olim non apud iudicem, sed (vt in iure cessiones) apud prætorem testibus præsentibus (auctore Festo li. 3. & Gellio cap. 10. lib. 5. & cap. 9. li. 20. b) quando iudicium accipiebatur, fierent: & purè quidem ac sine conditione (vt arbitror) & conceptis verbis certisque ac solemnibus formulis, auctoritate prudentum inductis, notisque compositis (quarum nonnullæ à M. Tullio primùm in oratione pro Muræna, tum deinde à Valerio Probo in notis iuris antiqui, sunt prodita) symbolis etiam conferendæ manus vsque ciuilibus ac festuariæ, quæ verbo diceretur (cum vindiciæ in iure apud prætorem contenderentur, vt Gellius refert, cap. 9. lib. 20. legèque ageretur) adhibitis. Nec mouet quod procurator siue cognitor, iudicij exercendi causa solebat dari: is enim non promiscuè antiquitus, sed in certis tantummodò causis quæ præcipuum fauorem mererentur, dari potuit, vt suo loco ad tit. de reg. iur. l. nemo alieno. demonstrauius: & verò datus, non alieno, sed suo nomine litem contestabatur: & litem contestatione dominus effectus, eam exercebat, aded vt neque (nisi causa cognita) mutari, aut ab eo iudicium transferri posset: ipsèque procurator, non qui eum constituerat, damnaretur: id quod libro primo docuimus. cap. 13.

Auam & ipse actum illum, quo tutor contrahenti, hereditatem aduenti, aut aliud quidpiam agenti pupillo suo præstat auctoritatem atque consensum accommodat, & solemnem & legitimum esse dicere: in eo si quidem illa locum habent, quæ in cæteris actibus legitimis obseruauimus: vt neque per seruum, filium familiæ, procuratorem, aut alieno denique nomine, nec sub conditione vtiliter celebrentur. Adde quod, etiam si de testatione in hoc actu interponenda, nihil à iuriconsultis exprimitur, attamen adhibitam inde possessionem comittere, quod qui auctorabatur tutor, se pupillo auctorem fieri præiens pro-

<sup>a</sup> l. 3. C. de  
muri legu.  
& gynæci.  
li. 11. & l. 3.  
& l. 10. C.  
Th. eo. tit.  
lib. 10.

<sup>b</sup> vide &  
Macrobii  
ex Cincio  
quem citat  
Cuius. ca. 21.  
lib. 9. cõfer  
uar. vbi de  
litis conte  
statione.

nuntiabat disertis verbis, vt mutus ideò tutor dari non posset (auctore Paulo<sup>a</sup>) non per epistolam aut nutu solo demonstrabat: sed ita vt nec auctoritatem tutoris ab eo qui cum pupillo contraheret, exaudiri, nec ipsum tutorem an auctor esset interrogari, quasi per stipulationem, nec esse fuisse, iuriconsultus<sup>b</sup> his verbis responderit: Etiam si non interrogatus tutor auctor fiat, valet auctoritas eius, cum se probare dicit id quod agitur, hoc est enim auctorem fieri, Quod de conditione diximus, isto Vlpiani<sup>c</sup> responso comprobatur. Et si conditionalis contractus, cum pupillo fiat, tutor debet purè auctor fieri: nam auctoritas non conditionaliter, sed purè interponenda est, vt conditionalis contractus confirmetur. vbi animaduertendum, quod ait, Purè, quo verbo non modò conditionem (non quidem tacitam sed expressam) excludi censeo, verum etiam illud significari, nec ex die, nec ad tempus tutorem auctorari posse: id si fecerit, nihil agere, nec eo magis pupillum (vt potè perperam adhibita tutoris auctoritate) obligari, veluti cum inuitus tutor, aut in rem suam contra iuris civilis regulam<sup>d</sup> auctor factus sit: Nullam enim esse differentiam iuriconsultus<sup>e</sup> ait, non interueniat tutoris auctoritas, an perperam adhibeatur. Ex quo etiam sequitur, quod Caius tradit: post tempus aut per epistolam si fuerit auctoritas tutoris interposita, nihil agi, cum tutor statim in ipso negotio præiens debeat auctor fieri vbi faciendam esse vim existimo in verbo, præfens: vt per seruum filium familiæ. aut procuratorem absentis tutoris, perperam atque aded frustra & inutiliter auctoritatem adhibitam intelligamus: cum in eam rem hoc casu necesse sit, auctorem siue rerum administratorem decreto constitui, illud autem, In ipso negotio, sic exponendum (auctore<sup>h</sup> Vlpiano nostro) etiam si perfectum sit negotium: quod ritè ac vtiliter præcedit aut sequitur tutoris auctoritas, si præfente pupillo (licet tacente aut mutò aut infante<sup>i</sup>) in continenti pureque ab ipso tutore adhibeatur: etiam si, qui cum pupillo contrahit, ipsam auctoritatem non exaudiat: rectè namque negotium geri, dummodo scriptis hoc approbetur, veluti si absentis pupillo per epistolam vendam aliquid aut locem, & is tutoris auctoritate consentiat, à Caio<sup>k</sup> definitum est: quod ita esse verum existimabimus, si tale sit negotium, quod contentu constet: ideòque per epistolam vel per nuntium contrahi possit, vt Iulianus<sup>l</sup> docet. Rursum si non in continenti, sed ex intervallo tutor auctoritatem accommodauerit, hoc est consensum (vt propriè loquamur) præfiteri suum: nihilo magis confirmabitur quod perperam gestum est cum pupillo sine tutore auctore: quoniam regula iuris<sup>m</sup> (quam ad hanc quæstionem pertinere olim ostendimus) disertè dicat, quod initio vitiosum est non posse tractu temporis conualescere, veruntamen vt in cæteris actibus legitimis receptum esse superius<sup>n</sup> admonui: sic in hoc quoque, si ex recenti tutor contractum aut cuiunque actui habito à pupillo, solemniter auctoritatem accomodet: actum equidem validatum iri crediderim ex postfacto: sed ita, vt retrò trahi non possit: sed ex eo demum tempore

<sup>a</sup> l. 1. §. muto.  
D. de  
tut. l. pe. in  
fi. de le.  
tut.  
<sup>b</sup> l. 3. D. de  
auct. tut.  
vbi Accur-  
sius. & ad-  
de. l. obli-  
gati. §. vlt.  
in verbo.  
ex audiat.  
cod. tit.  
<sup>c</sup> l. & si §.  
cod. tit.

<sup>d</sup> l. 1. in pri.  
eo. tit. cum  
simil. & §.  
vl. ead. l.  
<sup>e</sup> l. 2. r. o. ti.  
si obligari  
§. pe. eo. ti.  
lulian. in in-  
stit. §. tu-  
tor autem  
ead. tit.

<sup>g</sup> l. solet et  
iam D. de  
tutel. l. cu-  
ratorum C.  
qui date  
tutor vel  
curat. poss.  
& l. 3. C. de  
auctore à  
tut. seu cu-  
rat. dando.  
<sup>h</sup> l. si quis  
mibi bonas  
§. iustum.  
D. de adq.  
hered.  
<sup>i</sup> l. muto. 6.  
D. de tut. C.  
<sup>k</sup> d. l. obli-  
gati. §. vlt.  
<sup>l</sup> l. 2. D. de  
obli. & act.  
<sup>m</sup> l. quod  
initio. 19.  
D. de diue.  
regul. iur.  
antiq. vbi  
scripti.

<sup>n</sup> cap. 20.



valeat siue obligatio siue aditio hereditatis aut actus quicumque tutoris auctoritatem exigit, ex quo eam ritè interpositam fuisse constabit.

Forſitan & ſententiæ ſiue decreta tam pedaneorum quàm maiorum iudicium, id eſt, magiſtratum, in actuum legitimorum ordinem ac numerum referri debent: certè non valde abſuerunt ab actibus legitimis: niſi quod nulla earum certa formula fuit, qualis in actibus legitimis. Sanè licet iudices, tam Latina quàm Græcilingua ſententias hodie proferre poſſint ex imperatorum conſtitutionibus: olim tamen decreta Latine interponi oportuit, vt Iuriſconſultus Triphoninus ſcribit: qua de re diximus libro primo. Tum verò ſententiæ non valent, niſi ſolitus ordo iudiciorum in iis obſeruatus eſſet. Itaque & publice, non in ſecreto loco præſes, & præſente officio ſuo ſententiam ſuam dicere debebat, ne alioquin eſſet irrita. Ipſe autem ſiue præſes ſiue index dicere debebat: & non ſubitam, ſed habita deliberatione pòderatam formare, dein emendatam in libellum conferre, poſtremo ſcriptam ex periculo ſiue libello partibus legere. Alioquin arbitri nulla erat ſententia quam ſcriptam edidiſſet litigatoribus, ſi non ipſe recitaſſet: ſolis præſectis prætorio, cæteriſque illuſtribus iudicibus licuit etiam per officium ſuum & eos qui miniſterium ſuum eis accommodant, ſententias diffinitiuas recitare. Hiſ exeptis hunc ſententiæ proferendæ legitimum actum nemo per alium aut alieno nomine expedire: ſed neque vt ſub conditione vel ex die vel ad tempus valerent ſententiæ, ſiſ qui recitabat efficere potuit: quamuis additio bonorum (quæ libertatum cõſeruandarum cauſa fit ex conſtitutione Diui Marci vni ex ſeruis teſtamento manumiffis) hanc interdum conditionem (vt ait Valerianus) id eſt modum recipiat, vt etiam ij qui directam libertatem acceperunt, ipſius liberti ſiant: cum autem addici bona ita demum idem Imp. voluerit, ſi idoneè creditoribus cautum fuerit, de ſolido quod cuique debetur. Quærit iuriſconſultus, an caueri debeat creditoribus, & ſi addici bona: an verò ſub conditione hac ſint addicenda ſi fuerit cautum: Et putat ſic comprehendendum decreto, ſi omnia ex conſtitutione D. Marci facta ſint: quod tamen non in modum conditionis per articulum, ſi, exprimi: ſed per articulum. Quando, vel Quoniam, aut Cum (quæſi ratio decreti reddatur) arbitrer. Sic in formula bonorum interdictionis quæ fit per prætorem, hæc apud Paulum verba legimus, Quando tua bona paterna auitaque nequitia tua diſperdis, &c. denique in dicenda ſententia veteres ſiue in ſenatu, ſiue in cognitione principis, ipſi quoque Imp. opinionis etiam ſuæ rationem, vt & priuarum iudices in pronuntiando præſabantur, quemadmodum ex quibuslibet noſtrorum locis deprehendi potèſt: & ex illo Ciceronis, li. 3. de officiis. Ad arbitrium illum adègit, Quidquid ſibi dare facere oporteret, ex fide bona: M. Cato ſententiam dixit, &c. Is igitur iudex ita pronuntiauit, Cum in vendendo rem eam ſciſſet, & non pronuntiaſſet, emptori damnum præſtari oportere: & ex illo eiudem in Verrem: Itaque ſententiæ dicebantur, cum Sthenius abſens reus factus eſſet, de abſen-

a l. iudices C. de ſent. & interloc. b l. de cetera D. de te iu. c l. 4. C. de ſent. & interloc. d l. cum ſententiâ. eod. tit. e l. 2. & 3. C. de ſent. ex peri. recitan. f l. j. C. eo. g d. l. 1. in fin. h l. 4. §. hi qui ad libertatè de fideic. liberat. i l. 4. §. illud videndum. k li. 3. ſent. ti. 4. de teſ. l. l. proxi-me §. ſentè-tia. D. de iis qui in teſt. delen. l. j. denique in cognitione C. de app. l. Metrodorum D. de ti iudices in pronuntiando præſabantur, quemadmodum ex quibuslibet noſtrorum locis deprehendi potèſt: & ex illo Ciceronis, li. 3. de & in officiis. Ad arbitrium illum adègit, Quidquid ſibi dare facere oporteret, ex fide bona: M. Cato ſententiam dixit, &c. Is igitur iudex ita pronuntiauit, Cum in vendendo rem eam ſciſſet, & non pronuntiaſſet, emptori damnum præſtari oportere: & ex illo eiudem in Verrem: Itaque ſententiæ dicebantur, cum Sthenius abſens reus factus eſſet, de abſen-

abſente iudicium nullum fieri placere: quem morem Seruius quoque Grammaticus ad illud Virgilij, Quandoquidem Aufonios coniungi a ex li. 10. Eneidos. federe Teueris Haud licitum eſt, &c. his admodum verbis notauit, Bene dicendæ ſententiæ ordinem ſeruat: nam ſicut & in Salluſtio, & in Philippiis legimus, ante quàm dicatur ſententia, eius præmittitur ratio, quod hodièque in vſu eſt. Hactenus Seruius. Modum autem ſententiæ adiungi & exemplum eius quæ ſub modo prolata eſſet ſententiæ, ſuamque vim obtineret, apud imperatorem Philippum extare non diffiteor: Sed aliud eſt conditio, aliud modus: Nam & ſi plerumque alterum alterius nomen accipit: attamen re vera, modus effectum & (vt ita loquar) implementum actus non impedit, actum non differt: Conditio ſuſpedit, atque interea impedit. Quamobrem Papinianus, qui negat actus legitimos diem aut conditionem recipere: de modo non loquitur.

Adoptio, qui legitimus actus eſt, conditionem quidem non recipit, modum tamen recipere nemo negauerit: Nam ſic adoptari quis potèſt, vt vel filij vel nepotis loco ſit: & nepotis quidem, vel quaſi ex hoc filio, vel etiam ſi filium non habeat, quaſi ex quolibet incerto nati. & Adrianus Imp. Arrium Antoninum Pium ea demum lege eaque conditione addita, id eſt, ſub eo modo adoptaſſe fertur, vt ipſe ſibi duos Annium Verum, & Marcum Antoninum adoptaret, filiamque ſuam Verò, non Marco daret: vel vt ſibi Marcum Pium, Lucium Commodum ſibi Marcum adoptaret, filium Pij Verus acciperet. Denique Paulus iuriſconſultus in hac ſpecie facti, Si tibi filius in adoptionem hactenus fit datus, vt poſt triennium puta eundem mihi in adoptionem des, nullam quidem actionem eſſe ait: non tamen quia ſub modo adoptio fieri non poſſit, ſed quia moribus noſtris non conueniat, filium temporalem habere. Hereditatis item aditio, conditionem diem ve non recipit (vt apud Papinianum oſtendimus) Modum tamen recipere apparet ex eo Scæuolæ reſponſo, in quo, cum ea conditione (hoc eſt ea lege, ac ſub eo modo) heredes primo gradu ſcripti hereditatem adiiſſe proponantur, vt creditoribus non ſolidum, ſed partem dumtaxat præſtarent: libertates non in fraudem creditorum datas (quæ non aliter valent quàm hereditate adita) competere iuriſconſultus ſcribit. Manuſſioni etiam quæ vindicta fieret, olim videtur hic interdum adhibitus modus fuiſſe, vt licet à ciue manuſſus, non ciuis Romanus ſed Latinus fieret. Hodiè verò ex Juſtiniani conſtitutione (qua Latinitatis tribuendæ modi ſublatis ſunt) ſuperuacua Latinitatis adiectionem aſſerunt, & ciuem Romanum ita manuſſum, nihilominus fieri, verum eſt. Itaque ſententiam non ideò minus actum legitimum eſſe exiſtimabimus, quòd modum recipiat: ſed nec acceptilationem aut manuſſionem, quòd harum vtraque mortis cauſa fieri poſſit, & hæc verba: Mortis cauſa, ſi addantur, eos actus non vitiant: ideò eximemus actuum legitimorum numero: quaſi conditionem recipiant contra Papiniani regulam. Etenim non negat iuriſconſultus quin tacitam actus legitimi conditionem recipiant, imò verò diſertè id aſſerit: Donatio

b l. 5. C. de ſent. & interloc. c l. Marcia D. de man. teſt. d l. c. ff. ne- pos. l. ſi quis nepo- tem l. ſi is qui. l. ſi pa- terſa. §. qui duc. l. ad- optare. l. adoptionem. l. ſi is qui nepotem. D. de ado. e vide Spar- riam in A- driano & Alio Verò Capitol. in Antonio philoſ. & Verò. & i- tē Xiphili- num. f l. queſtū D. de ado. g l. primo gradu. D. quæ in fraud. ere. h l. vnica §. illo procul dubio. C. de Latina liber. rol. i l. quod debitori. l. mortis cau- ſa 31. §. Iu- liano. & §. vl. l. ſenat. §. ſi duo- bus. D. de donat. cau- mor. l. mor- tis cauſa 35. D. de ma- numiſſ.

verò causa mortis omnino (quòd ad verba quidem attinet) pura est non conditionalis: sed quæ vel statim quidem effectum habeat, adeòque tam re quàm verbis pura sit, sub conditione autem solvatur atque reuocetur: vel quæ pendeat potius ex tacita conditione, quàm statim valeat: ideòque solis verbis pura sit, eius tamen euentus in tempus excurrat, quo donator moriatur: atq; hoc quidem genere donatio inter vi- rum & vxorem recepta est, quoniam res quæ donatur interim non fiat statim eius cui donata fuerit, sed tunc demùm cum mors intersecuta est, eius statim fiat: ita scilicet vt morte secuta reducatur, id est, retrò trahatur donatio, ad id tempus quo interposita fuerit (vt iurisperiti varii in locis tradunt<sup>b</sup>) atque adeò ex postfacto statim valeat, & (vt ait Paulus<sup>c</sup>) in præteritum valuisse declaretur. Acceptilatio quoque omnis, etiam quæ causa mortis sit, pura est, sed vel statim effectum capit, conditione autem subsequuta reuocatur: vel pendet interim, sed ex postfacto (existente tacita conditione vel mortis vel alius cuiuslibet rei) confirmatur & retrò trahitur<sup>e</sup>. Manumissio autem facta causa mortis, non idèd minùs pura est ( quantum quidem ad verba spectat ) quod sic datam libertatem seruo intelligere non possumus, vt statim quidem liberis fiat, sed esse definit si dominus postea conualuerit, propterea quod libertas semel præstita non sicilè reuocatur, vt antè diximus: sed mortis causa factam manumissionem ita interpretamur, quasi manumissor in extremum vitæ suæ tempus libertatem (quod nominatim facere non potuit) tacitè conuulerit, adiciendo illud, Mortis causa: quod hanc quoque tacitam conditionem continet, Si manumissor in eadem voluntate permanserit. Libertatem etenim, causa mortis datam reuocare potest, cum interim pendeat, neque nisi priùs intersecuta domini morte conualeseat. Hoc igitur casu pura manumissio mortis causa facta, ita demum tacita mortis manumissoris conditione subsequuta confirmatur, si alia quoq; condicio expleta sit, quæ huic verbo, Mortis causa, tacitè inest: vt manumissoris domini voluntas eadem ad supremum vitæ ipsius vitæ spiritum durauerit: confirmatur autem adeò ex postfacto, vt ad id quoque tempus quo expedita est, reducatur. Atque hoc quidem est ( nisi fallor ) quod alicubi Marcellus<sup>f</sup> obicitur ( vt lolet ) tradidit. Ex quo intelligimus manumissionem & alios actus legitimos, licet expressa conditione vitentur, tacitam tamen recipere, vt interim in suspensio sint, ex postfacto autem non fuisse, sed statim valuisse intelligantur. Quod enim idem auctor ait, Si vindicta quis idèd quia se moriturum putet, seruum liberet absolutè ( hoc est purè ac simpliciter non addito illo verbo, Mortis causa ) nihilominus mortem manumissoris expectari, sic quoque accipi debet, vt non antè confirmetur libertas, quàm intersecuta mors manumissoris fuerit: attamen retrò trahatur ad tempus impositæ libertatis confirmatio, quemadmodum eo casu, quo seruus libertatem acceperit ab eo, qui seruum hereditarium manumittere, ac liber esse iussus est: de qua facti specie à Labéone<sup>g</sup> proposita, superius tractatum fuit. Quibus omnibus contentaneum hoc quoque est, quod modo subiciam, in specie

a l. j. si reuocetur. D. de don. l. 2. ver. a. l. iam. D. de mort. cau. don.

b l. si eum v. xoti. in. l. quia l. sed inter. rim. & l. si is si tu. D. de don. in. ter vir. & vxor. l. si mortis cau. fa. 40. D. de dona. cau. mor. tit.

c Qui res. D. de solu. d. l. quod debitori. D. de don. cau. mor. e. l. licet so. leat. D. de iure dot.

f d. l. mor. tis cau. D. de manu. miss.

g l. maff. 20. s. j. D. de cõd. in. tit.

ei scilicet proposita, siue manumissor illa verba, Mortis causa, expresserit, siue non, sed idèd tamen, quia moriturum se putet, inter viuos vindicta manumiserit: seruum non statim fieri liberum: sed vi ipsa (quamuis nulla conditio expressa sit) statuliberum intelligi: quemadmodum eum qui fraudandorum creditorum causa manumissus est, vt Paulus<sup>a</sup> ait: nec tantùm testamento, sed & inter viuos ita manumitti quem posse, vt non protinus liber, sed statuliber sit: quamobrem in definitione statuliberi iurisperitus idem generaliter loquitur, nec testamenti meminit: & quod in vetustis glossis legimus, Statuliber, ἐλευθέρωτος, ἄνευ καὶ ἐξ ἄνευ αὐτοῦ, sic, quasi celeriter dictum, accipiendum esse cenfeo: quod plerumque testamentaria manumissione (quæ vel tacitum vel expressum tempus, aut conditionem recipit) fiat statuliber: non quin & inter viuos facta manumissione cui non quidem expressa rectè adiciatur, sed inesse tacita potest conditio, tacitumque tempus, vt cæteris actibus legitimis fieri statuliber queat: quod valde notandum est.

Ex actibus autem legitimis, nulli sunt qui testium præsentiam non requirant, vt ex iis, quæ suprà diximus, apparet. Nec mutat quod apud Paulum legimus<sup>b</sup>, emancipari filium à patre quocunque loco posse, vt exeat de patria potestate: nam etsi alibi quàm pro tribunali, etiam à procedente magistratu, & in transitu ( cum aut lauandi, aut gestandi, aut ludorum gratia prodiderit is apud quem legis actio est, prætor aut proconsul legatusve Cæsaris ) etiam in villa, vt seruus manumittitur<sup>c</sup>, sic filiusfam. emancipari, vel in adoptionem dari possit: attamen non tam secreto in loco hi actus expediri debent, vt non adsit testium præsentia, Enimuerò scribit Caius<sup>d</sup>, emancipationem ante præsidem fieri solitam, modò ante curiam faciendam esse, vbi quinque testes ciues Romani in præsentia erunt, & pro illo qui libripens appellatur, id est, stateram tenens, & qui Antestatus appellatur, alij duo, vt septem testium numerus impleatur. Denique Vipianus emancipationem, nisi præsentibus testibus, non iure factam satis innuit, cum post mortem filie suæ (quæ vt materfamilias, quasi iure emancipata vixerat, & testamento scriptis heredibus decessit) aduersus factum suum, quasi non iure eam, nec præsentibus testibus emancipasset, patrem mouere controuersiam prohiberi scribit<sup>e</sup>, nam cum patri non licere tradat factam à se emancipationem quasi minùs solemnem retractare, quemadmodum neque manumissori conceditur, aut eius heredi, libertatem semel præstitam reuocare, quod sit in fraudem creditorum aduersus legem Æliam Sentiam imposita, vt ab Alexandro rescriptum est: apparet ex eo, posse vel ipsum patrem à se non factam emancipationem dicere (vt apud Africanum<sup>f</sup>) vel alium, ad quem ea respertineat, quælibet, quòd non iure nec præsentibus testibus celebrata fuerit, arguere, etiam post quinquennium: Quod enim constitutum est ( fauore scilicet libertatis ) post quinquennium de statu defunctorum quæstionem incipere non posse, ad speciem emancipationis, iure necne persecta sit, minimè pertinere Gordianus princeps rescripsit<sup>g</sup>: licet per

a l. j. in fi. de statuli.

b l. emanci. pati. 36. de adopt.

c l. non est. & l. seq. D. de manu. vind. d. l. priore. in fi. 6.

e l. post mortem. 25. D. de ado.

f l. si credi. toribus. C. de ser. pig. da. manu. g l. decessit. D. de Car. edic. h l. 5. C. ne de statu defu. post quinq. queratur.

emancipationem filius manumissus, quodammodo liber effectus esse videatur. Sanè si patiente patre filius diu, quasi paterfamiliàs egerit, non facillè in patris potestatem reuocatum iri crediderim. Igitur in quibuscunque actibus legitimis, siue apud magistratum expedirentur (vt adoptio, manumissio, emancipatio) siue inter priuatos sine magistratu (quemadmodum hereditatis aditio, acceptilatio, matrimonium) quando non tabulis, licet per tabellionem conficiendis, sed solemnis iuris ordine peragi solebant: testes rogari & adhiberi antiquitus necesse fuit, proinde atque in testamentis ac diuortijs: quamuis alioquin ad fidem rei gestæ faciendam, Pomponius testem intelligi, etiam eum qui non sit rogatus, definiat. Cæterum in testamentis quidem æ diuortijs septem numero marès, & puberes, & ciues Romani, & integræ sumæ æ existimationis, & qui non essent in eius potestate, quæ eum in potestate non haberent, qui testamentum aut diuortium faceret, aduocabantur: Testis idoneus pater filio, aut filius patri non erat: quia nullus idoneus testis intelligitur vel in re sua, vel si ei imperari potest vt testis fiat, vt iuris consulti tradunt. In alijs actibus legitimis velut optione, datione tutoris aut curatoris, hereditatis aditione: acceptilatione, connubio, ac reliquis, vbi numerum testium legitime & ge proditum non habemus, etiam duos olim suffecisse, eum Vlpiano defendimus, quoniam pluralis elocutio, duorum numero contenta sit: nisi quod in nuptiis quidem certum testium numerum olim adhibitum argumento est, illud beati Ambrosij\* ad virginem lapsam, Nam si inter decem testes confectis sponsaliis, nuptiis consummatis quæuis viro foemina coniuncta mortali, non sine magno periculo perpetrat adulterium, &c. verum enim uerò illa ratione commoti, eum in actis conficiendis aut precibus imperatori offerendis certum testium numerum requiri, nulla constitutione sit proditum: plerique autem actus legitimi apud acta hodie, aut oblato principi libello peragantur, vt adoptio, emancipatio, manumissio, testamentum, & si qui sunt alij similes: in his ita expediendis hodie nullam testium certorum adhibitionem, seu conuocationem esse necessariam, sed (ad probationem aut emancipationis aut alterius rei gestæ) vel actorum tenorem, vel (si non existat) alias probationes, vt puta instrumenta, itémque duorum neque adhibitorum aut ad hoc rogatorum: sed qui vel fortuito interuenerint, sufficere testimonia credimus, Actorum etenim interitu, veritatem conuelli non solere ab imperatoribus rescriptum est. Veruntamen ad acceptilationem quod attinet, eum ea (vel ipso Vlpiano teste) solutioni comparetur: non aliter hodie valebit (vt opinor) eius pecuniæ (cuius obligatio scriptura continetur) acceptilatio, nisi vel in scripturam ipsa quoque redigatur, vel adhibitis & rogatis quinque testibus peragatur. Et enim ex constitutione Iustiniani, eius pecuniæ (quam esse debitam scriptura constitit) solutio non aliter probari potest, nisi vel securitas in scripturam redacta sit) vel quinque testes idonei & summæ atque integræ opinionis præsto se adfuisse solutioni celebratæ, sub iurandi religione affirmauerint. Quam constitutionem imperator

a l. si filius. 8. D. de ad opt. l. pen. D. si quis a patr. fa. ma num. b l. j. C. de pat. potest. c l. 4. in fi. D. de fide instr. l. 4. C. de ado. d l. here des palam s. in testa mentis D. qui testa. fac. poss. e l. nullum D. de di uortijs. f l. ad fide. r. D. de te sti. g l. 9. nullum D. de di u. l. qui testa mento & ge per totam. D. de test. l. seio. l. re petundarum l. pater. D. de te. neu. 90. de test. s. & licet. vide Vlpia num. Inst. ti. 20. de te stam. s. qui in potesta te & s. seq. h l. idonei 6. l. testis. & l. seque. D. de test. i l. vbi nu merus. D. de testib. k cap. 5. l. eman cipatione. C. de fide instrum. m l. no so lu. 7. s. j. D. de li. leg. n. l. testium facilitat. C. de testi.

idem Nouella sua sic approbavit, vt quemadmodum in testamentis, hie quoque testes integræ frontis & existimationis illæ rogari, atque ad ipsam solutionem aut eius iam factæ mentionem in posterum afflu mi velit.

Acceptilationem igitur (qui legitimus actus est) itémque aditionem hereditatis & optionem, vt filius fa. ita seruus (ex persona videlicet do mini æstimatus) sed & mancipationem rectè suo nomine peragit: & idèd Vlpianus, si quid mancipio acceperit, is quem in mancipio habemus (hoc est seruus) aut traditum ei sit, vel stipulatus fuerit, ad nos pertinere scribit. Non tamen idèd actus alios legitimos, in quibus mancipatio interuenit, aut seruus aut filius fa. rectè peragent: quoniam id ratio ciuili non patitur: ergo nec in adoptionem dabunt, nec emancipabunt, nec sibi adoptabunt, qui naturales filios in potestate non habent: eum in aliena ipsi potestate sint: sed neque patris fa. nomine adoptabunt, ne hac ratione per adoptionem sibi fratrem faciant (quod nec apud peregrinos quiscquam potest) nec testamentum siue per mancipationem siue alia ratione, aut suo aut patris fa. nomine facient: Alieno tamen nomine filius fa. & patri non sibi, siue in ecclesia, siue apud eum qui legis actionem habet, siue apud acta manumittet (hoc enim libertatis gratia fauorabiliter receptum est) seruus autem nec domino, nec sibi, vt antè ostendimus.

Sunt & alij quidam actus legitimi, quorum factionem filius fa. non seruus habet: vt puta si magistratum gerat filius fa. & auctoritatem præbendo mancipare, in iure cedere, aut adoptare, emancipare, manumittere uolentibus: & tutorem aut curatorem dando, & sententiam proferendo iudex lege aget, suo scilicet nomine: quia, quod ad ius publicum attinet, filius fa. pro patre fa. habetur, neque ius potestatis sequitur. Sed & in alijs quibusdam, quæ de iure publico non sunt, lege agit filius fa. quod seruus non potest: sic nubit filia fa. & in domum viri deducitur, consensu & auctoritate parentum: sic filius filia ve familiàs diuortium facit, & nuntium ac libellum repudij mittit, non ipse nisi forsitan furiosi nomine pater: quæ omnia in seruo locum non habent, cui connubij, ac proinde diuortij ius non est, ac multo minùs honorum & magistratuum aut vilius ciuili & publici muneris.

Sanè eum seruitus quædam sit priuata, quædam publica, idèdque apud Plautum, Tyn. Optimum (inquit) atque æquissimum oras, optumúsque hominum es homo: Sed is priuatam illie seruitutem seruit, an publicam? Eg. Priuatam medici Menarchi. & alicubi Æschines i. 7. 7. εν δὲ τῆς ἑστῆς τῆς πικρῆς ἀνδρῶν ἰσχυροῦς δημοσίου οἰκίτης τῆς πόλεως. Ij serui, latè sumpto vocabulo, publici nominantur, qui (licet seruitute liberati manuque missi fuerint) ministerium tamen publicum aut magistratibus aut sacerdotibus exhibent: qui ex libertinorum corpore plerumque sumebantur: sic enim Tacitus libr. 13. Annal. Quippe latè fufum id corpus: hinc

a Nou. c. 61. 90. de res. s. & licet vade supra est Aurh. Rogati. C. de testib. b tit. 19. de do. & adq. re. in frag. Inst. c arg. l. mulierem. C. adoptio. s. Forminæ. Inst. eo. tit. d l. nec apud peregrinos C. de hered. inst. e l. ille a quo. in fi. & l. seq. D. ad Trebel. facit. l. amissione. s. vi. D. de capi. min. f l. 23. l. si nepos. 9. l. si ira pater. 10. D. de ritu nupr. g l. si filia 65. D. de solut. h Capitei. uis. a. 2. s. c. 2.

plerumque tribus, decurias, ministeria magistratibus & sacerdotibus, cohortes etiam in vrbe concriptas, &c. Itaque (meo quidem iudicio) de libertino (qui rectè seruus, ex opinione Chryssippi, *ἡ τὸ εὐδαιμονίου* *ἑίρου μὲν δούλου ἔτι ἐστίν*), [id est, eo quod manumissi serui adhuc sunt.] ab Athenæo relata, nominatur accipi debet, quod seruum publicum prætorisve, aut (vt noster Cuiacius legit) pop. Romani, parte dimidia testamenti faciendi ius olim habuisse, Vlpianus in institutionibus tradit. Cuius serui meminit, ex veteribus Varro, quodam loco: de quo, vt suam nuper docti aliquot viri, sic ipse meam (quod non eadem est) opinionem aliquando proferam. Ex recentioribus verò, Capitolinus, vbi de senatusconsulto tacito: Ita vt non scribæ, non serui publici, non censuales (inquit) illis actibus interessent, senatores exciperent, Senatores omnium officia censualium, seribarumque completerent, ne quid fortè proderetur. Atque hunc quidem seruum publicum eundem fuisse arbitror, cum eo qui olim actor publicus etiam dicebatur, de quo apud Tacitum. Igitur actori, siue seruo publico pop. Rom. ius erat testamenti pro parte faciendi Romanis legibus: quamuis ipse non ciuis Romanus, sed tantum liber esset (vt puta non solemniter à ciue, sed à peregrino forsitan manumissus, ac proinde peregrinæ conditionis) huic igitur peregrino commercium, quod iuris ciuilibus fuit (hoc est ius mancipationis) pertinde olim datum esse, ac Latinis colonariis Latinisque Iunianis (qua de re apud Iulianum f agitur) & non modò cum ipso, vt cum illis, sed hoc amplius & ipsi, non item illis, faciendi Romano ciuili iure testamenti facultatem (sed pro parte scilicet) fuisse arbitror: quod ius alij quoque libertini ciues Romani nec serui publici, olim habuere, qui testamento facto sine liberis decedentes, dimidiam patrono relinquere, ob quandam societatis imaginem, cogebantur ex edicto: de altera pro arbitrio decernere poterant. Placuit hoc testamenti legibus Romanis pro parte faciendi ius, equidem seruo publico ciuitatis (nisi fortè manumisso solemniter, & ciui Romano) competiisse non crediderim: de quo, itèmq; de persona publica in Iustinianeis libris frequenter agitur: quemque actorem etiam publicum Plinius in epistolis nominat, quod is actum videlicet reipub. gereret, vt imperatores docent: sed & per publicos ciuitatum seruos asseruari solitas in prouincia Bithynia custodias idem Plinius ad Traianum scribit. Fuerunt & alij serui publici posteriorum imperatorum temporibus, qui cursui veloci & clabulario deieuebant, mutationibus deputati, qui & muliones publici dicebantur: quos mutari vel subtrahi à quoquam Imp. Arcadius & Honorius pœna proposita, vel à iudicibus liberari vetant: liberatos verò (licet senes, aut debiles) cum vxoribus suis & omni peculio atque agnatione (id est filius ex se natis) retrahi constitutione suam præcipiunt: hos etiam testamenti pro parte faciendi ius habuisse, nec reperio, nec arbitror, sed seruos tantum populi Romani publicos. At qui, vt in municipiis & ciuitatibus publici serui

a lib. 6. de  
 b tit. 10. de  
 test. in in  
 sti. fragm.  
 s. ult. vbi  
 Cuiac.  
 c lib. 7. de  
 lingua La-  
 tina ad fi-  
 nem.  
 d in Gor-  
 dianis.  
 e lib. 3. ibi.  
 Seruos  
 quoq; Sil-  
 lani actor  
 publicus  
 mæcio ac  
 ceperat. &  
 li. 2. Callid<sup>o</sup>  
 & noui iu-  
 ris reper-  
 tor Tibe-  
 rius manci-  
 pari singu-  
 los actori  
 publico iu-  
 bet.  
 f in fragm.  
 regular. 11.  
 29. de do-  
 minis.  
 g 1. j. & to-  
 20. tit. D. de  
 bon. liber.  
 h. non ali-  
 ter. 18. D.  
 de adopti.  
 l. 2. D. de  
 pup. sal. fo.  
 l. 3. C. de ta-  
 bul. l. 1. no. 5.  
 cū autem.  
 inst. de ad-  
 opt. l. vi.  
 D. quod cu-  
 ius vnuer.  
 nom. l. in  
 tatum. 5. j.  
 de ter. diu.  
 l. vi. de ma-  
 numis. que  
 seru. ad v-  
 niuer. pert.  
 impo. l. i. c.  
 l. Caius 11.  
 D. de vfu-  
 ris. l. j. C.  
 de seru. rei  
 pu. manu-  
 i. li. 7. epi-  
 sto. in epi-  
 ad Caniniū  
 que inci-  
 pit. De li-  
 beras. ibi  
 agrum ex meis longe pluris actori publico mancipauit. k l. 1. & 2. ne quis lib. inuid. ad ge-  
 nere cogat. l. i. cod. l. lib. 10. epistol. m l. si quis mulionem. 8. tit. 5. de curia publi. 8. C. I heo.

serui duplicem vsum præstabant, & ad iudicia resque forenses, tum ve- ro etiam ad sacra, hi qui ministri publici dicebantur (teste M. Tullio) Latini quidem: hi qui Martiales appellabantur, ministri publici Mar- tis: atque ei Deo veteribus institutis religionibusque Larinatum con- secrati, qui in Martis familia numerarentur: vt in Veneris familia Sici- lia, qui dicebantur Venerij: sic & in vrbe Roma, Serui publici (qui aut sacerdotibus aut magistratibus populòque officium & ministerium exhiberent) nominati sunt: de quibus accipiendum illud Liuij, Pontia gens (ait) cuius ad aram maximam Herculis familiare sacerdotium fuerat, seruos publicos ministerij delegandi causa solemniter sacri docuerat. Itèmq; illud Taciti, lib. 17. Piso in ædem Vestæ peruasit, exceptusque misericordia publici serui, & contubernio eius abditus, non religione nec ceremonis, sed latebra imminens exitum differe- bat, &c. postremò illud etiam, siue Suetonij siue Plinij, ex lib. de viris illustr. de Appio Claudio, Pœtitiis Herculis sacerdotibus pretio corrup- tit, vt sacra Herculei seruos publicos edocerent: vnde cæcatus est. In quibus eos numerari fas est qui olim Calatores, à calandis, id est, con- uocandis comitiis euriatis & centuriatis dicebantur: siue lictores es- sent, siue cornicines, vt ex Labeone Gellius refert: cap. 26. lib. 15. Nam in veteribus glossis calatores, non modò κλητῶρες, ἀντιβασταί, ἱεραὶν ἀει- παλοί, sed etiam δούλοι δημόσιοι nominantur, hoc est serui publici: qui tamen libertini erant, vt ex Taciti loco illo, quem antè adduximus, ap- pertum & clarum est: Sanè Cornelij cuiusdam Epicadi illustris gram- matici, qui libertinus & calator fuerit, Suetonius in lib. de illustr. gram- mat. in hæc ferè verba commemorat, Cornelius Epicadus L. Cornelij Syllæ Dictatoris libertus calatorque sacerdotio augurali, filioque eius Fausto gratissimus fuit: quare nunquam non vtriuque se libertum e- didit. Et calatoribus igitur vt pote publicis pop. Romani seruis testa- menti parte dimidia faciendi ius fuisse crediderim. An viatoribus et- iam atque licitoribus, per quos lege agitur? Arque hos etiam liberti- nos, non modò sub Imperatoribus ex illo Taciti loco, verum etiam stante republica fuisse, isto ex Hirtij lib. 1. de bello Alex. loco intelli- gimus: in quo de coniuratione in Q. Cassium legatum, Cassius eos qui nominati erant consocij cædis iubet comprehendi, & cæt. nec diu mo- ratur dolorem iuum, quin eos interfici iubeat. Minucium libertis transdit exerceiandum, item Calpurnium Saluianum, qui profiteretur indicium &c. Eisdem seruos publicos vocari constat: Cicero, Philip. 13. Quos Antonius (ait) deliciarum causa loris in conuiuio cædi iube- bat à teruis publicis: vbi perperam eruditi quidam, Suis publicis, restitu- unt: quos equidem non sequor: Velleus Pateregulus, libro 2. Iniecto (in- quit) in collum loro in carcerem Minturnensium iussu II Viri produ- ctus est, ad quem interficiendum missus cum gladio seruus publicus natione Germanus, &c. Eadem de re Valerius Maximus, lib. 2. cap. 5. vbi de Marco, Missus enim (inquit) ad eum occidendum in priuata do- mo Minturnis clautum, seruus publicus natione Cimber, & senem & inermem & squalore oblitum, &c. Bruttianis profectò qui & si libera

a li. 9. vide  
 Valc. Max.  
 cap. 2. li. j.

essent, magistratibus tamen in prouincias euntibus, parebant & præministrabant seruorum vice, ἐξ ἧς δημοσίας ὑπηρεσίας (vt ex Appiano diximus libro superiore cap. 8.) illósque sequebantur, tanquam in scenicis fabulis qui dicebantur Lorarij: & quos erant iussi, vinciebant aut verberabant: quod autem ex Brutiis essent, appellati sunt Bruttiani (vt Gellius lib. 10. cap. 3. Catonis locum explicans docet) facultatem testamenti Romano iure (saltem pro parte) faciendi, ante ciuitatem Italiæ datam, fuisse censeo. Itémque scribis & cæteris ad quos, propterea quòd magistratibus aut (quod ait Cicero pro Cluentio,) quæstionibus apparère, sicuti lictores, atque (vt Suetonij in lib. de illustr. gramm. vbi de Orbilio, verbo vtar) apparituram facere dicebantur, seruorum quoque publicorum nomen pertinuit, cum apparitores magistratibus atque ad eò reipub. ministrarent: quam obrem in veteribus glossis, Apparitores, ὄνομα δὲ αὐτῶν εἶσι τῶν ὑπηρετῶν ἧς ἀρχοῦσι ποροσέδρευοντες ἐκείνων, exponuntur.

Hæc de actibus legitimis, copiosius atque intentius à me disputata sunt, dum propositi consummandi desiderio cum materia difficili solus, omni que nostrorum hominum auxilio destitutus, contendo & vinci nolo. Sed erunt fortasse quibus operose nodos soluisse videar, quos ipse vt soluerem fecerim, atque ita friuoli operis arguar: verùm si habent aliquam voluptatem ea quæ acumen ingeniorum & intentionem excitant: hæc itidem nostra,

(si quis tamen hæc quoque si quis

Forte leget-) eruditò nemini futura esse diuidiæ spero: tantùm vereor, ne (directariorum in morem) huc se clanculum insinuet quipiam, ex illo prophano vulgo, ex illa sophistarum illiteratorum familia: nam istos quidem etsi non magis quàm vana genus rabulas atque cauidicos euro, vtrorumque tamen aspectum, siue certo animi iudicio, seu proprio quodam & peculiari meo more, iam pridem refugio: ita nec illi tua profectò nobis, nec verò nostra nos ipsis approbare vnquam possimus. Quam obrem, si sapiant, suos ab his libris oculos manúsque suas (donec meliorem ipsis animum Deus dederit) semper abstinebunt.

Scriptorum librariorum errore aliud cogitantium, Verba ex præcedentium aut sequentium similitudine iterata, omnes necessarios apud Iuriseonultos: Emendata l. 2. §. Senatus. D. de iure fisci: & exposita. Disputatum de electione l. 10. §. vlt. D. de appellat. l. 66. de condi. & demonstr. l. 55. §. qui fideicommissam. ad Trebell. l. 11. de damn. infect. l. 4. Ver. Tutor. D. de re iudic. Tentatur emendatio l. 19. Ex quib. caus. maio. Castigantur etiam l. pignoris de pigno. l. 13. de vsur & Papiniani ex fragm. Pithæanis locus illustratus & emendatus, §. Index l. 13. D. ad leg. Jul. de adulter. & ibi, quatenus quando ve criminum vel delictorum compensationi locus sit: & Rei vocabulum esse πολύσημον ostenditur. Restituta lectio vera in l. A. C. ad leg. Jul. de adult. Apud alios auctores assimilata menda indicantur

tur atque corriguntur: Apud Censorinum, Lampridium, Mamertinum, atque Claudianum. Præterea duobus apud Ciceronem locis, ad Atticum & pro Milone: itémque ex codice vetusto apud Sidonium. Ex Græcis verò apud Synesium, Eusebium, Diodorum denique Siculum duobus locis, ex libr. 13. & lib. 35. ibique de prudentia, Imperatoria virtute agitur: & quibus eam vocabulis Græci designent, ad extremum ostenditur.

## CAPVT XXV.

Hinc etiam sophistas illiteratos faceffere, gradumque, quantum potest, accelerare cupio: ac nisi iam toties admoniti, exemplò paruerint, ne illi aliquid à me, quod nollent, auditori sunt. Etenim cuiusmodi existimabuntur ista, bonarum certè literarum studiosis, rectumque ad iuris prudentiam iter ingressis trado: vt, qui nostra vti opera sciunt, voluntque, ipsis vltro hanc deferam: & compluribus nostrorum librorum locis emendatis, non minima ex parte laborem illorum alleuem, ingeniumque adiuuem. Enimvero, quamuis literæ syllabæque scribentium cogitationem non exigant (vt apud Quintilianum li. 5. Institut. orator. cap. 10. in fine est) attamen sæpe non literas modò, sed syllabas inter scribendum aut permutare aut præterire communis hominum error est, quo non caruisse Octauium Augustum Suetonius in Octauio. cap. 88. refert. Quinetiam accidit scribentibus non semel, iis præsertim quibus variarum rerum cogitatione animus distrahitur, atque à sententiâ suspensus curis maioribus aberrat, verbo vno posito, si alterum scribendum sit, mendosè vt illud aut membrum nonnunquam integrum repetant: & vice versa, vt ex quadam anticipatione, vocabulùm quod paulò post apponendum mente præceperis, id statim ac præproperè alieno semel, & suo postea loco inferas. Cuius erroris cum ex me quotidie periculum faciam, propterea facilius à me ipso veniam impetro, quòd non scriptores modò librarios, verùm ipsos quoque forsitan librorum iuris aliarumque literarum auctores bonos ac vetustos, in eum sæpius quàm ex vsu nostro foret, incidisse reperio. Id quod his potissimum exemplis, quæ animo succurrunt, demonstrare constitui.

Apud Callistratum libro 2. de iure fisci leguntur hæc fere, Quotiens tamen delator adesse iussus cessat, nec hoc fraude possessoris factum esse probatur, Diuus Adrianus rescriptit, secundum possessorem pronuntiarì oportere, vt sententiâ comprehendatur, etiam delatores id edito comprehendisse. Postrema hæc verba, neminem esse hominem puto, qui satis intelligat. Accursius profectò mirum in modum se in eorum interpretatione torquet: nec iniuria, cum de vulgata lectione (quæ à Florentina non discrepat) immutandum quidquam esse, ne suspicari quidem aut potuerit, aut fas esse crediderit. Nobis aliter videtur. Nam cum variæ sint causæ ex quibus nuntiatio ad fiscum fieri solet: a facta, vel delator & possessor edictis euocati ambo cessant, quo casu

a l. 2. §. Senatus D. de iure fisci.

b l. j. in prin. D. de iure fisci.



a d. s. fena  
 rus in pri.  
 b l. fenatus  
 15. in prin.  
 cod. tit.  
 c l. res quæ  
 22. §. vi. eo.  
 tit.  
 d d. l. fena  
 tus. 15. §.  
 quod si tri  
 bus. l. Ar  
 rianus. 42.  
 §. vi. eo. ti.  
 e d. l. 2. §. fe  
 natus.  
 f d. l. fena  
 tus. 15. §.  
 Diuus. D.  
 de iur. fife.  
 g d. §. vlt. l.  
 Arrianus.  
 cod. tit.  
 h d. l. fena  
 tus. §. quod  
 si tribus.  
 cod. tit.  
 i l. quoties  
 40. in fi. D.  
 de obli. &  
 act. vt ap  
 pareat ex l.  
 1. D. de vi  
 bon. rap.  
 quæ sunt  
 ex eo. lib.  
 k l. est pro  
 curator. 6.  
 §. quamuis  
 D. ad Sylla.  
 l. diui. §. j.  
 §. te d. §.  
 quod si is  
 qui. D. deli  
 be. cau. l. 2.  
 §. fenatus  
 l. fenatus  
 censuit 15.  
 §. quod si  
 tribus. D.  
 de iur. fife.  
 H. Diu. D.  
 de in inte.  
 rest. l. &  
 post editu  
 de iud. l. 20.  
 si is cui quo  
 D. de. diui.  
 l. qui repu  
 diantis. in  
 fi. de inof.  
 test. l. fena  
 tus 15. §. Di  
 uis l. Arria  
 nus 42. §. j.  
 de iu. fifei.  
 m vide apud Gellij cap. j. lib. 11. & ca. 4. lib. 16. Lium, li. 25. vbi Plebesciuit, si M. Posthumus ante ka  
 lend. Maias non prodisset, citatusque eo die non respondisset neque excusatus esset, videri eum in ex  
 ilio esse. Valerium lib. 6. cap. 3. vbi. de M. Curio, Curium iussit, neque eo respondente bona adolescentis  
 hostia subiecit n libro 55. Basil. titul. 2.

locus est senatusconsulto de quo agitur ab ipso Callistrato a: vel alter  
 uter non adest: & rursus, si delator, aut abolitionem petit, & locum  
 habeat ea S. consulti de finitio, de qua Iulianus b mentionem facit, cum  
 liberum arbitrium desistendi ei qui de tulit non detur c: aut possessoris  
 fraude ad editum non respondet, aut sine possessoris dolo tribus edi  
 ctis a præfecto ærarij adesse iussus cessat & venire non vult: utroque  
 casu, quod ad delatorem attinet, placuit senatui tantum ab eo exigi  
 quantum apud ærarium ex ea causa quam detulerat remanere oportere  
 si professionem suam impleset d. Itaque fideiussores delatoriste  
 neri, & ei postea publicam causam defendendi ius adimi e, & ita intel  
 ligendum quod Adrianus rescripsit, eandem poenam delatorem ferre  
 debere, si citatus ad editum non responderit, qua teneretur si causam  
 non probasset. De possessore autem, si eius quoque fraus apud præfe  
 ctum conuicta fuisset, ab eo quod conuictus inferre debuisset, exigi se  
 natus voluit. Si fraudem non fecerit possessor, & tribus edictis a præ  
 fecto ærarij adesse iussus delator venire noluerit, secundum possesso  
 rem esse pronuntiandum senatus Adriani temporibus (Iuliano teste h)  
 censuit. Noster Callistratus addit hoc casu ex Adriani rescripto, secun  
 dum possessorem pronuntiari oportere, ita vt sententia comprehen  
 datur etiam delatores id edito comprehendisse: qua ex clausula nullus  
 (quantum iudico) sensus idoneus elici a quoquam potest. Equidem e  
 lapsus esse decennium integrum, aut eo amplius arbitror, cum esse  
 mendosam cœpi credere, itaque castigandam conicere, vt, quoniam  
 ex illo. Comprehendatur, quod antè positum fuerat, istud, Compre  
 hendisse, scriptor librarius memoria lapsus vitiosè repetierit: eius ver  
 bi loco, aut Comparuisse, aut Respondisse, aut aliud (cui tamen vis ea  
 dem subiecta sit) restitui: sed & pro, Etiam, vel Citatum, vel (quod i  
 dem est) Vocatum, vel Euocatum: pro, Id autem, abnutium articu  
 lum, aut (quod alio etiam loco i faciendum esse didici) vocabulum,  
 Nihil, reponi oporteat. Omnino denique sic legebam, Ita vt sententia  
 comprehendatur, citatum delatorem edito venire noluisse: defuisse,  
 non adfuisse, vel non comparuisse vt aliis quibusdam iuriconsulto  
 rum nostrorum locis k, in quibus hac ipsa de re agitur) vel (quod ma  
 gis placet, quando non modò frequenter apud nostros l, sed apud alios  
 quoque vetustos ac bonos Latinitatis auctores m legitur) Nil respon  
 disse. Quæ coniectura nostra, nequis ipsam nimium esse audacem ac  
 temerariam iudicet, stabilitur atque firmatur auctoritate Basilici: quo  
 in libro n, Græcis verbis in eandem omnino sententiam ita scriptum  
 reperio, *ὁ δὲ νομὸς εἰ μὴ κτῆ δόλον αὐτῶ ἀπολεῖσθαι ὁ μὲν οὐκ ἐπινοεῖ, ἐλευθε  
 ροῦται δὲ ἀπὸ τῆς οὐκ ἐπινοεῖται ὡς κληθεὶς μνηστῆς οὐχ ὑπὸ κενου  
 [Possessor liberatur per illam sententiam qua constitutum est, Delator ci  
 tatus non comparuit: modò fraude possessoris non factum sit, quod delator  
 euocatus non se stiterit vel cessauerit.] Dices, quò bonum est id ten  
 tentia*

rentia comprehendî, absolutum esse possessorem ob delatoris absen  
 tiam, cessationem, atque contumaciam? Nempe vt ea tantum, non  
 meliore conditione sit possessor, quàm fuit, cum pati controuersiam  
 cœpit. Etsi enim delator qui cognitioni defuit, causam suam amiserit,  
 attamen hoc tantum lucrator possessor, quod aduersario eandem  
 causam iterum deferendi vt aliam quamlibet publicam facultas dene  
 gatur, id quod antè diximus: non etiam, ne possit ab aliò nuntiatio ad  
 fiscum fieri, & ob hanc rem ipsam fisci nomine quæstio moueri, cum  
 aduersarij penuria, cessatio, vel præuaricatio ius possessori tribuere, ius  
 verò fiscale (quòd publicum censetur) euertere ac perimere non de  
 beat a. Quamuis itaque sententia prolata & secundum possessorem  
 præsentem lis data sit, illa tamen adiectio facit vt proinde habeatur at  
 que si cognitio tantum aut editum circumductum esset, vt instantia  
 quidem perierit, ex integro autem litigari possit. Et sanè, vt quodam  
 loco b dicitur permultum interesse, vtrum quis causa cognita an præ  
 scriptione superetur: ita non dubitandum quin is qui sententiam ob  
 tinuit, illo potius quàm isto casu meliore iure sit: adde quod (vt in  
 cautu in officiosi) si aduersario non respondente secundum præsen  
 tem iudicatum sit, hoc casu non creditur ex sententia ius fieri (teste  
 Paulo c) tanquam is contra quem absentem iudicatum est magis pro  
 pter absentiam, quàm quòd malam causam habuerit victus esse vi  
 deatur: quamobrem & emptori qui defuit euicto fundo, non com  
 mitti stipulationem de euictione, Vlpianus d disertè scribit. Meritò ig  
 nitur sententiæ adiecit, præsertim in fisci gratiam quemadmodum  
 dere fisco nuntiata vel a præfecto ærarij Romæ, vel in prouinciis a  
 procuratore fisci, causane cognita, an per alterutrum ex litigatoribus  
 absentiam & præscriptione, secundum alterum lis data fuerit. Perga  
 mus porrò.  
 Apud Vlpianum e quodam loco, sic in omnibus Pandectis hodie le  
 gitur, Quod est rescriptum in communi causa quotiens alter appellat  
 alter non, alterius victoriam etiam ei proficere qui non prouocauerit,  
 ita demum probandum est si vna eademque causa fuerit defensionis:  
 cæterum si diuerſa, alia causa est. Quid hic ait iuriconsultus, Si diuerſe  
 causæ sunt, alia causa est? Potestne ineptius quicquam aut inconcin  
 nius proferri? Aliud iuris esse, aliud probandum aut existimandum es  
 se, ac deniq; quiduis potius quàm illud Vlpianus debuit, imò verò et  
 iam voluit scribere: si tamen errorem illum iuriconsulto, non librario  
 assignare cõuenit: sed vt vt sit, Causæ vocabulum, vincente memoriam  
 & rationem manu calamòve, perperam ibi repetitum fuit: vt & in illo  
 altero eiusdem Vlpiani loco f, non satis appositè iteratum, sic ferè,  
 Quod autem ad cæteras noxales causas pertinet, etiam in meliorem  
 causam videtur peruenisse. at in illo forsitan allusionem ex iteratione  
 vocabuli non insuauem affectasse Marcianus g videatur: vbi qui repe  
 titionem perpetuam habet solutum per errorem repetere posse, sed  
 hoc non esse perpetuum scribit. Illud præfectò (siquid mei iudicij est)  
 errore ac mendo non vacat, quod apud Modestinum h in Florentinis  
 di. & dem.

a arg. l. Di  
 ui fratres.  
 §. j. D. de li  
 bera. cau.

b l. præses.  
 C. de pigra.

c l. qui re  
 pudians,  
 in fi. & l.  
 seq. D. de  
 inof. testa.  
 d l. si deo.  
 in prin. D.  
 de euictio.

e l. ro. si quis  
 §. vlt. D. de  
 appellat.

f l. penu. in  
 fi. D. si ex  
 noxa. cau.  
 ag.  
 g l. qui ex  
 ceptionem  
 40. in pri.  
 D. de cõd.  
 inde.  
 h l. heres  
 statulibe  
 rum. 66.  
 D. de con.  
 di. & dem.

& emendationibus quibusque codicibus legitur: Fideicommissum quod sub iisdem conditionibus relictum ei debet, ita prestare cogitur si conditiones impletas esse prestabit, &c. Nam hoc, Prestabit, pro quo libri quidam, Præterit habent: ipse Constat, aut Probabit malim (et si hoc quoque Prestabit, qui satis defendi possit, video) ex illo prestare factum est. Et similiter apud Papinianum<sup>a</sup>, relinquendi verbum odiosè repetitum cenfeo, ubi sic est, Aded senatus nihil apud eum ex ea parte quam derelinquit voluit relinquere, ut nec Falcidiam exercere possit, nec præceptio apud eum relinquatur, nec substitutio, &c. itaque pro, Relinquere, malim scriptum, Remanere: cum & paulo antè dixerit, Vbi nulla portio remanitura sit apud eum. Quid quod Vlpianus<sup>b</sup> alibi post hæc verba, An creditori pignoratitio damni infecti cauere debeat: & ait Marcellus inutiliter ei cauere, statim subiicit istam, Idemque etiam de eo cauendum qui non à domino emit: nam ex illo cauere, factum est, ut pro, Statuendum, vel Dicendum, vel Existimandum, vel Respondendum, aut alio simili, hoc Cauendum, minus appositè scriberetur. Sanè apud ipsum Vlpianum<sup>c</sup> Florentinæ Pandectæ, Tutor quoque vel curator in ea conditione sunt ut non videantur videri se liti obtulisse, ita scriptum habent: pro, ut non debeant videri, quemadmodum alibi legitur.

Quin & apud Papinianum<sup>d</sup> ita, non Florentini modò, sed omnes manuscripti (quos quidem viderim) & excusi codices ita, & mendosè scriptum habent, Denique si emptor prius quàm per vsum sibi adquireret ab hostibus captus sit, placet interruptam possessionem postliminio non restitui: quia hæc sine possessione non consistit. Quid enim (quæso) istud est, quod Possessionem iuriconsultus, & quidem Papinianus, sine possessione non consistere pronuntiat? Scio quid placeat aliis plerisque, non probo, ut Possessionis nomen priore loco positum vsucapionem significet: Possessio non est vsucapio: sed vsus sed vsucapionis mater, ut ita dixerim: Nam etsi ut vsucapio interpellari<sup>e</sup>, sic & possessio rectè interrupti<sup>f</sup> dicitur, attamen sine vsucapione potest esse possessio, siue bonæ siue malæ fidei, ante legitimum tempus elapsum scilicet: at sine possessione vsucapio contingere non potest, ut à Licinio Rufino<sup>g</sup> traditur. Cum itaque non possessio, sine possessione (quod ineptum & absurdum esse apparet) sed sine possessione vsucapio non consistat: idèd apud Papinianum errore librarij nimium properantis, ut pro, Interruptam vsucapionem, Interruptam possessionem scriberetur ob vicinum Possessionis (quod statim subiicitur) vocabulum euenisse iudico. Ut vsucapionis possessio, sic petitionis, actionis, aut persecutionis obligatio mater est: Possessio aut vsucapio possessionem non parit, sed vsucapionem possessio. Similiter obligatio aut actio non parit obligationem, sed actionem petitionem, persecutionem obligatio: cuius nomine illæ competere dicuntur<sup>h</sup>: Actionem non parit persecutio, actio potius persecutionem quasi factum aliquid pareret, quandoquidem actio ius est persequendi iudicio, quod

a l. si patro ni 55. s. qui fideicommissam D. ad S. C. Treb.

b l. quid de creditore 11. D. de damn. int.

c l. a. sub ini. in ver. tutor. D. de re iudi.

d l. deniq. 19. D. ex quib. caus. maio.

e l. si ré alienâ 29. D. de pig. act. f l. 4. naturaliter. D. de vsurpa. & vsucap. g l. 25. sine possessio. ne. co. tit.

h l. natura. les 10. & l. actionum 25. in per sonam. D. de oblig. & act.

nobis debetur: & in honorariis quoque actionibus quædam pœnales sunt, quædam continent, siue habent rei persecutionem: quibus scilicet persequimur quod ex patrimonio nobis abest<sup>a</sup>. Quo modo igitur tueri possumus quod ex Vlpiano<sup>b</sup> alibi sic omnino proponitur, Pignoris persecutio in rem parit actionem creditori. Cum pignoris vel hypothecæ persecutio in rem sit (ut rescripserunt Diocletian. & Maximianus Imperatores<sup>c</sup>) ipsa inquam persecutio sit in rem actio hypothecaria quasi Seruiana quæ (auctore iuriconsulto<sup>d</sup>) possessionem auocat. Quam obrem distractis à debitore pignoribus, creditor potestatem habere dicatur, utrumne personali obligatos sibi, an pignora, possidentes in rem actione conuenire velit, ut alio<sup>e</sup> eorundem Impp. rescripto continetur. In rem actione inquam, quæ ab Imp. Gordiano<sup>f</sup> pignoris persecutio nominatur, quod loco in eandem sententiam Festo ita rescripsit, Quamuis personali actione expertes aduersas reum vel fideiussores seu mandatores eius feceris condemnationem, pignoris tamen adhuc habes persecutionem: sed & ab ipsis Dioclet. & Maximiano<sup>g</sup>, ubi persecutione pignoris omissa ut debitores actione personali conueniat, creditorem vgeri non posse superioribus conuenienter addocetur. Itaque non, Pignoris persecutio, sed Pignoris obligatio vel conuentio scripsisse aut scribere voluisse Vlpianum: in supradicto loco arbitror: & hoc sentire iuriconsultum, cum ait, Pignoris obligationem creditori actionem in rem parere, quod illos ipsos imperatores<sup>h</sup>, cum à debitore pignora alienante non posse deteriorem creditoris conditionem fieri scribunt, hoc addito, Vnde si tibi obligatam rem probare posse confidis, pignora persequitur creditor, eorundemque possessionem ab alio quocunque ad se auocat.

Non est ab hoc mendorum genere liber ac solutus Scæuola: nam quoddam eius<sup>i</sup> responsum, ita ferè conceptum reperio, Qui semisses vsuras promisit, per multos annos minores præstitit: heres creditoris semisses petit, cum per debitorem non steterit quo minus minores soluat, quæro an exceptio doli vel pesti obstat, &c. ubi pro, Quo minus minores soluat reponendum proferus est, Quominus maiores, vel Quominus semisses soluat idque tum ex eo quod statim subiicit iuriconsultus, & ex imperatorum Seueri atque Antonini rescriptis<sup>k</sup> deprehenditur: tum verò satis ex ipsa, non modò iurisratione, verum etiam loquendi consuetudine intelligitur, ut pluribus verbis demonstrari nihil necesse sit: tantum addam illud, Quominus, in causa fuisse ut libarius vel inuitus istud, Minores scilicet, sed mendosè tamen ipsi adiungeret. Apud Marcellam<sup>l</sup> profectò ex vocabulo, Credibile, natum errorem esse, ut pro, Sciendum est aut simili quopiam, ineptè, Credendum statim apponeretur: In commentario de regulis iuris<sup>m</sup> dudum admonuisse me recorder. Item errorem apud Papinianum, in responso quodam ex libro singulari eius adulterii (quod in fragmentis ex Pithæam bibliotheca luci donatis<sup>n</sup> extat) nuper animaduerti, quo loco, Respondit nulla parte legis (inquit) marito uxorem occidere conceditur: quare ea parte contra legem fecisse eum non dubitatur. Sed si

a l. in honorariis 35 iuncta l. n. h. aliud 50. D. de obl. & act. b l. pignoris 17. D. de pignor. c l. pignoris C. eo. tit. d l. si cū veditor. 66. D. de euit. ctio. e l. distractis 14. C. de pign. f l. quauis. 2. C. cod.

g l. persecutio. nem C. cod. tit.

h l. debita rem. 15. C. cod.

i l. qui semisses. 15. D. de vsur.

k l. aduer. sus & l. quauis in 2. C. cod.

l l. cum in testam. 24. D. de reb. dub. m ad l. in testam. tit.

n tit. 4. de adulterio.

de poena tractas an vsque ad aliquid eius honestissimo calori remittatur, ambigitur, Sed sic dicit, & cæt. ita nanque totus ille locus (meo quidem iudicio) castigandus ex Pandectis ac restituendus est: nisi quod istud etiam, Ea parte, quod ex illo altero, Nulla parte processit, cum nihil ibi non absurdum aut fuscum sonet: pro, Eo facto siue admisso scriptum autumno. Apud Vlpianum<sup>a</sup> denique nostrum pari errore vocabulum, Rei, vt diuersas res notet, ita repetitum scio quodam loco: quem vt alio grauiore mendo liberem, planumque simul & æquabilem reddam, lubenter hinc propotuero: Periniquum enim videtur esse (ait) vt pudicitiam vir ab vxore exigat, quam ipse non præstet. Quæ res etiam potest & virum damnare, non rem ob compensationem mutui criminis inter vtrosque communicare: aut sicuti B. Augustinus li. 2. ad Pollentium hæc verba Imp. Antonini rescripto tribuens ex Gregoriano codice legit, Non ob compensationem mutui criminis rem inter vtrumque componere vel causam facti tollere: quod maiorem in modum probo, Nam quid sibi velit istud, Rem communicare apud Vlpianum, vix quisquam expedire poterit: cum id principalis rescripti membrum (sicut à doctissimo ac diligentissimo theologo relatum est, & quo modo ipse legendum suadeo) perspicuam sententiam præferat: hanc scilicet, viro quidem atque vxore mores inuicem acculantibus, cum de culpa eius qui diuortio causam dederit multanda<sup>b</sup>, vel de moribus coniugum retentione dotis aut repræsentatione (vt apud Vlpianum est<sup>c</sup>) puniendis non de crimine publici iudicij vindicando agitur: ea lege, quam ambo contempserint, neuter vindicetur, sed paria delicta mutua pensatione dissoluantur: id quod Papinianus<sup>d</sup> definit, & rectè quidem, ex arte ac prudentia iuris: propterea quod regulariter quoties ex maleficio oritur actio (vt puta ex causa furtiua) si de ea re pecuniariter agatur, compensationem locum habere constat. Sed et si publico iudicio maritus vxorem adulterij lenocinio suo commissi ream fecerit, cum expensum ferre suæ negligentiae culpæve crimen vxoris debeat, nihil ex dote retinebit: cur enim improbet mores, quos ipse aut antè corrupit (vt est apud Scæuolam<sup>e</sup>) aut postea probauit? Quamobrem tentari potest, nec à viro vxorem adulterij accusandum esse, cui lenocinium ipse præbuit. Atque hoc Beat. profectò Augustinus ita sentit in supradicto loco, hæc admodum scribens, Quoniam iura forensia non eisdem quibus fœminas pudicitiae nexibus viros videntur obstringere, legant quid Imp. Antonius non vtrique Christianus, de hac re constituerit, vbi maritus vxorem de adulterij crimine accusare non sinitur, cui moribus suis non præbuit castitatis exemplum ita vt ambo damnentur si ambos pariter impudicas confictus ipse conuicerit. Nam supradicti imperatoris hæc verba sunt quæ apud Gregorianum leguntur, Sanè, inquit, meæ literæ, & cæt. quæ sequuntur. Ex quibus equidem rescripti verbis, & iis quæ Vlpianus noster hoc loco quem interpretamur attulit, non satis video, qui rectè colligatur maritum ab accusatione adulterij ob suam impudicitiam repelli, cum suam iniuriam defendit atque persequitur: quod tamen optimus Theologus,

a l. si vxor. 23. §. iudex D. ad leg. Jul. de adulter.

b l. Lucius Titius in fi. D. fol. mar. c in fragm. instit. siue regul. tit. 6. de dorib. d l. viro 39. D. fol. ma. trimonio. e l. si ambo. §. quoties. D. de compensa.

f l. cū mulier. D. fol. matr.

non

non æquè bonus ipse forsitan iuriconsultus, asseuerat. Sanè si de iusto (vt ait Vlpianus<sup>a</sup>) accusatore constituendo disceptabitur, quem admodum fieri solet<sup>b</sup>: Equidem non dubito, quin marito (licet alioqui suam iniuriam vindicanti nulla obiiciatur præscriptio<sup>c</sup>) ista lenocinij nocere debeat<sup>d</sup>: ideòque pater aut extraneus quilibet (qui alioqui postponeretur<sup>e</sup>) in accusatione adulterij merito præferatur, cuius lenocinium arguitur: præsertim si & ipsum maritum lenocinij velit accusare, quod & constante matrimonio conceditur<sup>f</sup>. Atque hoc nimirum sensisse videtur Scæuola (quem cum aliis nostris iuris auctoribus in speciem aduersetur, suo more, id est, inepto aut nullo potius modo interpretes isti vulgares conciliant) vbi sic scribit<sup>g</sup>, Si tamen ex mente legis sumat quis vt nec acusare possit qui lenocinium vxori præbuerit, audiendus est: pater videlicet aut etiam extraneus, qui adulterij accusationem sine collusionis aut præuaricationis suspitione instituit: quod maritus leno facere non potest: cum eum præferri oporteat, quem propensiore iure maiorèque dolore accusationem executurum sit verisimile<sup>h</sup>. Sanè viro iure mariti accusanti de lenocinij crimine præscribi, & partem præferri marito quem ille infamem arguat, aut doceat colludere magis cum vxore, quàm ex animo accusare, alibi<sup>i</sup> traditur: verum tamen hæc allegatio lenocinij, reis adulterij iam delatis denegatur. Ac de adultero quidem in hæc verba id noster Vlpianus<sup>k</sup> refert, Qui hoc dicit lenocinio, mariti se fecisse, releuare quidem vult crimen suum, sed non est huiusmodi compensatio amissa: ideò si maritum velit reus adulterij lenocinij reum facere semel delatus non audietur. Deinde hoc ipsum de vxore publico adulterij iudicio rea facta consequenter addit<sup>l</sup>, maritum allegatione lenocinij ab accusatione non repelli, quod ipsum onerat mulierem non excusat: sed eum qui de adulterio mulieris cognoscit, in maritum ob lenocinium posse statuere. Atque hoc quidem illa imperatoris aut iuriconsulti eiusdem oratione, quam ex Augustini libro integritati suæ restituiimus, planè significatur: cum in ipsa illud, Quæ ad lenocinij allegationem referatur. Posterius Rei verbum quod ex illo reperitum fuit, litem (vt sæpe alibi<sup>m</sup>) & conuersionem inter coniuges mutuam ostendat: quam componi cum id quod amissum est infectum reddi non possit, aut facti causam hoc est crimen ac delictum (quod & factum à nostris<sup>n</sup> dicitur) omnino tolli & extinguì, publica vetat vtilitas: quæ suadet potius, vt prætextu ac velamento maritalis lenocinij, crimen adulterij publicum (in quod malo suo fato, si non scelere, vxor incidit, & cuius delata est) minimè operiatur, sed publicè vindicetur atque puniatur: quod aliena culpa vel scelere vllatenus excusari, aut societate admissi facinoris defendi, aut relatione paris grauiorisve in accusatorem criminis propulsari euitari ac opprimi non potest: & sanè relationem criminis non esse iustam rei defensionem, sed alterius modò accusationem, Demosthenes, in orat. *τῆς ἀποκαταστάσεως*, eleganter his verbis exprimit, *ἀλλ' ὅτι αὐτὸν ἔρεν ὡς ἐγὼ ἀρα πάντων ὧν κατηγορεῖ κοινῶς γέγονα, καὶ σωτήρησε τοῦτο μοι καὶ σωτέραν τὸν ἀπὸ, ἔπειτα ἐξέστης*

a l. in fi. D. ad leg. Jul. de adulter. b l. si plures D. de accusat. c d. l. 2. §. si simul: l. si maritus. in 2. §. lex Jul. D. ad leg. Jul. de adulter. d l. ita nobis C. eod. tit. e l. is cuius. §. ex S. con sulto. D. eod. tit. f l. constant. te. co. tit. g d. l. cum mulier. D. fol. matr. h argu. d. l. 2. §. si simul. D. ad l. Jul. de adulter. i l. 1. §. j. & §. lenocinij. & l. 3. co. tit. D. k d. l. 2. §. qui hoc dicit. co. tit. l. d. l. 2. §. si publico. D. ad leg. Jul. de adulter. m vide Brisson. de verb. sign. n l. 2. l. vlt. D. de term. mo. Spartianus Adriano, Ca pitolinus Pio.

μετ' ἐβλήθη καὶ κατηγόρει. ἐστὶ δὲ ἕτερον μὲν τῶν περὶ ἀγαθῶν οὐτε δὲ  
ναίει, οὐτε προσήκουσα ἢ ἑαυτῶν ἀπολογία, ἑμαυ δὲ τις κατηγόρει. [ De  
falsa legatione. Audio verò ipsum dicitur, me coram quos accuso fuisse  
socium, & me comprobavisse, imò vult quod fuisse cum illis casus postea dixe-  
rent me fuisse immutatam, ac me ad accusandum nunc convertere. Est igitur  
de rebus illis factis neque honesta neque iusta defensio, sed contra me ac-  
cusatio. ] Itaque constitutionibus etiam imperatorum observari con-  
stat, ut non relatione criminem, sed innocentia reus pungetur, quomodo

1. is qui  
acus. D. de  
publi. iud.

do iuriconsultus a docet: hac de re tota doctores Accusationi in d. 1. de  
p. 1. tradunt: præter quos addam & istud illustrandi Antonini in iurisci-  
pti gratia, quod per iniquum esse ait, ut vir pudicitiam ab vxore exigat,  
quæ ab ipso non præstetur: hoc & ante a Seneca, & a Lactantio postea  
literis esse comprehentum. Etenim ille ad Lucilium, Seneca epistola  
95. Scis improbum esse (ait) qui ab vxore pudicitiam exigit, ipse alie-  
narum corruptor vxorum. Hic verò in libro de vero cultu, lib. 6. diuin.  
inst. cap. 23, in eandem sententiam, Seruanda igitur (inquit) ab utroque  
fides alteri est, inò exemplo continentia docenda vxor ut se castè ge-  
rat: iniquum est enim ut id exigas quod præstare ipse non possis &c. &  
statim, Cauendum igitur ne occasione vitii nostræ intemperantia  
demus, sed assuecant inuicem mores duorum, & iugum ferant, & c. cuius  
præclaro Lactantij præcepto, utinam Christiani omnes patientem au-  
rem accommodent, animoque non inuito pareant. Sed vota hæc alio  
loco ac tempore. Nunc institutum persequamur.

Breuiora sunt plerunque principum rescripta, quam responsa pru-  
dentium: at in illis tamen aut nuper aut iam olim scriptori librario so-  
mnum ita obrepisse, ut in eo genere peccaret, vno exemplo compro-  
baturus sum, quod mihi superior proxima de adulterij crimine tracta-  
tio suggestit. Nam quoddam Imperatoris Alexandri b rescriptum his  
ferè verbis concluditur, Sed si legis auctoritate cessante inconsulto do-  
lore adulterum interemit, quamuis homicidium perpetratum sit, tamè  
quia nox & dolor iustus factum eius releuant, potest in exilium dari. In  
quibus ista, inconsulto dolore, non placent, noménque Doloris ex eo  
quod sequitur, iustus dolor esse reperitum censeo. Et si enim non pro-  
fus ineptè, inconsultus dolor dici potest, cum impetum doloris & im-

1. 4. C. ad  
leg. Jul. de  
adulter.

1. si adul-  
terij 9. im-  
peratores.  
D. eo. Pau-  
lus li. sent.  
sub tit. de a-  
dul. in frag.  
Pitheca. ii.  
4.  
d. li. 3. hist.  
& facit  
quod Cice-  
ro scribit  
ad Atticum  
lib. 11. epi. 5.

patientiam nostri nominent: quod autem impatientia & impetu quo-  
dam animi celerique ac præcipiti motu sit, non possit, non remerè ac-  
inconsulti fieri: siquidem consilio siue consultationi rectæ animique  
iudicio, ut iam ita festinationem præproperam & subitum quemlibet  
calorem aduersari, Diodorus habita de non occidendis Mitylenæis ad  
Athenienses oratione, apud Thucydidem d. præclare in hæc verba do-  
d. li. 3. hist. cet: νομίζω δὲ δὺο τὰ ἐναντιώτατα ἐβουλήσασθαι τὰχος τε καὶ ὀργῆν ἢ  
& facit τὸ μὲν ἀνείκας φιλῆν γίγνεσθαι, τὸ δὲ μὲν ἀπειθεύσιαν καὶ βραχυτάτης γνώ-  
quod Cice- τῆς. [ Duo esse existimo bonis consilij maximè contraria: celeritatem &  
ro scribit iram: quorum hoc quidem adiunctam habet amentiam: i. ud verò imperi-  
ad Atticum tritam cum præcipiti sententia coniunctam. ] nihilominus tamen, inconsul-  
lib. 11. epi. 5. to calore malim apud Alexandrum legere, quòd inconsultum dolo-  
rem

rem, ne semel quidem alibi (quod sciam) contra verò, inconsultum ca-  
lorem in libris nostris pericæpe, non tantum apud Dioelet. & Maximia-  
num Iupp. a sed & apud iuriconsultos & apud vetustiores quoque i- a 1. si filia:  
pilo Alexandro principes nominatum reperio b. Adde quod, cum 19. C. de in-  
petus nomine, consilij iudicijque defectus designetur, Papinianus ean- of. test. 1. 5.  
dem questionem tractans calorem & impetum coniunxit, Vbi mari- C. de inu.  
eator (inquit) & impetus facile iuuentis fuit refræmandus: & ipse Ale- b 1. 5. que  
xander quod vno loco d, inconsultè iurare, hoc alibi e, Peierare quod d. ri possit D.  
calore dixit. Iustum autem dolorem, ut in illa rescripti clausula, sic in ad Turpil.  
aliquot aliis librorum nostrorum locis f legere memini. Sed hos pusit Paulus lib.  
lum & leue ut sit, vereor ad alia igitur quæ maioris momenti sunt er- sing. de a-  
rata, & eodem tamen ex fonte originem trahere videntur in aliorum dult. vbi  
quoque auctorum & Latinorum & Græcorum libris (fat enim isto ser Magni An-  
mone iam, credo, nostros adiunimus) castiganda, transeamus. tonini re-  
scripsum citat. in  
fragm. Tit.  
tit. 4.

Censorinus vbi de solaris, quando & quo primum in vrbis loco &  
a quibus ea posita & statuta fuerint, differuit, hæc verba statim ascri-  
bit, Deinde aliquando post P. Cornelius Nasica censor ex aqua fecit  
horarium, quod & ipsum ex consuetudine noiscendi à sole horas, ho-  
rarium ceceptum vocari, Quid opus fuit hoc notari, horarium ex aqua  
factum ceceptum horarium vocari? Deinde verò quis nescit ab horis,  
tanquam ab etymo, deduci horarium? Paucis, quod sentio dicam: In  
horarij vocabulo mendum iam pridem animaduerti, quod & in Me-  
diolanensi quadam editione ita castigatum fuisse nuper addidici: cui  
caulam dedisse nomen Horas illi proximè vicinum reor, cum scripsit  
set Censorinus, voluisset quidem certè, Solarium scribere: quod bel-  
lam & perspicuam sententiam complectitur. Cum enim horarium pri-  
us receptum quo scilicet ad solem ex umbra singulas horas dignosce-  
rent, à sole Solarium vocarent (cuius & in Plautinis quibusdam ver-  
bis apud Gellium cap. 3. li. 3. festiuissimis mentio fit) posteaque hora-  
rium ex aqua fieri ceepisset.

(Sic vnum quicquid paulatim protrahit atas  
In medium, ratioque in luminis eruit oras,

ut ait Lucretius libr. 5.) accidit circa horaria, quod circa res alias  
complures, ut non ipsis modò, quarum forma sit immutata, vetus ma-  
neat nomen: sicuti tribus aucto numero, sponsalibus postquam non  
interpositis stipulationibus, sed nudo consensu, emancipationi post-  
quam sublati venditionibus imaginariis alia ratione fieri ceperunt,  
verum etiam his rebus, quæ ad priorem quandam vel ex forma vel ex  
vfu solo similitudinem longo post tempore inuentæ, reperiæ, aut effi-  
ctæ sunt, vetus accommodatur appellatio. Nam quemadmodum in  
tabulis censorijs (auctore Plinio cap. 13. lib. 18.) pateva dicebantur o-  
mnia ex quibus populus reditus haberet, quia duo hoc solum veetigal  
fuerat: quemadmodum post reperiæm tibiam, ipsa quoque non minus  
quàm lyra & apant, & eum inflaretur, ac sonum ederet, pulsari dice-  
tur, quorum vtrumque ab initio lyra (vtpotè vetustioris) proprium

1. si filia:  
19. C. de in-  
of. test. 1. 5.  
C. de inu.  
b 1. 5. que  
ri possit D.  
ad Turpil.  
Paulus lib.  
sing. de a-  
dult. vbi  
Magni An-  
tonini re-  
scripsum  
citat. in  
fragm. Tit.  
tit. 4.  
e 1. nec in  
ea, in si. D.  
ad leg. Jul.  
de adult.  
d. 1. 2. C. ad  
1. Jul. mai.  
e 1. 2. C. de  
rob. cre.  
f apud Pau-  
lum, in iif.  
frag. tit. 4.  
ad fil. &  
le. si adul-  
terium. 9.  
Im. p. D.  
ad leg. Jul.  
de adulce-  
gin de die-  
natali cap.  
de diebus.

fuit: propterea quod recentiores plerumque res antiquiorum appellationibus designentur, ut Plutarchus lib. 2. συμποσιακῶν. quæst. 4. ἐπεὶ οὐκ ἔστιν ἡ πάλαι καὶ ἀγνοισμάτων, in hæc verba differit, ubi de lueta, ἑπεικῶς γὰρ ἀπολαύειν τὰ νεώτερα παλαιὰ κερματῶν ἐν τοῖς παλαιότεροις ὀνομάτων, ὡς ποῦ καὶ τὸν αὐτὸν ἡμέραν λέγουσι καὶ προύματῶ ἀλλήματῶ καλοῦσιν, ἀπὸ τῆς λύρας λαμβάνοντες τῆς ποροσηχοσίας. [An lueta sit antiquissimum certamen. Verisimile est rerum recentiorum appellationes a vetustioribus deductas esse: τὸ αὐτὸς τῖβια, videtur vocabulum convenire antiquo ναυλα quod erat instrumentum musica vetustissimum: tibiarium canentis & sonus quem αὐλήματῶ vocant, videtur nuncupationem suam accepisse à lyra pulsū, qui κρέμα dicebatur.] Sic quoque, cum non ad solem modo, sed ex aqua horæ dignosci cœperunt, horario instrumento recens reperto, Id (Solarij scilicet) nomen, ex veteris vsu horarij, accommodatum fuisse Censorinus auctor est, quod nomen attributum illi horario fuerat, cum à sole horæ nascerentur. Itaque id etiam solarium ex priorē consuetudine nominari cœpit, quod aut horarium ex nomine generis, aut aquarium potius vocari debuit: sed rationem aut analogiam, in iis quorum potestatem consuetudo propè tyrannicam habet, frustra requirimus. Quod autem ait Censorinus solarium quoque vocatum ex aqua horarium fuisse, vno M. Tullij testimonio ex lib. 2. de natura deor. illustrari & comprobari potest, cuius hæc ferè sunt. Quis igitur convenit signum aut tabulam pictam cum aspexeris, seire adhibitam esse artem, cumque procul cursum nauigij videris non dubitare quin id ratione atque arte moueatur, aut cum solarium vel descriptum aut ex aqua contemplère, intelligere declarari horas arte nō casu: mūdum autem qui & has ipsas artes & earum artifices & cuncta complectitur consilij & rationis esse expertem putare? Tam igitur horologium

a quæ vide  
li. j. variat.  
in epi. The  
odet. reg.  
ad Boetij.  
b in li. c. d.  
διαγνώσας  
τῆς ἀεραπέ  
ας τῶν ἐν  
καὶ τῶν ἰου  
καὶ ἀεραπέ  
μῆτων.  
c quæ vide  
ca. 9. lib. 9.  
& Galeni  
in supra d.  
foco.

d in Helio  
gabalī vita  
sub init.

quod aquis (ut Cassiodori<sup>a</sup> sermone utar) sub modulo fluentibus temperatur, quàm quod solis immensa comprehensa illuminatione distinguitur, Solarij complectitur appellatio. Clepsydra quidem fabricam & inuentionem ex Galeno<sup>b</sup> discere est: & verò Ctesibium Alexandrinum horologiorum ex aqua rationes primùm conquisisse testatur Vitruui<sup>c</sup>, ubi de horologiorū ratione vsu & inuentoribus differit. Ut autem solarij nomine, id quoq; quod olim aqua fieret adhibita, continebatur, teste Tullio ac Censorino: sic etiam à consuetudine horas ab aqua sub modulo fluente distinguendi: horarium, quo recens reperto & in Musæis & in senatu solemus uti, ad continuum pulueris aut arenæ lapsum ut horarum interstitia dignoscamus, illo vetustæ rei Græco vocabulo non ineptè designari solet, Ea me clepsydra, partem horæ meliorem interim nobis effugisse admonet: Igitur isto sermone quàm primùm ut defungar, in exemplis reliquis breuior futurus sum.

Apud Lampridium, ubi de Antonini Varij Heliogabali literis in senatu lectis agitur<sup>d</sup> (quibus se ille Antoninum Bassiani filium scripserat) hæc leguntur, Appellatū (que Antoninus princeps volentibus cunctis & studiosè credentibus, ut sese habent vota hominum ad credulitatem festinantium, cum quod optant verum esse desierant. Equidem

dem ista ratio quid sibi velit, non possum dicere. Nam si optare ac desiderare nihil diuersum significant, perinde accipi debet hoc totum, quasi sic scriptum sit, cum quod optant verum esse optant, vel cum quod desiderant verum esse desiderant: quo nihil magis insipidum atque illepidum fingi aut cogitari posse arbitrō. Ne diutius hæc lector animi pendeat, id quod mihi videtur statim aperiam: illa verba Studio sè credentibus, itēque, credulitatem, vehementer me mouent, ut pro Desiderant (quod ex illo, Optant quasi cognatum & eiusdem potestatis, huc sese infinuandi occasionem arripuerit) restituam. Existimant, vel, Credunt, vel Sibi persuadent, aut simile quidpiam: præsertim cum illud quod optant homines, hoc etiam impensius atque ardentius diligant, tantūque sit animi calor atque impetus in his qui amant, ut (quemadmodum poeta loquitur) ipsi somnia sibi fingere consueverint. Denique quod quisque expetit, hoc etiam factum iri, hoc fore (si non iam esse) opinatur: ut Galenus ipse alicubi tradit in lib. *περὶ τῶν πορογινώσκων*, in hæc verba, ὁ γὰρ ἕκαστος βέλεται δηλονότι τοῦτο & οἴεται γινώσκαι: [De prædictionibus ait, vnumquemque putare illud fore, quod ipse vult.] quibus id ipsum fere quod illis apud Lampridium à me relictis ostenditur. In Mamertini panegyrico ad finem qui Iuliano Cæsari dictus est, ita passim legitur, Quis, oro vos, plura præbuit fidei constantiæque documenta? omnes quos priuatus in familiaritatem recepit, eodem habet imperator affectu, nemo gradu pulsus, nemo habitu prohibitus, nulli palatij fores clausæ sunt, omnes bonos habet, in recipendis amicis optimus iudex est. Non ignoro paulo post, Oris habitum & simpliciter habitum à Plinio Secundo in paneg. Traiani, dici: ubi, Quanta in oculis, habitu, gestu, toto denique corpore fides? & postea, Non amictus cuiquam, non habitus quem modo extulerat. Verum tamen hæc quidem illud Habitu displicet, quod vicina verbi habet proximè præcedentis, & subsequēntis, Prohibitus vocabuli mentio, fecit ut manifesto mendo scriberetur, pro Aditu. vult enim panegyristes dicere hanc fuisse principis humanitatem, ut eorum nemo qui priuato ipsi quondam familiares fuerant, aut amicitia loco pulsus, aut aditu palatij, vel interioris etiam sacrarij sit prohibitus, posteaquam ille summæ rerum potiri cœpit. Sic idem auctor<sup>a</sup> alibi, Atque hæc quidem (inquit) velut interioribus sacrariis operta veneratio eorum modo animos obstupefecerat quibus aditum vestri dabant ordines dignitatis. Sic facilem adiri principem Pacatus<sup>b</sup>: sic Nazarius<sup>c</sup> in Constantino, faciles aditus aurēsq; patientissimas laudat: sic deniq; Ausonius<sup>d</sup> ad Gratianum Imp. Laudabile (inquit) est imperatorem faciles interpellatibus præbere aditus, nec de occupatione accusari. Plinius<sup>e</sup> ad Traianū, An quisquam studia humanitatis professus non cum omnia tua, tum vel in primis laudibus ferat admissionū tuarum facilitatem? & statim, Nullæ obices, nulli contumeliarum gradus, superatūque iam mille limitibus, vtrā semper aliqua dura & obstantia. Claudianus deniq; panegyrico ad Honorium Imp. fei hanc quoque elementis & facilis aditus laudem tribuit: quos eo lubentius proferam, ut in ipsis mēdum su-

a Mamertini  
nº generis  
liaco ad  
Maximianum.  
b in paneg.  
ad Theod.  
c in paneg.  
ad Costā.  
d in gratiana  
actione.  
e in paneg.

f in 6. eius  
consulatus.



perioribus assimile castigem, ex meo peruetusto codice, quo me pri- dem sodales (qui Canonici dicuntur) metropolitanæ Aufcorum eccle- siæ, liberaliter donarunt. Igitur ita Claudianus,

Exultant iuuenes æquani principis annis,  
Temnunt prisca senes, & in hunc sibi prospera fati  
Gratantur durasse diem: moderatæque laudant  
Tempora, quod clemens aditu quod pectore solus  
Romanos vetuit currum præcedere patres.

vbi excusi libri perperam & fata pro fati: quod tamen Græcam & poë- ticam phrasim cum sapiat, profectò rectum est: & quo tempore pro, quod pectore, graui mendo (cuius aniam illud, Tempora quod præce- dit librario præbuisse verum est) scriptum habent.

Sed quid istos minorum veluti gentium auctores tamdiu confecta- mur, cum ipsi Ciceroni aliquam hæc in re operam, vt nobis digniorem sic etiam lectori forsitan iucundiores nauare liceat? Quin potius no- stras, de duobus apud illum locis, quos alij ne suspectos quidem habue- runt (nedum vt emendauerint) opiniones proponimus, interea dum aliquis acutiores magisque ventisiles coniecturas edit in lucem, & studiosis bonarum artium communicet: nam in hæc equidem, vt qui, quod magis probabile videtur, aucupari soleo, non illubenter omis- sit atque abdicatis meis concessurus sum. Cæterum interea, cum de Bru- ti literis ille ad Atticum sic ferè scribat, In quibus vnum alienum sum- ma sua prudentia, vt spectem ludos suos. Rescripti felicet, primum me iam profectum, vt non integrum sit: dein ἀποπέτατον [absurdissi- mum] esse me qui Romam omnino post hæc ætate non accesserim, neque id tam periculi mei causa fecerim, quam dignitatis, su- bitò ad ludos venire. illicò subiicit membrum istud, superiorum rationem continens, Tali enim tempore ludos facere illi honestum est, cui non necesse est spectare, mihi vt non est necesse, sic nec hone- stum est. Hoc ipse, qui non videbam satis, qui ludos abiens edere po- tuerit: cur facere (quod plus est) non item spectare ludos hone- stum fuerit: ac denique cur illi honestum esse dicat ludos facere, qui spectare, quos edit ipse, necesse non habeat, olim credidi mendosum esse ab articulo abnutiuo (quod proximum abnutiuum peperisset) & ab illo facere (quod antecedens verbum, Fecerim, in causa fuisset, vt priore quam debuit loco poneretur) itaque restituendum esse his ver- bis, spectare ac facere, altero in alterius sedem translatis, coniectura du- cebar non improbabili, cui præsertim ea quæ Cicero antè dixerat, ar- gumentum præbeant: Tali enim tempore ludos spectare illi honestum est, cui necesse est facere: mihi vt non est necesse, sic nec honestum est. Tanquam hoc vellet Cicero, se honestè ad spectandos ludos reuerti Romam non posse, quos edere non cogatur, vt Brutus: cui propterea spectare hoc tempore honestum est, quoniam edere ac facere necesse sit. Attamen si vulgatam aliquis lectionem (quod lo- nau fratri potius videtur, cuius in iudicio plurimum ac libenter acquiesco) tueri volet,

Cicero e- pist. 25. li. 15. episto. ad Atticum.

ac

æpotuisse Brutum absentem ludos populo dare & honestè quidem: quos tamen spectare illo tempore non inhonestè non potuit, necesse verò non habuit, arbitrabitur: hoc quoque iuuabitur Ciceronis ipsius epist. 4. li. 16. ad Atticum testimonio, cum Brutus (quod in præfente frustra esset) confectorum ludorum nuntios expectasse dicitur. Sed de isto, plus satis verborum fecimus. Ad alterum Ciceronis locum ve- nio: eius hæc verba sunt, ex oratione pro Milone: Itaque hoc, iudices, non sine causa fictis fabulis doctissimi homines memoriæ prodide- runt, eum qui patris vlciscendi causa matrem necauisset, variatis homi- num sententiis non solum humana, sed etiam sapientissimæ Deæ sen- tentia liberatum. Sic legit non modò Io. Boulietius, ex cuius castiga- tione Lugdunensis typographus quidam annò Christi 1560. Ciceronis opera excudit: verum Quintilianus etiam ipse in Institutionibus, ca. 11. libr. 5. orator instituit, quod alij dissimulant, certè non adnotant: ego non probo, & apud Quintilianum quoque vt apud Ciceronem illud Humana, ex eo quod præcedit Hominum vocabulo effectum augur- or, cum in Stephani & aliis plerisque libris, Diuina optimè legatur: propterea quòd de Oreste (de quo ibi Tullius agit) non vllòs homi- nes, sed ipsos tantum Deos in Areopago diuini humanique certami- nis venerabili (vt Valerius cap. 3. lib. 5. loquitur) domicilio iudicasse ac sententias tulisse, vetustis poetarum fabulis continetur. Aristides in Pa- nathenæico, quidem in Areopago duo iudicia esse antiquitus Diis con- fidentibus agitata refert: prius quod diuinum & ex iudicium & ex liti- gatorum persona fuerit, cum Neptunus & Mars ob Halirrhothium Neptuni filium qui Aleippen Martis ex Agraulo Coeropis filiam con- stuprauerat à Marte interfectum apud reliquos Deos contenderunt, qua ex re nomen locus inuenit, quod ab aliis a etiam traditur. Alterum a vide D. verò iudicium partim diuinum partim mixtum fuisse scribit Aristides, Augustinù li. 18. de ci- uita. Dei. c. 10. Himeri- um & liba- nium in Meletis. id scilicet de quo superius Cicero: & mixtum quidem ob litigatorum personas quod Eumenides quidem Deæ fuerint, Orestes homo non Deus: Diuinum autem quod ei iudicio præfuisse Dij duodecim exi- stimentur. ἐτέρη δὴ γίγνεται (inquit ille) νεῖσις ὑπερον μιν τῆς αἰωνί- σης, θεία δὲ καὶ αὐτῆς θεῖς δικαστῆς, ἡ ἀγωνίζεται ὑπὸ Πελοπίδων ἀνὴρ δυσυχῶν, &c. [Alterum porro iudicium mixtum quoad reos institutum: ac diuinum, quoad iudices, quo contendebat vir ex familia pelopidarum infelix, &c.] Ac de vtroq; iudicio, Demosthenis b in orat. b in orat. 27. Apis a- κριτοῦς extat in hæc verba testimonium, vbi de Areopago, ἐν μόνῳ τούτῳ τῶν δι- κασιπέων θεοὶ δικαστῆς φόνου καὶ δουλείας καὶ λαβῆν ἤξιωσαν, καὶ δικαστῆς ἡμέ- ραι διενεχθεῖσιν ἀλλήλοις, ὡς λόγος. λαβῆν μὲν Ποσειδῶν ὑπὲρ ἀλλήλο- θίου τοῦ υἱοῦ τῶν Αἰρεῶν, δικαστῆς δὲ ὑμῶν καὶ Ορέστη οἱ δώδεκα θεοὶ καὶ τὰ μὲν δὴ παλαιὰ τῶν αὐτῶν. [In solo hoc foro iudiciali, Dij digna- ti sunt litem experiri, etque iudicium permittere: quum litigarent inter se, vt fama fert in causa Neptuni contra Martem de filio suo Halirrhothio contendenti: & inter Eumenides & Orestem, in quo iudicio duodecim Dij fuerunt, atque hæc prisca quidem, &c.] Extat & alterum Demarchi c in orat. c in orat. 27. Demos- teneus, tulu & grauis oratoris, quod ferè sic habet, vbi de Areopago, νεῖσις θεῶν.

a vide D. Augustinù li. 18. de ci- uita. Dei. c. 10. Himeri- um & liba- nium in Meletis.

b in orat. 27. Apis a- κριτοῦς

c in orat. c in orat. 27. Demos- teneus.

Ποσειδών δ' ὄντοισιν ἄλλοις ὑπὲρ Ἀλιρρόθιου πρὸς Ἀρηγμομέμοις ἐνέμεινε. αὐτῶν  
 αἱ σερμαί θείαι τῆ πρὸς Ορέστου ἐν τούτῳ τῷ σωματικῷ κείσει ἡγομένη καὶ  
 τῆ τούτου ἀληθεία στωϊκοὺς ἑαυτὰς εἰς τὸν λοιπὸν χρόνον κατέστησαν.  
 [Iudicio Neptunus contendens cum Marte de halirrhoto, victus, acquiescit.  
 Ipsa veneranda dea, adversus Orestem iudicio constituto in hoc eodem coetu  
 & concilio Areopagitico, sinceritatem eius comprobavit illius se dome-  
 sticus deinceps constituentes.] Quod autem ait Cicero, non solum diuina  
 sed etiam Deæ sapientissimæ sententia Orestem absolutum, eo signi-  
 ficatur Mineræ calculus: qui hodiè que cum de salute aut pernicie rei  
 sententiæ iudicium ita variant ut sint æquales numero, interponi ad li-  
 berationem hominis existimatur: qua de re in commentario a de re-  
 gulis iuris ex Æschilo, Dione, ac Aristide, Pleniùs differui. Sed quid est  
 quod ait Tullius, hominum sententias de Oreste variasse, cum de Ore-  
 ste non homines, sed Di) iudicauerint? Fateor & apud Quintilianum  
 extare istud hominum, veruntamen à meis quidem auribus quodam-  
 modo respuitur: ac si vetusti codicis alicuius auctoritate adiuvaret, id  
 sanè ac lubens expungerem, ut variatis sententiis legeretur, ibiq; Deo-  
 rum suppleretur, non hominum, neutrum autem exprimeretur: quo ge-  
 nere apud Livium, lib. 23. Senatus summotis arbitris consuli coeptus, i-  
 bi cum sententiis variaretur, & alij redimendos de publico, &c. & a-  
 pud Curtium, lib. 7. Proditis ergo siue iniuriæ siue originis meminisse  
 mallent, liberum de Branchidis permittit arbitrium. Variantibus dein-  
 de sententiis, se ipsum confideraturum quid optimum factu esset osten-  
 dit. Et apud Ammianum denique Marcellinum (qui crebrò ipsum Ci-  
 ceronem citat) sic fere vbi de Iuliano lib. 16. sub init. Post variatas ita-  
 que sententias plures cum placuisset per decem pagos Alemannam ad-  
 gredi plebem, & vbi de Gratiano, lib. 31. Multisque (ut in tali negotio)  
 variatis sententiis ociofo milite placuit circumvallari barbaros. Cate-  
 rùm ut in hoc Ciceronis loco, siue ex Humana, Hominum, siue hoc  
 ex illo factum est: cum illud nullo modo, istud non incommodè ferri  
 non possit: sic etiam apud Sidonium Apollinarem epist. 7. lib. 1. vbi co-  
 dices impressi habent, Et ab industria squalidi præripuissent misero  
 debitam miserationem sub invidia sordidatorum: ex vetustissimo &  
 integerrimo meo manuscripto restituum, Reo debitam: cum illud  
 Misero ex eo quod sequitur Miserationem conflatum fuerit.

a ad l. 125.  
 Favorabi-  
 liores, eo-  
 sit.

Similiter apud auctores Græcos ex vocis proximæ affinitate qua-  
 dam ac similitudine, factum reperio non semel, ut veri vocabuli loco,  
 adulerinum ac spurium subiiceretur: siue id mendum auctoribus ipsis  
 librorum, siue scriptoribus aliud agentibus (ut initio dixi) quispiam  
 assignare maluerit. Qua de re, tria tantum aut quatuor exempla, quæ  
 parata & reposita cum aliquot aliis (dum expecto, si quis ea forsitan  
 sagaciore coniectura possit odorari) iam dudum habeo, ex meis ad-  
 versariis in medium proferam. Synesius b vbi caluitium laudat, in re-  
 liquis hoc quoque ab utilitate argumentum ducit, εἰ δὲ καὶ ὕψιστα κα-  
 λὸν, τὸ κάλλιστον μὲν οὐδ' ἦδ' καλὸν. εἰ δὲ ταύτην ἐγὼ πολλοὺς κόμητας  
 ἔπι τὸν ξυρὸν ὄρα καὶ τὸν δράσασκα καταφεύγοντας, ὡς, ἀμα μὲν φαλα-  
 κρούς

b ἐν τῷ φα-  
 λάκκῳ ἐγ-  
 κωμία.

κρούς, ἀμα δ' ἐξάντες ἐχθροὺς τῆς νόσου, &c. [Si verò sanitas res est bo-  
 na, erit igitur optima caluities. Nam propter sanitatem video multos co-  
 matos ad novaculam & instrumenta depilatoria confugere: quasi simulat-  
 que fuerint calui effecti, etiam se à morbo liberatos existiment.] Hic igitur,  
 pro τὸ κάλλιστον quod è vicino καλὸν vocabulo desumptum fuit,  
 ἡ φαλάκρα vel τὸ φαλακρὸν scribi debuisse, idque restitui oportere pro-  
 nuntio. Sed & apud Eusebium de præparatione euangelica, lib. 6. quo  
 loco impressi libri habent, χθὲς οἱ ῥωμαῖοι τῆς Ἀραβίας κρατησάντες τοὺς  
 ἡδ' βαρβάρων νόμους ἠλλάξαν. ἔπειτα γὰρ τὸ αὐτεξούσιον τῶ αὐτεξουσίῳ.  
 [Novissime Romani Arabia potiti, barbarorum leges immutarunt. Nam  
 subditus sequitur voluntatem eius qui ei dominatur.] Legendum omni-  
 no est, vel inuitis omnibus & excusis & exaratis calamo libris, ἔπειτα  
 γὰρ τὸ αὐτεξούσιον τῶ αὐτεξουσίῳ nec dubitandum, quin hoc ipsum Eu-  
 sebius significare voluerit, quod Claudianus a his ad Stiliconem &  
 Honorium versibus,

a in pane.  
 1. Stiliconis  
 & pane. in  
 4. consula.  
 Honorij.

scilicet in vulgus manant exempla regentum.  
 & alibi,  
 componitur orbis  
 Regis ad exemplum  
 & statim,  
 Mobile mutatur semper cum principe vulgus.

& quod Plinius ad Traianum b, manifestum esse principum discipli-  
 nam etiam vulgus capere. Sed vetustiores etiam Græci, eodem quo il-  
 li vitio morbòve laborantes, nostrum auxilium implorant: ex quibus,  
 vni nunc Diodoro Siculo, aliis alio loco mederi ac suppetias ferre de-  
 crevimus.

b in pane.  
 Traiani.

Apud illum c igitur, in Gylippi Laconis ad Syracusanos oratione  
 (qua de captivis Atheniensibus, ut supplicium sumant, suadet) ita feri-  
 ptum in impressis ab Henrico Stephano libris reperio, quos tamen om-  
 nium sincerissimos esse arbitror: εἰ δὲ ἐλέγονται εἰς ποινήσαν καὶ  
 πλεονεξίαν τοῦτοῖς ἐλαττώμασι περὶ πτωχότες, μὴ κατὰ μὲν φέδωσαν πλε-  
 τύχην, μὴ δὲ ἔπι καλῆς δῶσαν τὸ τῆς ἰκεσίας ὄνομα. τούτο γὰρ ἀνθρώποις  
 φυλάττεται εἰς καθάραν μὲν πλεὺς ψυχῶν, ἀγνώμονα δὲ πλεὺς τύχῃ ἐχρη-  
 κοσιν. οὐδὲ δὲ ἀπάντων τῶ ἀτυχημάτων πλήρη τὸν βίον ἔχοντες, οὐδένα  
 τόπον αὐτοῖς βάσιμον εἰς ἔλεον καὶ καταφυγῶν δόσολοίωσιν. [Si verò  
 conuincantur, si à ipsorum improbitate, ac prava cupiditate in has cala-  
 mitates incidisse: non est iam quod culpent fortunam: neque quod supplicis  
 nomen proferant: quod quidem is demum inseruit, qui sincerum animum  
 retinentes, fortunam adversam experiuntur. At isti, obruti quantumvis ca-  
 lamitate infortunio, nullum tamen sibi locum peruium ad commiserationem  
 & perfugium reliquerunt.] Nullæ sunt in hunc locum eruditissimi Héri-  
 ci, notæ, in pleròque aliis Diodori locos præclaræ, coniecturis etiam  
 conditæ plurimis, & iidem acutissimis: pro quibus ipsum Stephanum,

c Diod. Si-  
 cul. li. 13. bi-  
 bliob.

sui rem nominis esse com meritum iudico. veruntamen ausim omni af  
 feueratione affirmare ac etiam deierare, veterum licet librorum au-  
 thoritate destitutus, foedissimum subsidere mendum in vocabulo ατυ-  
 χημάτων, quod praecedentis τύχης vocabuli recordatio expressit, cum  
 ἀδικημάτων scribendum potius fuerit. Etenim non infortunium &  
 miseriam, sed maleficia, scelera, crimina ( quae scilicet consulto consi-  
 lio & ex animi proposito, non ab inuitis admittuntur ) poenam & vin-  
 dictam mereri solere: ideoque non esse parcendum quamlibet suppli-  
 cibus captiuis Atheniensibus dicebat Gylippus, quod non coacti nec  
 prouocati, sed vltro bellum iniustum Syracusanis rupto pacis foedere  
 inferentes, in has ipsi se angustias coniecissent, quod denique plurimis  
 sceleribus maculata vita nullum accessum atque per fugium ad mise-  
 ricordia ipsi reliquisset: cum his qui pura & innocenti mente praediti,  
 saeva tamen atque aduersa vsi fortuna in calamitatem inciderint, ig-  
 nosci supplicibus atque iuocari oporteat. Itaque paulo antea, οἱ γὰρ ἀπ’  
 ἀρχῆς τὰ αὐτῶν νόμιμα δεξάμενοι, οἷς μὲν δυσυχούσι τὸν ἔλεον,  
 οἷς δὲ δεξιὰ πονηρῶν ἀδικούντων ἐξέειπεν τιμωρίαν. ἐν ποτέρῃ δὲ τὰ ζῆλον  
 οὐδὲν ἀχμαλώτους, ἐν τῇ δὲ ἠτυχημένων, καὶ τις αὐτοῦ τύχη μὴ προαδικη-  
 θέντος ἐβιάσατο πολεμῆν συρακουσίοις. [ Nam qui initio iura de hac re  
 constituerunt, misericordiam quidem ijs qui infortunium passi sunt, tribu-  
 unt: at poenas in eos qui iniqua perpetranti, infligunt. Sed in quorum nume-  
 ro habebimus hos captiuos? num inter calamitosos infortunio aliquo oppres-  
 sos? at quam eos fortuna compulit vt bellum iniquissimè comparatum  
 Syracusanis inferrent? ] & cat. & statim, διόπερ ἐκουσίως ἐλομήσοι πόλε-  
 μον ἀδικῶν ἐν ψυχῶς ὑποκινούντων τὰ αὐτοῦ δέοντα [ Quapropter, quum spon-  
 te susceperint hoc bellum iniustum, forti animo ista tolerantes mala. ] &  
 paulo post, τί γὰρ ἤδ’ ἀχίσιον ἐβουλεύσαντο, τί δ’ ἤδ’ ἐνοτάτων ἐκ-  
 πρᾶξαν: [ Quid turpe non designauerant? quodnam malum non perpetra-  
 runt? ] Ex quibus cognoscitur illud ἀτυχημάτων hoc loco ferri non  
 posse: nam eum ( vt iuriconsultus docet ) homines delinquant aut  
 proposito, vt latrones, qui factionem habent: aut impetu, sicuti qui  
 per ebrietatem ad manus, vel ad ferrum, vel aliàs coacti veni-  
 unt: aut denique casu, cum in venando forsitan telum in feram mis-  
 sum hominem interficit: Eorum qui proposito, ἀδικήματα, eorum qui  
 impetu, ἀμαρτήματα, eorum denique qui casu deliquerint, ἀτυχήματα  
 dicuntur. Magnus verò iustitiae magister rigidusque satelles aequitatis  
 Aristoteles lib. i. de arte Rhetor. ait aequum esse, ne omnia ista eodem  
 loco ponantur, eademve poena vindicentur: nam ita scribit, ἰσμενὲς καὶ  
 τὸ τὰ ἀμαρτήματα καὶ τὰ ἀδικήματα μὴ τοῦ ἴσου ἀξιοῦν, μηδὲ τὰ ἀμαρ-  
 τήματα καὶ τὰ ἀτυχήματα. ἐστὶ δὲ ἀτυχήματα μὲν ὅσα ἀφ’ ἄλλοις καὶ μὴ  
 ἀπὸ μοχθηρίας, ἀμαρτήματα δὲ ὅσα μὴ παράλογα καὶ μὴ ἀπὸ πονηρίας,  
 ἀδικήματα δὲ ὅσα μὴτε ἀφ’ ἄλλοις ἀπὸ πονηρίας τε ἔστι. [ Aequum est vt  
 peccata & scelera non pro eodem habeantur: neque etiam crimina, vt ex ca-  
 su delicta. Nam ex casu delicta praeter mentem & opinionem sunt, ac sine  
 prauitate. At peccata non praeter mentem vel opinionem quidem, ac ex pra-  
 uitate sunt: tamen sunt verò scelera vel crimina siue iniuria, nec praeter  
 men-

a l. respiciet  
 as in fi. D.  
 de poen.

mentem vel opinionem, sed ex improbitate & malitia. ] Et ex eiusdem  
 philosophi mente pereleganter duobus locis Themistius tria illa sic  
 fere distinxit vt ἀδικήματα quidem hoc est crimina & scelera supplicio  
 & poena digna esse, ἀμαρτήματα verò, id est peccata, correctionem re-  
 prehensionem atque castigationem, ἀτυχήματα denique siue infortu-  
 nia Veniam atque commiserationem mereri docuerit. Etenim ad Va-  
 lentem Imperatorem, καὶ δίκεινας, inquit, τὸ ἀδικήματα καὶ ἀμαρτήματα  
 καὶ ἀτυχήματα. καὶ γὰρ εἰ μὴ τὰ Πλάτωνος δόξασματιζεις μηδὲ τὰ Δεῖσο-  
 τέλους μεταχειρίζη, ἀλλὰ τὰ γε εὐκλείους δόξασματιζεις ἐργασίαις βεβαίως· εἰ γὰρ  
 τῆς ἴσης τομωρίας ἀξίους ῥήθης οὗς τε ἐξ ἀρχῆς βουλεύσαντες πᾶν ἐπανά-  
 στασιν καὶ οὗς ὑπὸ τῆς ὀπλων ἀποσπυρέντας, καὶ οὗς ἢ ἢ τῶν δόξασματιζαι κρη-  
 τῆν ὑποκύνσαντες ἀλλὰ τῆς μὲν κατέγνωσ, οὗς δὲ ἐμέμψω, οὗς δὲ σαυήλ-  
 ηται. [ Et discrimen adhibuisti inter crimen, peccatum, & ex casu delictum:  
 quamuis ea quae apud Platonem non edidiceris: nec ea quae Aristoteles tra-  
 didit, tractaueris: ea tamen re ipsa praestas, quae fuerunt ab illis comprobata.  
 Nec enim eadem poena dignos censuisti, eos qui turbarum auctores fue-  
 runt, & eos qui ad arma pertraxerunt, & eos qui se victori subiecerunt.  
 Sed alios codenasti: alios increpasti: erga alios commiseratione usus es. ] & ad  
 Valentinianum iuniorum, orat. ii. καὶ τί διενήνοχεν ἀτυχήματα, καὶ ἀμαρτήματα,  
 καὶ ἀδικήματα ( sic enim lego vbi Stephani codex habet ἀτυχήματα καὶ ἀδι-  
 κήματα, καὶ ἀμαρτήματα commotus eo quod superioribus conuenienter sub  
 iicitur ) καὶ ὅτι ἀποσύνει τὸν βασιλέα, τὸ μὲν οὐκ εἶπεν, τὸ δὲ ἐπανορθοῦν,  
 μόνον δὲ τὸ ἐξατον τιμωρεῖσθαι. [ Indicasti quid discriminis foret inter de-  
 lictum ex casu, peccatum & iniuriam: regemque debere, erga illos commi-  
 seratione duci: hos verò corrigere: sed de postremis poenas sumere. ] Gylip-  
 pus itaque apud Diodorum quibus non remittendum esse ob delicta  
 supplicium conabatur ostendere, ἀδικήματα potius hoc loco dixit, quae  
 grauiora sunt, quam ἀτυχήματα quibus vt plurimum ignosci solet.  
 Imò verò ἀτυχήματα dicere non potuit aut debuit, cum ea non pro  
 delictis, sed pro calamitatibus & ( vt grammaticè loquar ) non actiue  
 sed passiuè tota illa oratione posuerit, & alieno nomine illa ipsa signi-  
 ficans ἀτυχήματα vocauerit. Ceterum eodem ex loco adhuc articu-  
 lum ἀδικήματα tollendum esse videri admonebo tanquam ex illo γὰρ qui  
 praecedit non modò frustra sed incommode repetitum; vt sententiae  
 auctoris officiat: non enim apud homines, sed ipsi hominibus, qui vi-  
 tam inculpata cum degerent, calamitatum fluctibus immerfi fue-  
 rint, nomen portumque supplicationis ostendi ac patere significat.  
 Sanè si quis παρ’ ἀνθρώποις ideo retinere malit, quoniam & in oratio-  
 ne Nicolai apud ipsum Diodorum paulò antè hoc legitur, οὗς αὐτὸς ἤδ’  
 ἰκετῶν νόμους ἀφ’ ἅσων ἀνθρώποις ἰχθύσαι παρεσκευάσαν, [ leges adhibue-  
 runt de supplicibus, quae apud omnes homines valent. ] Inaud multum ei re-  
 fragabor, si modò οἷς articulum qui sequitur, ab illo ἀνθρώποις omnino  
 se creuerit: q̄ vix fieri, nisi eruditus ac teretib⁹ auribus perinuitis potest.  
 Eadem ( quantum iudico ) aspernabuntur ac repudiabunt hoc et-  
 iam quod apud ipsum Diodorum libr. 15. biblioth. cernitur, de Cha-  
 bria duce Atheniensium, qui Epaminondam & Bœotos oppugnata  
 B b

Corintho prohibuit, οἱ δὲ βοιωτοὶ πολλὰ μὲν καὶ καταπαθήσαντες, οὐδ' ἐν δὲ  
 παρὰ τῶν δυνάμεων, πῶς ἀναχώρησιν ἐποιήσαντο. χαλεπὰ μὲν οὐδ' ὅτι ἀν-  
 δεία καὶ στρατηγικὴ δυνάμει θαυμαστοί, τούτων τὸν ἐξέπτον ἀπεπέλατο  
 τοῦς πολεμίους. [ *At Boeotij quum multa damna passi fuissent, nihil ta-  
 men efficere voluerunt, sed retrogressi sunt. Itaque Chabrias maxima fuit  
 in admiratione, tum propter virtutem, tum quod suis copijs commode usus  
 esset, qui eo modo vires hostium infregit.* ] Scio, leuiter ferri posse istud  
 στρατηγικὴ δυνάμει, non quidem vt robur significet ( nam vt est apud  
 Quintilianum declam. 317. alicubi, Militem legimus robustum, segis  
 musiuuenem, Imperatorem facimus senem: in illis enim vis corpo-  
 rum, & manus sola spectatur: in his consilium & ratio, quo bona pro-  
 cedentis aetatis in locum virium subeunt ) sed vt facultatem & quasi  
 virtutem Imperatoriam demonstret: quam & ab eodem Diodoro  
 paulo antè, vbi de Iphicrate loquitur, πῶς ἐν τῷ στρατηγεῖν ἀρετῶν, & vbi  
 de Charidemo Atheniensi, libr. 17. biblioth. δεινότητά στρατηγίας vo-  
 catam video: sumptum tamen δυνάμει ex illo δυνάμει, & vel pro  
 δεινότητι (quod affine est) vel (quod magis arridet) pro σωῖσει posi-  
 tum incogitauerit ab ipso Diodoro, aut ab antiquo librorum eius exa-  
 ratore non negabit, qui Diodori libros (quod nos aliquando fecimus)  
 diligenter legerit atque contriuerit. In his etenim (quod certè memi-  
 nisse possum) στρατηγικὴ δυνάμει nunquam, frequenter autem ac in-  
 numeris etiam locis στρατηγικὴ σωῖσει scriptum, & vel τῆ ἀνδεία (vt hoc  
 loco) vel ἀρετῆ, vel etiam ἰσχύος, quibus vocabulis eadem (militaris sci-  
 licet) virtus designatur, adiunctum reperiet. Ergo paulo antè lib. 15.  
 biblioth. de hoc ipso Chabria, ἐκ ἐχόντων δὲ στρατηγόν (ait) ἀξίως ἔχων.  
 μετεπέλατο χαλεπὰ τὸν ἀδελφεὸν ἀνδρα καὶ σωῖσει στρατηγικῆ δὲ φο-  
 ρῶν, καὶ δόξαν ἐπ' ἀρετῆ μεγάλλω ποιοιμήδιον. [ *Cum non haberent du-  
 cem magni pretij, Chabriam accersuerunt, virum Atheniensem, rei mi-  
 litaris peritissimum: & qui fortitudinis nomen magnum sibi compara-  
 uerat.* ] & postea de Epaminonda, οὗτος γὰρ οὐ μόνον τῶν ὁμοεθνοῦτων,  
 ἀλλὰ καὶ πάντων ἑλλήνων πολὺ προέχεν ἀνδεία τε καὶ στρατηγικῆ σωῖ-  
 σει, [ *Hic non tantum inter populares suos, sed etiam inter Græcos omnes,  
 & fortitudine, & rei militaris peritia, excellerebat.* ] & aliquanto post,  
 μεγίστων δ' ἐπαίων ὁ στρατηγὸς Ἐπαμινώνδας ἠξιώθη δὲ τῆς ἰδίας ἀν-  
 δείας μάλιστα καὶ στρατηγικῆς σωῖσεως τοῦς ἀνικητοῦς ἠερομόνας τῆς Ἑλλά-  
 δος κατηλωνισμῶς, [ *Epaminondas dux summa laude dignus habitus,  
 ob eximiam fortitudinem & peritiam militarem, qua Græcia inuictos du-  
 ces superauit.* ] & statim de ipso Epaminonda, & Pelopida, τούτοις γὰρ  
 οἱ ἄλλοι βοιοῦντες ἀφ' ἀκεχωρήθειαν ἐκουσίας τῆς στρατηγίας, δὲ τε πῶς  
 σωῖσει καὶ πῶς ἀνδείαν τῶν ἀνδρῶν. [ *Alij Boeotorum duces ab imperandi  
 dignitate sponte se remouerant, propter illorum virorum sagacitatem & for-  
 titudinem eximiam.* ] & de Ischola, εἰσέβαλεν εἰς πῶς συνέπλω καλου-  
 μῶν ἡρώων, ἡ παρεφύλατ' ἐν Ἰσθμῶς ἀνὴρ ἀνδεία καὶ σωῖσει δὲ φέ-  
 ρων μὲν πολλῶν στρατιωτῶν [ *Irruit in regionum quam Sciritem vocant,  
 quam Ischolas, vir fortitudine & prudentia præstans, cum multis militi-  
 bus, custodiebat.* ] & postea Pelopidam, ἀνδρα ἄμα ὃ καὶ ἀνδεία διὰ φο-

ρεα

ρον καὶ ὅτι στρατηγικῆ σωῖσει δὲ φέρεται ἄριστος [ *virum & fortitudine excel-  
 lentem, ac simul ob prudentiam militarem celebratum valde.* ] vocat: &  
 rursum de Epaminonda, καὶ τὸ μέγιστον ἀνδεία καὶ στρατηγικῆ σωῖσει  
 πολὺ δύνειται πάντων. [ *Et quod maximum erat, fortitudine & prudentia  
 militari reliquos omnes antecellebat.* ] & statim de Datame, δατάμης μὲν  
 οὐδ' καὶ ἄριστον ὅτι στρατηγία θαυμαζομένη, πολλῶν τε μᾶλλον ἔχε  
 ἀειβόησιν πῶς τε ἀνδείαν καὶ πῶς ἐν τῷ στρατηγεῖν σωῖσει. [ *Datames an-  
 teā in admiratione habitus, quod eximius esset in re militari, obtinebat fa-  
 mam præstantissimi ducis.* ] & de Agefilao, δυνάμει δ' ἠγέειται στρα-  
 τιωτῶν καὶ δι' ἀνδείαν καὶ στρατηγικὴν σωῖσει τε θαυμαζομένη. [ *Qui  
 optime exercitui imperabat: eiusque prudentia & peritia militaris ac forti-  
 tudo admirationi erat.* ] & in alijs etiam libris ita passim loquitur, vt  
 hoc vocabulum mihi quidem affectasse videatur. Eius vis altero ἀρχι-  
 νοίας vocabulo etiam exprimitur: itaque vbi de Antigono sic loquu-  
 tus est b, παραδόξως δὲ τῆς ἰδίας ἀρχινοίας καὶ στρατηγίας ἀνεμαχέσθη  
 τὸ γεγονός ἐλαττώμα, subiicit postea, Αντίγονος μὲν οὐδ' ἡλικιωτῆσιν  
 φορὰ ἀειβόησιν τοῦς πολεμίους, μεγάλλω ὅτι στρατηγία καὶ σωῖσει δόξαν  
 ἀπηνέγκασθ. [ *Præter opinionem, propria sagacitate & peritia militari  
 dampnum resarciuit, &c. Antigonus tanta clade hostes constrinxit, vt ma-  
 gnam fortitudinis & peritia militaris gloriam reportaret.* ] Et de Phi-  
 lippo Macedone quod initio ἀρχινοίαν vocat c, vbi sic scriptum est, γέ-  
 γογγε γὰρ ὁ βασιλεὺς οὗτος ἀρχινοίαν στρατηγικῆ καὶ ἀνδεία καὶ λαμπρότητι  
 Νυμφίω δὲ φέρων, postea σωῖσειν nominat, illo in loco d, φασὶ δὲ καὶ αὐτὸν  
 τὸν Φίλιππον σεμνυνέσθαι μᾶλλον ὅτι τῆ στρατηγικῆ σωῖσει καὶ τοῖς δὲ  
 τῆς οὐμολίας ὅτι τεύξασθαι, ἢ περὶ τῆ καὶ τῆς συμμαχίας ἀνδεία: [ *Fuit  
 ille rex fortissimus ac præstantissimus dux, &c. ferunt quos ipsum Philippum  
 gloriari solitum, quod prudens esset dux & peritus: & in congressibus for-  
 tis.* ] Et quam in Epaminonda στρατηγικὴν σωῖσειν laudari modò dixi-  
 mus, idem auctor alibi lib. 15. ἀρχινοίαν appellat, vbi, καὶ τῶν ἡλικιωτῶν  
 ἀφ' ἀδόξως (ait) διεφάρατο δὲ πῶς ἀρχινοίαν καὶ πῶς ἐν παιδείας ἀπὸ  
 ἀειγεννημῶν ἀρετῶν & multo post, ὁ δὲ βασιλεὺς ἦν Λακεδαιμονίαν  
 ἄριστος ἀποπέλει πῶς ἀρχινοίαν πῶς Ἐπαμινώνδου, &c. & statim, σωῖ-  
 τωτέραν στρατηγίαν προ στρατηγικὴν vel στρατηγικωτέραν σωῖσειν, vbi de  
 Agide ac Epaminonda, πῶς μὲν οὐδ' ὅτινοίαν ἦν στρατηγικῶν (inquit)  
 ἀμφοτέρων διαίως ἀν τῆς ἀποδέξασθαι, σωῖτωτέραν δὲ στρατηγίαν πῶς  
 Λακεδαιμονος ἠερομόνας. Idem Diodorus quam semel ἀρχινοίαν καὶ στρα-  
 τηγίαν, postea στρατηγίαν καὶ σωῖσειν vocat, vbi de Antigono, lib. 18.  
 πυθόμενος τὰ ἀπὸ τὸν σόλον ἐλαττώματα, ἀφ' ἀδόξως (ait) δὲ τῆς ἰδίας  
 ἀρχινοίας καὶ στρατηγίας ἀνεμαχέσθη τὸ γεγονός ἐλαττώμα. Item, Αντί-  
 γονος μὲν οὐδ' ἡλικιωτῆσιν συμφορὰ ἀειβόησιν τοῦς πολεμίους, μεγάλλω ὅτι  
 στρατηγία καὶ σωῖσει δόξαν ἀπηνέγκασθ. Alibi denique Diophantum  
 Atheniensem & Lamium Spartanum (quorum ope Nectanebos Æ-  
 gyptiorum rex de Persis aliquando victoriam reportauit) στρατηγούς  
 ὅτι φανείας ἀνδρας καὶ δὲ φέρων ἀρετῆ τε ἀρχινοίαν στρατηγικῆ fuisse  
 scribit. lib. 16. biblioth. hist. Hæc alio nomine φρόνησις dicitur: quam  
 ex virtutibus omnibus βασιλικωτέραν principalem (vt ita loquar) &

a li. 16. vbi de Nypico Neapolitano, de Timoleone & de Philippo. & li. 17. vbi de Alexandro & de Mēnono Rhodio & li. 19. vbi de Euagora. & li. 20. denique vbi de Menisco duce ἀντὶ τῆς σωῖσει καὶ τῆς ἀρχινοίας. b ad fin. li. 18. biblioth. c in princ. li. 16. d ad finem eius lib.

maximè regiam esse Synesius in lib. *περὶ βασιλείας* ad Arcadium Imp. scribit: à Polybio *αυτοκρατορικῶς* simpliciter & *στρατηγικῶς* *αυτοκρατορικῶς* nominatam scio: nam ubi de afflicto per audaciam Minucij Romanorum exercitu, eodémque Fabij prudentia conseruato, lib. 3. hist. *ὅτι δὲ ἐν τῇ Ρώμῃ τότε (ait) ἐγγύετο φανερόν ὁμοιολογουμένως, τί ἐξῆρθε στρατιωτικῆς ἀποπετείαις καὶ κενόδοξίαις, στρατηγικῆς αὐτοκρατορίας καὶ λογισμῶν ἐς αὐτὴν καὶ νοσηρῆς.* [*Tunc perspicuè ac proculdubio, Romani intellexerunt, quantum militaris prudentia & consilium firmo iudicio constitutum à temeritate & ostentatione distaret.*] & ubi de P. Clodio ab Adherbale Carthaginensium duce nauali pugna superato, lib. 1. *ἡμιμόλιος δὲ τῆς ναυμαχίας ἑταύτης Ἀτάρβας μὲν εὐδοκίμει περὶ τῆς Καρχηδονίους, ὡς δὲ αὐτὸν καὶ ἐξέπλεω ἰδίαν αὐτοκρατορίαν καὶ πόλεμον καταρδωκῶς. Πόπλιος δὲ περὶ τῆς Ρωμαίων ἡδύξει καὶ διεβέβλητο μετ' ἄλλως, ὡς εἰπὴ καὶ ἀλογίστως τῆς ἀντιμαχίας κερματός.* [*Hoc pr alio nauali commisso, Atabas magna erat apud Carthaginenses in gloria: quasi parta fuisset victoria ipsius opera, fortitudine & prudentia militari. At Publius apud Romanos, magnopere vituperabatur: quòd temerè, & sine consilio rem gessisset.*] Hæc est illa virtus Imperatoria quam Cicero in orat. pro lege Manilia & Philip. 14. Consilium in prouidendo vocat, & γνώμης nomine significasse Polybius videtur alio loco: cùm uti σώσεις ab Diodoro ac Thucydide τῇ ἀρετῇ (quod superiore libro cap. 19. lib. 1. Semest. docuimus) ita γνώμη τῇ τολμῇ ab optimo historico adiungitur, & Amilcari præstantissimo Carthaginensium duci tribuitur: lib. 1. hist. sic fere, *ἡγεμόνα δὲ καὶ γνώμη καὶ τολμῇ θετέον ἀριστον Ἀμίλκαον πλεῖστον γεγονέναι, πλεῖστον Βάρκαον ὀπίσθαιον.* [*Numerandus est Amilcar cognomento Barcas, inter duces, illis temporibus, præstantissimus, & prudentia militari, ac fortitudine maximè insignis.*] Et sanè cum pleræque in summa fortuna auspiciis & consiliis, quàm telis & manibus (auctore Tacito lib. 13. annal.) gerantur, summi & optimi ducis est (ut illa ne repetam, quæ illo in loco d. cap. 19. sunt à nobis accuratè satis exposita) nec depugnandi atque adeò vincendi occasionem, factio vel ex insidiis ac de improviso, vel aperto Marte in hostem impetu, prætermittere: nec verò, cùm inuicibile depugnaturis periculū summæ belli totius ingruit, vltro id ipsum sibi suscipi; arcesse: sed cedentem potius non pugna tantum abstinere, verum etiam pacis cum hostibus ineundæ rationes quærere. Quamobrem Galenus περὶ τοῦ ἐξ μικρῆς σφαιρας γυμνασίου, *ὀπίσθαιον ἐν κερπῶ (ait) καὶ λαθεῖν ὀπίσθαιον καὶ ἐξυλαβεῖσθαι πλεῖστον ἀρετῆς καὶ σφαιρικῶς τὰ ἐναντίων ἢ βιασάμενον ἢ ἐξ ἀδοκίμου ὀπίσθαιον, καὶ φυλάξαι τὰ κτηθέντα, ἢ δὲ ἀγαθῶν στρατηγῶν ἔργα.* [*De exercitatione per pilam palmariam. Præstantissimorum ducum munus est, opportunè aggredi, occasione ἴτι, dein prouiso adoriri, aduersariorum rationes interuertere, aut vi aut repente ingruere, ac diligenter parta conseruare.*] & ipse Polybius, lib. 1. hist. ubi de Amilcare, *πανου νοσηρῶς καὶ παραματωκῶς εἴξας τῆς παροῦσιν ὑπὲρ αἰῶν δῶν καὶ ἀγλαύσεων ἐξαπέστειλλε παρεσκευτάς. τῶν γὰρ αὐτῶν νομιστέον ἕψήγεμόνος τὸ δωμάσαι βλέπειν τὸν τε τῶν νικῶν, ὁμοίως δὲ καὶ τὸν τῶν λείπεισαι κερπῶν.* [*Omnino prudenter & sagaciter cedens temporì, de sedere & pace*

*legatos misit. Nam optimi ducis officium esse existimandum est, tempora vincendi, atque cedendi videre.*] Hæc autem omnia dux aliquis & eximius Imperator efficit, præstatque, singulari scilicet solertia, senili prouidentia, maturòque consilio. Imperatoria deniq; non militari modò virtute præditus: quam non δωάμην, sed δεινότητά, σωέσιν, ἀξίνοιαν, αὐτοκρατορίαν, γνώμην στρατηγικῶν αὐτοκράτορες nominant, ipsique ἀβουλίαν καὶ πλεῖστον τῶν στρατηγῶν ἀπειλίαν, temeritatem videlicet, inopiam còsiliij rei-que militaris imperitiam aduersam faciunt: per quam sæpe accidit; ut non exercereis modò sed imperij summa res in maxima discrimen adducatur. Itaque de Carthaginensibus idem Polybius lib. 1. hist. οἱ δὲ Καρχηδόνιοι μικρῶν μὲν πρότερον (inquit) καὶ θαλάσσιον, τότε δὲ καὶ γῆν ἐπιμαχέτες, ἢ ἐξ ἢ πολλῶν ἀναμειλίαν, ἀλλὰ ἐξ ἢ τῶν ἡγεμονικῶν ἀβουλίαν, καὶ πάντοτε τὸ ὄρον ἐνεπεπλάκειον εἰς δυσχερῆ ἐξέειπεν. & statim, τῶς Καρχηδόνιους ἐξ ἑτοῦ Ρωμαίων, αὐτοῦ δὲ ὑπὸ αὐτῶν ἠτλησθαι ἐξέπλεω ἀπειλίαν τῶν ἡγεμονικῶν [*Carthaginenses paulò ante mari, tunc etiam in continente, magna clade affecti: non ex militum ignauia: sed ex ducum temeritate, in has calamitates deuenerant, &c. Carthaginenses non à Romanis cladem accepisse: sed ipsos à seipsis, suorum ducum imperiij à.*] & de Romanis ducibus paulò post, πλεῖστον ἔτοι μὲν μικρῶν ἐλπίδων ἕνεκα μετ' ἄλλοις ἀτυχεῖν ἀτυχεῖσθαι τότε πλεῖστον αὐτῶν ἀβουλίαν ἐγγύεον. [*Veruntamen isti ob exiguam spem, in magnas calamitates delapsi, tunc imprudentiam & temeritatem suam agnouerunt.*] & de Nectanebo Ægyptiorum rege nosse Diodorus, lib. 16. bibliot. hist. ἐχὼν δὲ καὶ τὰς ἀλλὰς ἀποσκευάσας πάσας πρὸς τὸν πόλεμον ἵκανῶς ἐξέπλεω ἰδίαν ἀβουλίαν, ταχὺ τῆς ὁλοῦς ἐπιλασεν. [*Cum in omnibus, haberet apparatus ad bellum gerendum idoneum propria temeritate & imprudentia, omnia perdidit.*] Et ex diuerso Ammianus Marcellinus lib. 16. de Iuliano Cæsare agens prouido & cunctatore, quòd nec itinera nec flumina transire posse sine insidiis putaret, hoc præcipuum bonum in magnis ductoribus opem ferre solere exercitibus & salutem afferit: tum aliquanto post apud eundem Cæsar Iulianus ad milites inter cætera, Negotiis difficillimis sæpe dispositionem tempestiuam prospexisse & statum nutantium rerum recto consilio in bonam partem accepto aliquoties diuina remedia reparasse pronuntiat: Nec verò dubitandum quin prudenti vnus consilio multas hostium manus interdum superari potèta verè cecinerit quem à præstantissimo historico Polyb. lib. 1. (ubi de Romanis duce M. Attilio deuictis à Xantippo Lacedæmonio Carthaginensium duce differebat) in eam rem esse his penè verbis laudatum memini: καὶ μὲν τὸ παρ' εὐειπίδῃ παλάμῃ καλῶς εἰρησθαι δοκοῦν ὡς ἐν ἑφὸν βούλευμα τῶς πολλὰς χεῖρας νικῶν, τότε δὲ αὐτῶν τῶν ἔργων ἔλαθε πλεῖστον αἰσίν. [*Atque illud quod olim ab Euripide præclarè dictum fuit, vnicum prudens consilium multas manus vincere: tunc re ipsa verissimum, fuit comprobatum.*]

Ergo abs te Deus optime maxime, quoniam ista dum domi mediator, sanguinolenta ciuilibus belli malorum omnium fomitis ac seminis gangræna quartum iam remeat: perque omnes populi Gallici articulos ita serpit, ut non extrema tantum depascatur, sed in intima viscera usq;



penetrarit: in ipsis denique Regni venis periculum inclusum sit: à te in-  
quàm obnixè opto, votisq; piorum proborumq; civium omnibus ex-  
posco, vt, quando serena pacis almæ tempestas ad bene beatq; viuen-  
dum, ad sanctissimum tuum numen ea qua decet pietate ac veneratio-  
ne prosequendum, & ad excolenda veræ sapientiæ sacrarumque ac a-  
liarum literarum, quibus incumbo, studia summ opere conducit: Ad sis-  
tu nobis volens propitius: vt ad hanc pacem siue in ligni aliqua victoria  
sue pactione pariendam, Regi Christianissimo *σὺν* *εὐσεβίαν* *σπα-*  
*ρτιστικὴν*, id est, mentem optimam, consiliūque prudentis-  
simum, & ipsi ac toti orbi Gallico vtilissimum duis: &  
verò cum pietate, cum iustitia, cum impera-  
toria omni virtute, auctoritatem ac fe-  
licitatem in perpetuum  
tribuas.

\*

## RERVM



## RERVM ET VERBORVM

## MEMORABILIVM

## INDEX.

A	Balienatio quid	342	Antigonus Iudææ rex ab Antonio pale-
	abigeos ad gladium damnari	162	alligatus, flagris cæsus atque obrunca-
	vir absens vxorem ducere non tamen ab-		tus
	sens foemina nubere poterat	349	Antistius maiestatis accusatus, quod ad-
	absolendi ambigua significatio	257	uersus Neronem probrosa carmina fa-
	acceptilatio actus legitimus & solemnitas	329.335	ctitasset
	acceptilatio liberat ac soluit	335	Antonium, primum ex Romanis duas eo-
	acceptilatio ciuilis, id est, ficticia quædam		dè tempore sibi vxores adiunxisse
	& imaginaria solutio.	331	anulorum aureorum ius
	Aecursiani doctores	175	<i>ἀναρτία</i> , vasa, supellex, & vrbanae domus
	Accursius in quibusdam se frustra tor-		instrumentum
	quet	328	Apollodori locus emendatus
	actio persecutionem parit	372	<i>ἀποδεικταί</i> , apparitores
	actor publicus	366	apparituram facere 327. apparitores serui
	actus quidam legitimi symbolum non		publici, <i>ἀποδεικταί, ἐκβέβηται</i>
	habent	336	aquarium
	actus legitimi alieno nomine expediri		arenarij
	nequeunt	345.369	Aristidis locus emendatus & explicatus
	actus legitimi omnes testium presentiam		270
	requirunt	363	Aristoteles philosophorum pater & rex,
	Actuum apostolorum locus	85.94.125	magnus iustitiæ magister
	adeundi verbum	171	8.384
	<i>ἀδύναμις</i>	384	armis arma irritantur
	aditionis solemnitas	326.328	arma armis iure gèrium propulsantur
	aditio solènis & legitimus actusib. &	329	arma versa lugendi causa
	adoptionis duæ species	318.342.344	137.138
	adoptio, actus legitimus	361	arma lusoria
	legis Iuliæ poena de adulteriis	64	152
	Ælij Galli locus emendatus & explicatus		Arnobij locus explicatus
	337		348
	æqualitas	9	arrogatio
	æquitas clementiæ mater est	20	318
	Æschini locus explicatus	365	aruspices concremari
	Africanarum venatio	100	101
	Alani omnes generoso semine procreati,		assignatum quid
	seruitus quid sit ignorant	9	48
	alaparum contumeliæ	304	Athenæi locus
	Alciatus frustra se torquet, vt ipsum sibi		92
	Constantinum planè conciliet	165	Athenienses in eos duces capite animad-
	<i>ἀμείψασθε</i>	385	uertisse, qui suorum in acie trucidato-
	Ambrosij locus	58.390	rum corpora non tumulassent
	amor longè valentior ad obtinendum		16
	quod velis, quam timor	20	Athenienses quod se muris cinxissent, iu-
	non potest amor cum timore misceri	72	re gentium Themistocles apud Lacedæ-
	Andocidis locus emendatus	269	monios defendit
	anguillarum tergoribus cædi	74	27
			<i>ἀτιμὴν ὁ δούλος</i>
			56
			atriensis seruus 158 atriarij
			ibid.
			auctorem fieri, quid sit
			359
			<i>ἀτύχημα</i>
			384
			auctorari
			157.359
			B. Augustini locus
			39.291.350.375.376
			Augustus equitem R. quod duobus filiis
			adolescentibus causa detractandi sa-
			cramenti pollices amputasset, ipsum
			bonaque subiecit hastæ
			70
			Auian? Caij institutionū interpolator
			389

I N D E X.

Auidij Cassij crudelitas 102
Auriter, pro partum alteri excutere 353
Aufonij locus emendatus 140
B
Balineum 68
bannum aut bannimentum 60
barathrum in medio carcere Tullianum nomine 93. id barathrum Cassiodorus cellam gemirum, tristiæ domum, apud superos Platonis hospitium, locum perpetua nocte cæcatur nominat ibi.
Barroius de relegationis pœna 64
bella ex iure gentium introducta esse 27
beneficentia aduersus supplices utendum 21
bestiis obici 101.163
bestiarius ludus 155
bonitarius dominus 200.300
Briffonius iurisc. & causarum actor disertissimus 330
Britannia seruitutem suam quotidie emit 137
Brutus in filios coniurationis reos animaduertit 124
bustuarij à bustis dicti sunt 139
C
Cachot, ou crotan, ερωτήριον φυλακῆν 95
caducaria lex 197
caducariæ leges odiosæ 198
caduceatores iure gentium sacrosanctos & inuiolatos etiam in hostib. esse 9
calibes ius liberorum non habent 198
Cærites 184
calatores, à calandis, id est. conuocandis comitiis. κλητορες, ἐκκλησιασται, ἱερώων ἀρχιπολοι, δοῦλοι δ' ἡμετέροι 366
Caleni oratio aduersus M. Tullium 94
Caligulæ sæuitia 61.101
Callistrati locus emendatus & explicatus 369.370
Caluarix locus 108
Calumnia, pro metu pœnæ vel accusatiōnis ob calumniam 257
Capitolini locus emendatus 149.263
capriuos subiici hastæ publicæ atque sub corona vendi solitos 37
captiuos necari in sepulchris virorum fortium 3
carcer in media primùm vrbe, foro immineas ædificatus est 93
in carcere interforem quãdam esse curostodiam, εὐστάριον φυλακῆν, Gal. cachot, ou crotan 94
multifaria morte perimitur, qui carceris squalore torqueretur 95
carceris appellatione, laquei pœnam designari 96. carcerem, vindicem nefarium ac manifestorum esse celerum 98
Cassiodori locus emendatus 95
castigatio propriè quid 72
Castaldiones procuratores 178
cathedrarij doctores 167.106
Cecrops primus Athenis vnam vni coniunxit in matrimonium 3. διφύης fuisse fingitur ibid.
centuria vnde appellata 48
centuriones 113
Censorini locus emendatus & explicatus 378
cernere θεωρεῖν, χρεῖται πῦ κληρονομία καὶ θεωρεῖν χεν 329
cessus tutor, qui 342
cessio actus legitimus 341
Cicero, germanæ ac veræ Latinitatis auctor 14
Ciceronis locus explicatus 256.341.329.378
Ciceronis locus emendatus & explicatus 356.367.379.380
Circumferaneus lanista 151
ciues tenuiores ac plebeij qui factos 73
ciuitas quæ propriè dicitur 318
clamator verna 132
clamare & proclamare 251
Claudiani locus explicatus 304
Claudiani locus emendatus 261. 264. 266. 379.383
clauium ademptio 351.353
clauis ad pedes, manûsq; adhibebantur no clemens Deus 20
clementia 12.19.21.22
clepsydreæ fabrica 378
colonia quare deducebatur 51
Commodi cadauer vno tractum 117
compellare de stupro, hoc est vim afferre, pudicitiam eripere 29
compendij vocabulum pro impendio perperam scriptum 262
conditionis nomen varias ad res accommodari 259
coniugium, iure gentium ascribendum 3
Connanus 281.289
connubij ius olim nisi ciuib. Rom. non fuit

I N D E X.

fuit 351
consentiendi verbum 318
in minimis etiam rebus omnia antiquæ consuetudinis momenta seruanda 92
contendendi verbum 259
conventiones ex nudo consensu obligationem pariunt 275
contra voluntatem 265.290
concupinatus in liberta vel obscuro loco nata 350
sub coronam vendi captiuos coronis induta mancipia antiquitus veniebant, & idcirco dicebantur sub coronis venire 38
crematio 71
cretio, actus legitimus & solemnus 326
cretionis notatio 328
cruciarij sepultura prohibebantur 118
crura viuorum suffracta 110.122
crux, seruilis pœna, & omnium pœnarum aliquando grauissima est habita 101
crucis pœna à Constantino imperatore sublata 98.111
crypta, & cryptoporticus 120
cucullatus amictus 112. cucullus seruorū olim hominum fuit 130
Cuiacius summus diuini Themidos oraculi vates atque antistes 169
calleus, parricidarum pœna 92
D
Daniel leonibus obiectus 100
decimas nonnunquam diis victores persoluebant 42.43
decollantur honestiores 72
Delia festa 111
Demosthenis locus explicatus 375.381
denuntiationes trinxæ 357.358
deportationis pœna 61.72
deportatus mortui loco habetur 191
deportatus incapax 196.199
dexterarum fidei testium porrectio, promissio, atque iunctio 336
dies sacri & negotiosi 121
digitorum percussio, cretionis symbolū 329
Dinarchi locus emendatus 271.383
Diodori locus explicatus & emendatus 377.382
Dionis locus emendatus 50.83.296.291
diuidia esse nemini 369
diuortium, actus legitimus 353.354.351
doctores maiorum gentium 53
dolor iustus 376
dominia fuisse introducta ex iure gentiū 34
dominari esse contra naturam 35
Dominus ac seruator noster Iesus Christus, Romanorum more, flagellis cæsus 88.104.107
Domitius, celebris grammaticus, homo doctus, natura intractabilior & morosior 17
donationes inter virum & vxorem morte confirmantur 191
dos matrimonium sequitur dos propriū mulieris patrimonium 192
δουδ' ἄριτον δ' ἔχει 271
E
ἐκκαταστή 327. calatores, apparitores ibid.
edictum, lex annua 173
elephantorum religio 23.101
emancipatio, actus legitimus & solemnus 342.343
equestris dignitas 77.78
Esquilina porta 105
Esquilinæ alites, Esquilium beneficium ibid.
Euangelistarum locus explicatus 104.109. 110.113.117.120.126
Eunapij locus explicatus 338
euocata sacra, vel numina 45
Euphorio historicus 92
Euripidem simul duas vxores habuisse 4
Euripidis locus emendatus 271
Eusebij locus emendatus & explicatus 383
ἐὸς βία pro misericordia 18
ἐξαργῶν Suidas pessimè interpretatur 55
exportatio, ἐξαγωγή ibid.
exilium 60.62.64.68
extenuatio λιτότης sive λιπότης 313
extra consuetudinem 291.292
exuta æqualitate, fidem exueret, profanos ritus exuissent: exuto iustitio, obsequium exuit, amicitiam exuerant &c. 255.
F
Facies non vxor amatur 352
feciales bellum indicebant 30.32
felices iniuriæ 304
fiscalis ius 150
fideicommissaria libertas 300
fideicommissa & militum testamenta inuicem comparantur 193
non modica filij ignominia est, si parentem seruum habeat 317
filiusfam. testari non potest 345
Flauius ius civile primus vulgavit 24
Flauij Vopisci locus emendatus 100

I N D E X .

Florentinarum locus emendatus	259.260	hostes superati pro victoris libidine (sup- plicio debebantur	33
foeminarum insignia	136	humanitas, hominum natura, humanaque conditio	14.18.22
foeminas albis vestib. in luctu esse vestitas	136.	Hunos quod honestum inhonestumve sit penitus ignorare	24
136. atras vestes ad agendum luctum in- ducere	336.	Hygenus auctor limitum vetustus	49.51
foeminas palam gladiatoris armis depu- gasse	144	pignus & hypotheca	276.289
foeminae in perpetua tutela olim erant	342	I	
foeminae repudio non erubescabant, & ma- ritorum numero suos annos computa- bant, & exhibant matrimonij causa nu- bebant repudij	354	I cam E magnam habere communitatem	259
fornacarij & fornacatores	181	Iauoleni locus explicatus	252
forum vbi de fontibus sumi poenae solent	38	Ignatius Antiochenaee ecclesiae episcopus damnatus ad bestias, Romam victus missus est	164
fraudem pro poena ponere veteres sole- bant	255.256	imburus fauore, imbuere militem saeuitia	264
funerare poenam	58	dupli impendio damnus sarciri	262
furca nomen post poenam crucis substitu- tum	98	impedium, sumptus & impensa	263
furciferi qui dicebantur olim	82.104	Incitatus, equi nomen	331
fustes & virgae	57.73	inconsultus calor	377
G		Indorum foeminas complures eidem nu- ptas esse solere	4
Galenii dictum	70.337.344	indulgentiam notare quos liberat	316
Garamantes, matrimoniorum exortes, pas- sim cum foeminis degunt	2	induere animum bonis artibus	264
Gemoniae scalae	97.113.114.116	rudem induere	ibi.
genarum percussiones	304	infans furioso comparatur	172
gladii poena	161.162.165	infames habebantur qui vanae sangui- nem habebant	155
gladiatores 81.139.141.143 147.149.150.156. 157		redeant ad superos qui ex magna parte Inferos pertulerunt	96
gladiatorium ludum	161	iniuriam inferre non oportet, sed ne illa- tam quidem vindicare	29
glossae veteres	83.328.363	in scripta ergastula	69
Golgothae locus	107	Infulae vinculum	65.66
Gothi Romanis plurimis propter Chri- stum pepercunt	46	Inter amna colonia Romana	41
Gracchorum corpora in fluuium pertra- cta	116	D. Ioannes Baptista in gratiam & adnu- tum filiae Herodiadis decollatus	120
grammaticos contumelie causa nominare	17	Ioephus: al. Iosippus de templo Hieroso- lymitano	45
H		Ioephus historiae scriptor diligentissimus	47
B. Hieronymi locus	107	Ioephus Arimathzaensis decurio	118
hippodromus, siue circus	79	Isidori locus explicatus	291
Hirij locus explicatus	366	Iocraus locus emendatus	271
histriones verberum immunes	86	Ius omne re vera & proprie ratione con- stat	2
humanitas, miserationis affectus	12	ius gentium, ius naturale, ius humanum	8.
homo	2.12.18.22.24	9.28	
honorarie actiones	330	ius hostium, sacra legationis, fas gentium	10.31
horarium	377.378	ius ciuile solis pontificibus aliquando no- tum	23
Horatij locus explicatus	74.75.130.132. 142.159	ius naturali omnes aequales sumus	34
hordearij sophista	272	ius belli plerumque cum iure gentium congruit	31.32
horologium	378	Iudaei	

I N D E X

Iudaei diuinae legis quasi depositarij atque custodes	122	bant	128
indices rerum capitalium, laqueo gulam fregerunt	76	lyra	377
indicare, qui reo dicit dicit	353	M	
inuitia, βασιλικη virtus est	19	M & N elementa inter se similia	268
inuitia nihil nisi pietas	22	Macri locus explicatus	56
Iustinianei codicis locus explicatus	148.358	Magna heri seruus, hodie liber	84
Iuuenalis Domitiani aetate vixit	146	Maeuius, ciuis Romanus, vir bonus, & poe- ta literatus	131
Iuuenaliu locus explicatus	133.154.349.352	magistri truci praediti supercilio ac hor- di	61
Iuueni parandum seni vtendum est	261	Magos viuos exuri	101
L		mancipatio quid	342
lacerna atra seruorum proprium indu- mentum fuit	130	mancipationis symbola	336
Lampridij locus explicatus	379	manumissio est iurisdictionum	8
lanistae erant, qui tyrones in ludo erudie- bant	141	manumissio, actus est legitimus & solem- nis	304.305
Lactantij locus emendatus	4.111.268.353	M. Pomponius Marcellus sermonis Lati- ni exactor	268
laquei supplicium	93.116.	Marcelli locus emendatus	362.373
Latine decreta olim interponi oportuit	359	Marciani locus emendatus	65.252.258
carceris latomiae	95.96	Martialis Domitiani temporibus vixit	80.106
non par esse eorum delictum, apud quos affinis vel cognatus latro conseruatus est, & earum qui nihil ad se pertinere latrones recipiunt	7	Martialis locus explicatus & castigatus	130.131.132.160.
latrocinatorem iure occidi	28	D. Matthaei locus	183
legato iure gentium sacrosanctos & in- uiolatos etiam in hostibus esse	10	matrimonium, maris & foeminae coniun- ctio	2
legitima verba	124	matrimonium post Cecropem omnium fere gentium opinione atque consensu receptum est	4.5
Libanij locus explicatus	362	matrimonij vetusta symbola & fausta o- mina	348
libellus repudij	351	matrimonium inter impares honestate personas contractum locum non habuit antiquitus	349
liberi omnes & ingenui initio nasceban- tur	35	matrimonium de consensu eorum qui coeunt, sine solemnitate contrahi posse	350
liberi poenae causa rus relegati a parenti- bus	66	matrimonij etymon & finalis causa	350
libertini, humiliores ac plebeij, equitum numero haberi non poterant	78.79	matrimonium, actus legitimus	351
libertas naturalis esse facultas a iuriscou- sultis dicitur	35.56.57.160.326.362	matrimonium a connubio & legitimis nu- ptiis iuriscouulti diuidunt	351
libripens, id est, stateram tenens	363	metallum & opus metalli, seruales poenae	58.59.60.71.162.165
libycae feruae, λιβυκαε θυρια	100.146	metus & terror infirma sunt vincula cha- ritatis	20
lictiores, serui publici	366	Michaël Thomasius diligentissimus & e- ruditissimus	268
lignum quoddam fuisse in barathro, quo pedes reorum constringerentur	96.97	milites de damnatis supplicia exigebant	113.114
102		militem voluntas quaeque testamentum est	193
Liuij locus explicatus	366	minus, nota non vacuus	268.81
loiarj qui	367	ministri publici	366
B. Lucae locus	85	ministra, quae non longe a poena sunt	61
ludus duplex, venatorius & gladiatorius	164		
lugentium mos	128.136.137		
luere sedus, luere peccata	249		
Lycij in luctu muliebrem vestem indue-			

I N D E X.

Minutia vestalis viua sub terram desossa 105		Pacati locus explicatus 380
Minutius Felix, vetus caufidicus 290		Pætinia lex, seu Petronia 154
misericiordiæ opera 18		Pandectarum locus emendatus 179. 229. 269
misericiordia sola est, cui omnes virtutes cedere honorabiliter non recusant 21		Papia lex caducaria 196. 197
Modestinum Græcè scripsisse 315		Papiniani cadauer per plateam sine ali- qua humanitatis reuerentia tractum fu- isse 117
Modestini locus emendatus & explicatus 371		Papinianus Vlpiani præceptor 232
more maiornm sumere supplicium 87. 88		Papiniani locus emendatus & explicatus 264. 372. 373
Muliones publici 366		parricidarum poena 91
mulionicus cucullio 130		pascua quæ dicebantur 377
munera ædilitia, consularia 138. 147		Vellei Paterculi locus explicatus 367
mutus & furdus seruum vindicta liberare non poterat 309		patibulum abominandum & infame 102
mutus tutor dari non poterat 359		patria potestas 201
	N	Pauli iuriconsulti locus explicatus 59. 62. 167. 329
Natura, prima & optima pietatis est magi- stra 6		peccatum, primam seruitutis causam esse 35
Nazarij locus explicatus 379		peculium 215
necandi verbum generale est 98		Perduellis ibid.
negotiosi dies 120		persecutio non parit actionem 372
Nemesis, id est, vis quædam fortunæ 148		personæ humiles & abiectæ quæ sint 59
nexus 336. nexu dationem, nexu liberatio- nem ibid.		Petronius Arbitr equalis Senecæ fuit 12. 102
Nomades, matrimoniorum exortes, pas- sim cum foeminis degunt 3		Petronij cadauer per plateam tractum fuisse 117
nobiles exsilio plerumq; addicuntur 58		Phœnois 387
nocturnos populatores opprimere conce- ditur 29		pietas filiorum erga parentes 67
nocturno: pars quædam acceptilationis 333		pietas summa virtus est 18. 19. 20. 21. 22.
nocte non debere sumi supplicium 120		pignus alienæ rei 286. 373
nummularij 244		pileari & rudem accipere 160
nuptias consensus facit 177. dissoluuntur tamen si non iure contractæ sunt 311		Pythæus acutissimus iuriconsultus, vete- rumq; schidarum indagator sagacissimus, atq; aded reperor felicissimus 161. 187
nuptiæ siue matrimonium, actus est legi- timus 349. 350		Plagiarij 166
	O	Plauti locus explicatus 365
Obligatio, legitimus actus 329. 353		Plinius Secundus eadem qua Tacitus æta- te vixit 266
372		Plinij locus emendatus 120. 249. 261. 266. 267
obueniri, est obsisti atque ire obuiam 262		plumbatarum verbera 112
optio actus legitimus 336. 337		Plutarchi locus explicatus 257. 269. 271
optare quid iuriconsultis 339		poenæ seruiles 58. 61. 71. 74. 110
opus publicum 60. 61. 72		poenæ hodie nullæ legitimæ, sed omnes extraordinariæ 72
orchestra quæ dicebatur 79		poenæ de fontib. extra urbem exigebantur 107
ordines non in theatro tantum, sed etiam in circo fuisse 77		Poppæa lex 197
orciui liberti 160. 299		popularia loca quæ 81
Orfitianum S. C. 168		Porcia lex 84. 87. 89
Othonis lex 76		possessio non est vsucapio, sed vsucapionis mater 372
		postli-

I N D E X.

postliminijus 206. 238		Vlpianus scripsit 114. 115. 116
Potitia gens 326. Potitij Hercules sacerdo- tes 367		Sacrarium est locus, in quo sacra reponun- tur 46
præcones, serui publicij 74. 245. 257.		sagula purpurea 139. 140
præda militib. diuidebatur 40. 44		Sallustij locus explicatus 353
præda vnde dicta 48. Præstare 239		Saluianus Massiliensis episcopus 147
præter & extra & contra 291		Samnitium nomine gladiatores appellati 143. 152
principes pietate & iustitia deos fieri 20		sapiens fragilitatis suæ memor, non am- plius quærit, quàm vnde vitam susten- tet, suo contentus & paruo 18
proclamare 257		Saturnalibus domini togas exuebant serui se dominorum vestibus amiciebant 388
procreari verbum 238		Scæuolæ locus emendatus & explicatus 373
proscriptionis vocabulum ambiguum 170		Sceleratus campus, in quo fontes sepeli- rentur 120
promissa verba Proprietatis 227		scenicos infames fuisse habitos à Romanis 185
προστυχη 388		L. Scipionem peculatus lege damnatum fuisse 5. 88.
prospectus, pro seruitute 257		scholam quasi ludam esse: forum arenam 153
puticuli 105		scribæ, serui publici 367
	Q	scutica quæ vulgò dicitur 73
Quæstoribus præda vendenda dabatur 41		securibus virgarum fascès alligatos ibid.
quæstoris agri quædam dicebantur 48		sedilium loca 80
Quintiliani locus emendatus & explicatus 38. 57. 250. 313. 381. 386		Seianus in Tyberim proiectus 115
Quiritarius dominus 299. 300		Senaculum quid 82
	R	Senecæ libri mendis omnium generum referti sunt. 261. 357
Rabulæ atque caufidici 368		Senecæ locus emendatus & explicatus 14. 182. 261. 267. 290
rauhabitio 319. 330		sepeliendi affectus, naturalis est 11. 47. 234
Regia lex 24. 89		sepultura prohibebantur damnati 45. 116
relegationem in seruum non cadere 59.		seruiles poenæ quæ 58. 71. 101
60. 71. 214		seruitus durior fuit olim rustica, quàm vr- bana 69
relegatum, exportari seu relegari iussum 57. 63. 217. 219.		seruitus quædam priuata, quædam publica 365
relictum quid proprie 48		seruitus morti assimilatur 203. 187. 191
religio non magis principi, quàm priuato cuiuslibet conuenit 23. 24		Seruius, vetustus & optimus grammaticus 11. 139
religio erga deum, θρησκεία καὶ θεοσεβεία à Græcis dicitur 24		seruus à domiuo nihil differt secundum na- turam 35
religiosa vel sacra esse desinunt omnia, quæ capta sunt ab hostib. 45		seruus à Græcis dicitur δουλὸς 58
remulci poena veteribus Romanis incog- nita non fuit 60		seruus publicus 366
ad remum dationis poena ibi.		seruo competere non potest libertas 56. 57. 70
repudiatio hereditatis, actus legitimus 347		seruo testi credit non solere 185
repudium actus legitimus 351		seruum in opus publicum non dari 60
restitutio hereditatis 34. 206. 229. 341		154
retiarj 154. 158		serui pro nullis habentur 10. 174. 191.
reo tres dilationes dari 212		202
rota in facinorosos homines hodie vindi- catur 109. olim cruce 159		serui lautiores 181
rudis quid 159	S	
	Sabinus vir consularis, ad quem libros	

I N D E X.

Sestertium, locus quidam Romæ, in quo damnati capite poenas soluerent	114	Tabernarij	
Siculi Fiacci locus emendatus	48	Taciti locus explicatus	350.354.366.367
Sicyonij contra ius fasque omne vxores filiâsque Pellenenfium in lupanari pro- stituerunt	33	Taciti locus emendatus	90.152.261.262. 263.264
Sidonius Aruernorum episcopus	96	de faxo Tarpeio deiiciebantur noxij	91
Sidonei Apollinaris locus explicatus	304. 382	τήλαιος, aut τήλαινα δειπόρφορος	138
signatores	349	tentorium ex pellibus	71
siluas & loca aspera in assignationem nõ venisse	48.51	Tertulliani locus emendatus	139.304
sine missione, sine calumnia	136.289. 290.291, 292	testamenti factio	201.221.333.334
Socrati duas simul vxores in matrimonio fuisse	4	testamenti definitio	344.345
Socrates triginta dies in carcere & in ex- pectatione mortis exigit	121	testamentum olim calatis comitiis fiebat, & erat actus legitimus	343.346
Socratis laus	290	testari de sua, non de aliena re quisque de- bet	343
sodales, qui canonici dicuntur	379	testes idoneus qui	363
solarium	377.378	Thalassionis acclamatio	348
solutio vera & naturalis, quæ re ac nume- ratione fit	331	Themistij locus emendatus	139.251.385
spadones fieri seruos	155	Theodosiani codicis locus emendatus	166
Spartiani locus emendatus	135	Thucydidis locus explicatus	291
spectacula inhumana bestiariorum matu- rina, meridianaque gladiatorum	143	tintinabulorum vsus	106
speculatores qui gladio hominum ampu- tant ceruices	114	titulus, qui poenæ causam contineret, super scribebatur	75.104
spoliarium	152	togulæ licitorib. ad portam præstito fuerunt	139
spolia, imperatorum præda est	43	Tolosanorum capituliorum carcer	96
sponsare vxorem	273	Manlij Torqu. pietas erga patrem	7.67
spurius qui	203	transugas licere iure ciuili interficere	30
statuliber ἐλεύθερος χρονοφύσις ἀπὸ δούλου ἀφαιρηθείς	363	Tribonianus	229.256.63.55.166.165
stipulatio obligat, atque astringit	336. 338	triumphatos hostium duces in carcere Romani necabant	33
subueniri, est auxilium ferri	263	triumphantium mos	37.106.
Suetonius Tacito & Plinio æqualis	378	triumuiros iudices rerum capitalium	76
Suetonij locus explicatus	250. Suetonius auctor optimus. optimus historicus	triumuiralia supplicia	114
	352	Trogodytæ, matrimonium exortes, pas- sim cum fœminis degunt	2
Suetonij locus emendatus	82.100.141. 184.266	tunicatum vulgus	133
suffigi ferali cruris ligno	111	tutelæ datio	248.336
suffringere pendentib. ossa	ibi.	tutoris auctoritas	248.359
Suidæ locus explicatus	54		
supplicia	212.216.220		
suspensiosos esse, non qui seipos laqueo sponte præfocassent, sed in patibulo sus- pensos & crucifixos	117		
συνήσις ἑρασιμική	387.388		
Synesij locus emendatus & explicatus	382.387		
synthesis, breuior forensi toga vestis	129. 135		

V

Valeria lex ante legem Porciam lata	89
Valerius Maximus auctor valde idoneus	354
venationes Saturno attributæ sunt	140
venatoriij ludi poena	162
Venerij qui	366
ventilare arma	153
verborum admonitio	59.72.98
Vestaliũ virginum incesta coercendi mos	106
vestis mutabatur duplici ex causa	128.135. 137
vestrum scissio	122.123.124.125
viarum	

I N D E X.

viarum munitiones	61	Vlpiani locus consideratus & explicatus	161.168
viatores, serui publici	367	Vlpiani locus emendatus & explicatus	260.252.269.328.349
victimas prælato titulo duci solitas	104	vluio, inhumanum verbum est, & à contumelia non multum differt	29.30
victoria humane ac moderatè vtendum		vincis trahi	113.114.115
10		volucres pene omnes matrimonia facere	5
83		vox serui quasi vox domini, vox filij tanquam patris	309
vinula perpetua	72	urbana mancipia minus laboris, demens plus capiebant	69
vinum	225	vsucapio sine possessione contingere non potest	372
virgarum fasces securibus alligatos	73	vsufructum quinque modis amitti	226
virgatores validi	83	324	
Virgilius decori obseruator egregius	127	vtilis actio	275
Virgilij locus explicatus	290.317	vxor docenda vt se castè gerat	377
virgites strangulari in carcere	97	vxor non propter libidinem, sed propter filiorum procreationem	349
virtutem proprium hominis bonum esse		vxor iniusta, quæ.	348
34			
Viuanus casu formator	165		
qui viuos primus tremavit apud Romanos	98		
Vlpia fora	304		
Vlpianus in Alexandri principis consilio fuit	57.234		

F I N I S.

